STUDI E TESTI

138

# AMALARII EPISCOPI OPERA LITURGICA OMNIA

EDITA A

IOANNE MICHAELE HANSSENS

PRESBYTERO SOCIETATIS IESU

TOMUS I

*INTRODUCTIO - OPERA MINORA*

CITTÀ DEL VATICANO

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

MDCCCCXLVIII

# STUDI E TESTI

1. Vattasso, Marco. Antonio Flaminio e le principali poesie dell'autografo Vaticano 2870. 1900. pp. 66.
2. Vattasso, Marco. Le due Bibbie di Bovino ora codici Vaticani latini 10510-10511 e le loro note storiche. 1900. pp 44.
3. Franchi de' Cavalieri, Pio. La Passio ss. Mariani et Iacobi. 1900. pp. 71. 1 tav. (facs.).
4. Vattasso, Marco. Aneddoti in dialetto romanesco del sec. XIV, tratti dal cod. Vat. 7654. 1901. pp. 114. 1 tav. (facs.).
5. Mercati, Giovanni. Note di letteratura biblica e cristiana antica. 1901. pp. VIII, 254. 3 tav. pieg. (facs.).
6. Franchi de' Cavalieri, Pio. I martirii di s. Teodoto e di s. Ariadne. 1901, pp. 184 [3]. 1 tav. (facs.).
7. Mercati, Giovanni. Antiche reliquie liturgiche ambrosiane e romane. 1902, pp. 75 [2].
8. Franchi de' Cavalieri, Pio. Note agiografiche. 1902. pp. 36 [3].
9. Franchi de' Cavalieri, Pio. Nuove note agiografiche. 1902. pp. 75 [3].
10. Vattasso, Marco. Per la storia del dramma sacro in Italia. 1903. pp. 127.
11. Mercati, Giovanni. Varia sacra. 1903. p. 112. 32×20 cm.
12. Mercati, Giovanni. I. Un frammento delle Ipotiposi di Clemente Alessandrino – II. Paralipomena Ambrosiana. 1904. pp. [2], 46.
13. Catalogo sommario della Esposizione Gregoriana. 2ª ed. riveduta e aumentata. 1904. pp. 74.
14. Vattasso, Marco. Del Petrarca e di alcuni suoi amici. 1904. pp. 105 [3].
15. Mercati, Giovanni. Opuscoli inediti del beato card. Giuseppe Tommasi tratti in luce. 1905. pp. 55. 1 tav. pieg. (facs.).
16. Vattasso, Marco. Initia patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum latinorum ex Mignei Patrologia, et ex compluribus aliis libris. Volumen I: A-M. 1906. pp. x, 695.
17. — — Volumen II: N-Z. 1908. pp. [2], 650.
18. Vattasso, Marco. Frammenti d'un Livio del V secolo recentemente scoperti. 1906, pp. 18. 3 tav. (facs.) 40×35 cm.
19. Franchi de' Cavalieri, Pio. Hagiographica. 1908. pp. 185 [2].
20. Vattasso, Marco. I codici Petrarcheschi della Biblioteca Vaticana. 1908. pp. x, 250 [2]. 2 tav. pieg. (facs.).
21. Carusi, Enrico. Dispacci e lettere di Giacomo Gherardi, Nunzio pontificio a Firenze e Milano (11 settembre 1487 - 10 ottobre 1490). 1909. pp. CLXXII, 723.
22. Franchi de' Cavalieri, Pio. Note agiografiche Fascicolo 3º. 1909. pp. [3], 122.
23. Tisserant, Eugène. Codex Zuqninensis rescriptus Veteris Testamenti. Texte grec des manuscrits Vatican syriaque 162 et Mus. Brit. additionel 14.665, édité avec introduction et notes. 1911. pp. [2], LXXXV, 275 [2]. 6 tav. (facs.).
24. Franchi de' Cavalieri, Pio. Note agiografiche. Fascicolo 4º. 1912. pp. [4], 194.
25. Patzes, M. *Μ. Κριτοῦ τοῦ Πατζῆ Τιπούκειτος*, sive librorum LX Basilicorum summarium. Libros I-XII graece et latine ediderunt Contardus Ferrini † Iohannes Mercati. 1914. pp. XLVII, 203. 1 tav. (facs.).
26. Cerrati, Michele. Documenti e ricerche per la storia dell'antica Basilica Vaticana. Tiberii Alpharani De Basilicae Vaticanae antiquissima et nova structura. 1914, pp. LXI, 222. 7 tav. (2 pieg.).
27. Franchi de' Cavalieri, Pio. Note agiografiche. Fascicolo 5º. 1915. pp. [3], 135.
28. Vattasso, Marco. Rime inedite di Torquato Tasso raccolte e pubblicate. 1915. pp. 92. 2 tav. (facs.).
29. Carusi, Enrico. Lettere inedite di Gaetano Marini. I. Lettere a Guid'Antonio Zanetti. 1916. pp. 59.
30. Mercati, Giovanni. Se la versione dall'ebraico del codice Veneto greco VII sia di Simone Atumano, arcivescovo di Tebe. 1916, pp. 64, 3. 2 tav. (facs.).
31. Mercati, Giovanni. Notizie varie di antica letteratura medica e di bibliografia. 1917. pp. 74.
32. Vattasso, Marco. Hortus caelestium deliciarum... a D. Ioanne Bona. 1918, pp. CVII [2], 158. 3 tav. (ritr., facs.).
33. Franchi de' Cavalieri, Pio. Note agiografiche. Fascicolo 6º. 1920. pp. [2], 224.
34. Guidi, Pietro e Pellegrinetti, Ermenegildo. Inventari del Vescovato, della Cattedrale e di altre chiese di Lucca. Fascicolo I. 1921. pp. [2], 342.
35. Lanzoni, Francesco. Le origini delle diocesi antiche d'Italia; studio critico, 1923. pp. 3, 672. 1 c. geogr. pieg.
Prima edizione dell'opera indicata al numero seguente
35 [bis]. Lanzoni, Francesco. Le diocesi d'Italia dalle origini al principio del secolo VII (an. 604); studio critico. Faenza, 1927. pp. XII, 1122.
36. Schiaparelli, Luigi. Il codice 490 della Biblioteca capitolare di Lucca e la scuola scrittoria lucchese (sec. VIII-IX), 1924, pp. [3], 115, 8 tav. (facs.).
37-42. Miscellanea Francesco Ehrle. Scritti di storia e paleografia pubblicati sotto gli auspici di S. S. Pio XI, in occasione dell'ottantesimo natalizio dell'Emo cardinale Francesco Ehrle... 1924. 5 vol. e 1 album ill., tav. (facs.).
43. Lanzoni, Francesco. Genesi, svolgimento e tramonto delle leggende storiche; studio critico. 1925. pp. [2], VIII, 304.
44. Mercati, Giovanni. Per la cronologia della vita e degli scritti di Niccolò Perotti arcivescovo di Siponto; ricerche. 1925. pp. XIII, 170, 9. 5 tav. (facs.).
45. Sussidi per la consultazione dell'Archivio Vaticano. Vol. I. Schedario Garampi. Registri vaticani. Registri lateranensi. Rationes Camerae. Inventario del fondo concistoriale. 1926. pp. IX, 222. 8 tav. (facs.).
46. Mercati, Giovanni. Scritti d'Isidoro il Cardinale Ruteno e codici a lui appartenuti che si conservano nella Biblioteca apostolica Vaticana. 1926. pp. XII, 176, 6, 9. 6 tav. (facs.).
47. Schiaparelli, Luigi. Influenze straniere nella scrittura italiana dei secoli VIII e IX; note paleografiche. 1927. pp. 72. 4 tav. (facs.).

STUDI E TESTI
138

# AMALARII EPISCOPI OPERA LITURGICA OMNIA

EDITA A

IOANNE MICHAELE HANSSENS
PRESBYTERO SOCIETATIS IESU

## TOMUS I

*INTRODUCTIO - OPERA MINORA*

CITTÀ DEL VATICANO
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
MDCCCCXLVIII

IMPRIMI POTEST:

Romae, die 7 augusti 1947.

PAULUS DEZZA S. I.
*Rector Pont. Universitatis Gregorianae*

IMPRIMATUR:

Datum Romae, in Civitate Vaticana, die 1ª novembris 1947.

† Fr. A. C. DE ROMANIS, Ep. Porphyreonen.
*Vic. Gen. Civitatis Vaticanae*

TIPOGRAFIA POLIGLOTTA VATICANA

PATRIS MATRISQUE

PIISSIMAM AD MEMORIAM

# PRAEFATIO

Quod olim iam declaravimus, id nunc, cum Amalarii opera omnia liturgica tandem aliquando edituri sumus, non sine animi commotione denuo profitemur, nos Patris ANDREAE WILMART O. S. B. p. m. liberalitati debere, quod inter illa scripta etiam *Librum officialem* primum critice edere nobis licuit. Namque idem, ut a nobis comperit nos iam inde ab anno 1921 editionem Amalariani illius libri esse adortos, consiliumque nostrum de ea re per periodicum *Revue d'Histoire ecclésiastique* aperuisse, statim pari magnanimitate atque comitate nobis litteris significavit se aequale, vel etiam potius, eiusdem operis edendi ius, quod sibi dilucidis disquisitionibus *Pour une nouvelle édition du traité d'Amalaire sur les Offices* et « *L'Amalarius* » *de Pembroke, Cambridge*, haud dubie adeptus erat, nostra gratia libenter atque omnino dimittere. Digna certe tanto illo viro agendi ratio. Iuvat autem censere nos tamquam eius nomine novam hanc *Libri officialis* editionem publici iuris facere.

Vix minore grati animi debito R. P. ANSELMO ALBAREDA O. S. B., Bibliothecae Apostolicae Vaticanae praefecto collectionisque *Studi e Testi* moderatori, obstringimur, qui in sexcentis difficultatibus quibus in praesentia librorum editio impeditur, pro sua tamen singulari perspectissimaque benevolentia editionem nostram in illius collectionis voluminibus vulgandam admittere non dubitavit. Quo officio hic palam perfungi posse quam sit nobis iucundum, opus non est dicere.

Verum summo simul honori intimoque gaudio vertere fas esto quod etiam Eminentissimo P. D. IOANNI MERCATI, S. R. E. Cardinali ac Bibliothecario, nos ex animo obligatos profiteri et possumus et debemus, quippe cuius alto benignissimoque patrocinio optatissimam illam operis nostri

in Vaticanam collectionem receptionem nactos nos esse intellegamus.

Ceteros viros bonos quorum opera in diuturno hoc labore utcumque uti contigit, grato animo suis quosque locis in his voluminibus commemorare non omisimus. Iam hic tamen singulariter nominandus est homo officiosissimus nosterque in Pontificio Instituto Studiorum Orientalium collega, P. Alfonsus Raes S. I., qui, nobis necessaria otia suppeditandi causa, onus sponte sua subiit ternas in hebdomade praelectiones per quadrimestrem pro nobis habendi. Ipse vero clementissimus ac liberalissimus Deus curam suscipiat illis omnibus idoneum caritatis suae praemium tribuendi.

Romae, 25 martii 1947

Ioannes Michael Hanssens, S. I.

# INDEX ANALYTICUS



## INTRODUCTIO

### PARS I

### DE AMALARIO EPISCOPO ET DE EIUS OPERIBUS LITURGICIS



### PARS II

### DE SINGULIS QUAE HIC EDUNTUR OPERIBUS

## OPERA MINORA

## INSCRIPTIONES INTEGRAE SCRIPTORUM QUAE IN PRIORE INTRODUCTIONIS PARTE ADHIBENTUR ALIORUMQUE QUORUNDAM


ABEL, Sigurd - SIMSON, Bernard, *Jahrbücher des Fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen* (*Jahrbücher der Deutschen Geschichte*), t. I, ed. 2, Lipsiae, 1888; t. II, ed. 1, 1883.

D'ACHERY OSB, Lucas, *Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum qui in Galliae bibliothecis, maxime Benedictinorum, delituerant*, 2. ed., 3 tomi, Parisiis, 1665-1687.

D'ACHERY OSB, Lucas - DE LA BARRE, Louis F. J., *Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum qui in Galliae bibliothecis, maxime Benedictinorum, delituerant, olim editum...* Nova editio priori accutatior et infinitis prope mendis ad fidem MSS Codicum, quorum varias lectiones V. C. Stephanus Baluze, ac R. P. D. Edmundus Martène collegerunt, expurgata, per Ludovicum-Franciscum-Joseph De la Barre Tornacensem, 3 vol., Parisiis, MDCCXXIII.

ADEMARUS CABANNENSIS OSB (o. 1135), *Historia Francorum*, libri tres, edit. G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. IV, pp. 106-148; PL, 141, pp. 19-80.

AGOBARDUS archiepiscopus Lugdunensis (o. 840), *Contra libros quattuor Amalarii abbatis*, PL, 104, pp. 339-350.

— *Liber de correctione antiphonarii*, PL, 104, pp. 329A-340A.

ALBERICUS, Monachus Trium Fontium (o. post 1252), *Chronica*, edit. P. SCHEFFER-BOICHORST, *Chronica Albrici monachi Trium Fontium, a monacho Novi Monasterii Hoiensis interpolata*, MGH, *Scriptores*, t. XXIII, pp. 674-950.

PS. ALCUINUS (s. x), *Liber de divinis officiis*, PL, 101, pp. 1173-1286.

ALEXANDER OP, Natalis, *Historia ecclesiastica veteris novique testamenti ab orbe condito ad annum post Christum millesimum sexcentesimum et in loca eiusdem insignia dissertationes historicae, chronologicae, criticae, dogmaticae*, 8 voll., Parisiis, MDCXCIX.

— *Historia ecclesiastica veteris novique testamenti ab orbe condito ad annum post Christum millesimum sexcentesimum et in loca eiusdem insignia dissertationes historicae, chronologicae, criticae, dogmaticae*, editio omnium novissima... PP. C. Roncaglia et I. D. Mansi notis et animadversionibus castigata et illustrata... a doctissimo Anonymo locupletata, 9 voll., Venetiis, MDCCLXXVI.

ANDRIEU, Michel, *Les « Ordines romani » du haut moyen âge*. I. *Les manuscrits* (*Spicilegium Sacrum Lovaniense*, II), Lovanii, 1931.

— *Le pontifical romain au moyen-âge*, tomi quattuor (*Studi e Testi*, 86, 87, 88, 89), Civitas Vaticana, 1938-1941.

*Annales Laurissenses minores* (680-817), edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. I, pp. 112-123; 630.

ANNALISTA SAXO (post 1139), *Chronicon quo res gestae ab initio regni Francorum enarrantur*, edit. G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. VI, pp.542-777.

ANONYMUS MELLICENSIS (scr. 1135), *De scriptoribus ecclesiasticis*, PL, 213, pp. 961-984.

ANONYMUS METENSIS (s. IX), *Contra Amalarium*, edit. J. M. HANSSENS, *Un document « antiamalarien »*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 237-244.

ANTOLÍN OSA, Guillermo, *Catálogo de los Códices latinos de la Real Biblioteca del Escorial*, 5 voll., Matriti, 1910-1923.

ASTRONOMUS (scr. post 840), *Vita Hludowici imperatoris*, edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. II, pp. 604-648. Cfr. PL, 104, pp. 927-978 (ed. DUCHESNE).

AURIFICUS BONFILIUS (BUONFIGLI) OC, Nicolaus, *Speculum missae ex antiquissimis quibusdam ac vetustissimis Catholicae Ecclesiae Patribus a Ioanne Cochlaeo primum laboriose collectum; nunc vero a F. Nicolao Aurifico Senensi Carmelita recognitum, auctum et locupletatum*, Venetiis, 1572.

BAEHR, J. C. F., *Geschichte der römischen Literatur im karolingischen Zeitalter* (*Geschichte der römischen Literatur*, III), Karlsruhe, 1840.

BALUZIUS, Stephanus, *Sancti Agobardi opera. Item Leidradi et Amulonis archiepiscoporum Lugdunensium epistolae et opuscula.* Ex editione et cum notis Stephani Baluzii, 2 voll., Parisiis, 1666.

BARONIUS, Caesar Cardinalis - RAYNALDUS, Odoricus, *Annales ecclesiastici* [usque ad annum 1198]... *una cum critica historico-chronologica P. Antonii* PAGII [OMC], 18 voll., Lucae, 1738-1746.

— *Annales ecclesiastici ab anno MCXCVIII, ubi desinit Cardinalis Baronius...* Accedunt in hac editione notae chronologicae, criticae, historicae, quibus Raynaldi Annales illustrantur, supplentur, emendantur auctore I. D. MANSI, 15 voll., Lucae, 1747-1756.

— *Annalium ecclesiasticorum Caesaris Baronii cum critice subiecta P. Antonii Pagii, continuatione Odorici Raynaldi, notisque Dominici Georgii et P. Ioannis Dominici Mansi... in Pagium et Raynaldum Apparatus...* 1 vol., Lucae, 1740.

*Index universalis rerum omnium quae in Baronii ac Pagii critica, annalibus Raynaldi notisque Georgii et Mansi continentur*, 3 voll., Lucae, 1757-1759.

BASNAGE, Iacobus, *Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum, sive Henrici Canisii Lectiones antiquae ad saeculorum ordinem digestae, variisque opusculis auctae, quibus...*, 4 tomi, 7 voll. seu partes, Amstelaedami, 1725.

BECKER, Gustavus, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, Bonnae, 1885.

BEER, Rudolf, *Die Handschriften des Klosters Santa Maria de Ripoll*, in *Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften*, Philos.-histor. Klasse, CLV. Bd., 1906, III Abh; CLVIII Bd., 1908, II Abh.

— *Handschriftenschätze Spaniens*, in *Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften*, Philos.-histor. Klasse, CXXIV Bd., 1891, VI. Abh.; CXXV Bd., 1891, III. u. VII. Abh.; CXXVI Bd., 1892, II. Abh.; CXXIX, 1893, IV. u. VI. Abh.; CXXXI Bd., 1894, VII. u. XI. Abh.

BELLARMINUS, Robertus, *De scriptoribus ecclesiasticis liber unus, cum adiunctis indicibus undecim et brevi chronologia ab orbe condito usque ad annum MDCXII*, Opera omnia, ed. Neapolitana, t. VI, 1862 (ed. princ.: Romae, 1613).

BENEDICTUS NURSINUS, sanctus, *S. Benedicti Regula monasteriorum* edidit, prolegomenis, apparatu critico, notis instruxit BENNO LINDBAUER OSB (Florilegium Patristicum, fasc. XVII), Bonnae, 1928.

BERNARDUS Cardinalis, Portuensis ep. (o. 1176), *Bernhardi cardinalis et Laternanensis ecclesiae Prioris Ordo officiorum ecclesiae Lateranensis*, edit. L. FISCHER (*Historische Forschungen und Quellen* herausg. von Dr. Jos. Schlecht, 2. u. 3. Heft), Monachii et Frisingae, 1916.

BERNO Augiensis abbas (o. 1048), *Dialogus qualiter quatuor temporum ieiunia per sabbata sint observanda*, PL, 142, pp. 1087B-1098B.

— *Libellus de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus*, PL, 142, pp. 1055C-1080A.

— *Liber qualiter adventus Domini celebretur quando nativitas Domini feria secunda evenerit*, PL, 142, pp. 1079A-1086B.

BERNOLDUS CONSTANTIENSIS (o. 1100 c.), *Micrologus de ecclesiasticis observationibus*, PL, 151, pp. 973A-1022B.

BESSON, Marius, *Amalaire*, in DGHE, t. I, pp. 922-923.

*Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, publié sous la direction de PH. LAUER. T. I (nn. 1-1438), Parisiis, 1939; t. II (nn. 1439-2692), 1940.

BLONDELLUS, David (o. 1655), *Apologia pro sententia Hieronymi de episcopis et presbyteris*, Amstelaedami, apud Ioannem Blaev, 1646.

BÖHMER, Iohann Friedrich, *Regesta imperii I. Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern* 751-918, neu bearbeitet von E. MÜHLBACHER, 2 ed., vol. I, 1908.

BONA, Ioannes Cardinalis, *De divina psalmodia eiusque causis, mysteriis et disciplinis, deque variis ritibus omnium ecclesiarum in psallendis divinis officiis tractatus historicus, symbolicus, asceticus, sive psallentis ecclesiae harmonia, Opus novum et curiosum, ac multiplici eruditione illustratum.* Notitia auctorum et librorum qui in hoc opere citantur, notantur, illustrantur, in *Opera quotquot hactenus separatim edita fuere omnia*, 1 vol., Antverpiae, 1677 (ed. princ.: Romae, 1653).

— *Ioannis Bona... Epistolae selectae aliaeque eruditorum sui temporis virorum ad eundem scriptae, una cum nonnullis ipsius analectis*, edit. Roberto SALA, Augustae Taurinorum, 1755.

BROWERUS SI, Christophorus et MASENIUS SI, Iacobus, *Antiquitatum et Annalium libri XXV duobus tomis comprehensi*, 2 voll., Leodii, 1670 (De priore quadam editione, anno 1626 inchoata sed non perfecta

seu l. I-XVIII et partem l. XVIII tantum complectenti, v. A. et A. de Backer – C. Sommervoghel, t. II, pp. 221-222).

Caietanus OSB, Constantinus, *B. Amalarii Fortunati ordinis sancti Benedicti cardinalis et archiepiscopi Trevirensis vita*, Romae, 1612.

— *De sancto Hammulario*, in Bibliothecae Alexandrinae cod. lat. 102, f. 351r (cfr. H. Narducci, *Catalogus codicum manuscriptorum... qui in bibliotheca Alexandrina Romae adservantur*, p. 78).

Calmet OSB, Augustin, *Bibliothèque Lorraine ou Histoire des hommes illustres qui ont fleuri en Lorraine, dans les trois Evêchés dans l'Archevêché de Trêves, dans le Duché de Luxembourg*, etc., 1 vol., Nanceii, 1751.

— *Histoire ecclésiastique et civile de la Lorraine qui comprend ce qui s'est passé de plus mémorable dans l'archevêché de Trêves et dans les évêchés de Metz, Toul et Verdun depuis l'entrée de Jules César jusqu'à la cession arrivée en* 1737, *avec les pièces justificatives à la fin...* 2 ed., 7 tomi, Nanceii, 1745-1757, cuius tomus IV opus *Bibliothèque Lorraine* complectitur (ed. princ.: Nanceii, 1728).

Canisius, Henricus, *Antiquae lectionis tomus I, in quo... antiqua monumenta ad historiam mediae aetatis illustrandam numquam edita... omnia nunc primum e manuscriptis codicibus edita et notis illustrata*, Ingolstadii, 1601. *Antiquae lectionis tomus II... III... VI et ultimus*, Ingolstadii, 1604.

Cassander, Georgius, *Ordo romanus de officio missae. Libelli aliquot pervetusti et authentici, continentes ordinem quem Pontifex, praesertim Romanus, iam olim in celebrando officio Missae observare consuevit, diversorum et antiquissimorum exemplarium manuscriptorum diligenti inspectione et collatione, summa fide recogniti, et iam primum typis expressi*, Coloniae, 1561.

*Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France. Départements*, 48 voll. in-8°, Parisiis, 1885-1933.

*Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements*, 7 voll. in-4°, Parisiis, 1849-1885.

*Catalogue of Additions to the Manuscripts in the British Museum in the years MDCCCC-MDCCCCV*, Londinii, 1907.

*Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae*, 4 tomi, Parisiis, 1739-1744.

Cave, Gulielmus, *Scriptorum ecclesiasticorum historia literaria a Christo nato usque ad saeculum XIV facili methodo digesta... Accedunt scriptores gentiles et christianae religionis oppugnatores, et cuiusvis saeculi breviarium... Accedunt ab aliis manibus Appendices duae ab ineunte saeculo XIV ad annum usque MDXVII nunc in unam congestae. Ad calcem vero operis eiusdem Cavei Dissertationes tres.* Editio novissima ab autore ipsomet ante obitum recognita et auctior facta, 2 tomi, Oxonii, 1740-1743 (ed. princ.: 1688, 1698).

Ceillier OSB, Remy, *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques, qui contient leur vie, le catalogue, la critique, le jugement, la chronologie,*

*l'analyse et le dénombrement des différentes éditions de leurs ouvrages...*, 23 tomi, Parisiis, 1729-1763.

CELLOTIUS SI, Ludovicus, *Historia Gotteschalci praedestinatiani et accurata controversiae per eum revocatae disputatio in libros quinque distincta. Quibus accedit Appendix miscellanea ex opusculis nondum editis, aliisque tractatibus historiae lucem allaturis collecta*, Parisiis, MDCLV.

CHARISIUS, Flavius Sosipater, *Artis grammaticae libri V*, edit. C. BARWICK, Lipsiae, in Aedibus B. G. Teubner, 1925.

COCHLAEUS Ioannes, *Speculum antiquae devotionis circa missam et omnem alium cultum Dei ex antiquis et antea numquam evulgatis per typographos auctoribus a Ioanne Cochlaeo laboriose collectum ex vetustis bibliothecis ecclesiarum ac monasteriorum Moguntiae, Misnae, Vuormatiae*, etc. Apud S. Victorem extra muros, Moguntiae, 1549.

CUISSARD, Charles, *Théodulfe, évêque d'Orléans, sa vie et ses œuvres, avec une carte du* PAGUS AURELIANENSIS *au IX*e *siècle* (in *Mémoires de la société archéologique et historique de l'Orléanais*, t. XXIV), Aureliani, 1892.

*De tribus epistulis liber*, PL, 121, pp. 985A-1068A.

DEBROISE, E., *Amalaire*, in DACL, t. I, pp. 1323-1330.

DELAMARE, R., *Le « De officiis ecclesiasticis » de Jean d'Avranches, Archevêque de Rouen* (1067-1079). *Etude liturgique et publication du texte inédit du manuscrit H. 304 de la Bibliothèque de la Faculté de Montpellier*, Parisiis, 1923.

DELISLE, Léopold, *Bibliothèque nationale. Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois*, Parisiis, 1888.

— *Le cabinet des manuscrits de la bibliothèque impériale-nationale* (*Histoire générale de Paris*), 4 voll., Parisiis, 1868, 1874, 1881.

— *Mémoire sur d'anciens sacramentaires* (*Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres*, t. XXXII, 1e partie), Parisiis, 1886.

— *Notice sur des manuscrits du fonds Libri conservés à la Laurentienne à Florence*, in *Notices et extraits*, t. XXXII, 1re part., 1886, pp. 1-120.

— *Notice sur plusieurs manuscrits de la bibliothèque d'Orléans*, in *Notices et extraits*, t. XXXI, 1re part., 1884, pp. 356-439.

DUEMMLER, Ernst, MGH, *Epistolarum* t. V, *Epistolae Karolini aevi*, t. III, 1899.

— *Ueber Ermenrich von Ellwangen und seine Schriften*, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, herausgeg. von der historischen Commission der bayerischen Akademie der Wissenschaften, t. XIII (1873), pp. 473-485; t. XIV (1874), pp. 403-401.

EHRENSBERGER, Hugo, *Libri liturgici Bibliothecae Apostolicae Vaticanae manu scripti*, Friburgi Brisgoviae, 1897.

EINHARDUS (? o. 840), *Annales* a. 741-829, edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. I, pp. 135-218; PL, 104, pp. 367-508.

EINHARDUS (o. 840), *Vita Karoli imperatoris*, edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. II, pp. 426-463; PL, 97, pp. 9A-62A.

EISENHOFER, Ludwig, *Amalarius* (*Amalharius*) *Fortunatus*, in *Lexikon für Theologie und Kirche*, t. I, 1930, pp. 333-334.

— *Amalarius Symphosius von Metz*, in *Lexicon für Theologie und Kirche*, t. I, 1930, p. 333.

— *Handbuch der Liturgik*, 2 tomi, Friburgii in Br., 1932-1933.

EKKEHARDUS Uraugiensis abbas (o. post 1125), *Chronicon universale*, edit. G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. VI, pp. 17-265; PL, 154, pp. 433-1060.

ELLIES DU PIN, Louis, *Nouvelle bibliothèque des auteurs ecclésiastiques contenant l'histoire de leur vie, le catalogue, la critique et la chronologie de leurs ouvrages, le sommaire de ce qu'ils contiennent, un jugement sur leur style et sur leur doctrine et le dénombrement des différentes éditions de leurs œuvres*, 19 tomi, Parisiis, Montibus, Amstelaedami, 1693-1715 (ed. princ.: 1686 ss.).

ELTESTER, L., *Amalharius*, in *Allgemeine Deutsche Biographie*, t. I (1875), pp. 382-383.

*Epistula Treverensium ad Sigebertum Gemblacensem ac Leodienses de ieiuniis quattuor temporum*, PL, 160, pp. 825C-826A.

FABRICIUS, Ioannes Alb., *Bibliotheca latina mediae et infimae aetatis cum supplemento* CHRISTIANI SCHOETTGENII, 6 tomi, ed. Florentina, 1858 (ed. princ.: Hamaburgi, 1734-1736).

FARLATUS SI, Daniel - COLETUS, Iacobus, *Illyrici Sacri tomus I... II... VIII*, Venetiis, 1751-1819.

FICKER, G., *Amalarius von Metz*, in *Die Religion in Geschichte und Gegenwart*, 2 ed., t. I, 1927, pp. 288-289.

FLICOTEAUX, Emmanuel, *Un problème de littérature liturgique. Les « Eclogae de officio missae » d'Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 25 (1908), pp. 304-320.

FLODOARDUS presbyter Remensis (o. 966), *Historia Remensis ecclesiae*, edit. J. HELLER et G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. XIII, pp. 405-599.

FLORUS diaconus Lugdunensis (o. c. 860), *Liber de divina psalmodia*, PL, 104, pp. 235-330 (De hac attributione v. R. MÖNCHEMEIER, *Amalar von Metz*, pp. 60-62).

— *Opuscula adversus Amalarium*, PL, 119, pp. 71C-96C.

— *Opusculum de actione missarum*, PL, 119, pp. 15-72.

FORSTER OSB, Frobenius, *B. Flacci Albini seu Alcuini abbatis... opera omnia post primam editionem a viro clarissimo D. Andrea Quercetano curatam de novo collecta, multis locis emendata, et opusculis primum repertis plurimum aucta, variisque modis illustrata* cura et studio Frobenii, 2 voll., Ratisbonae, 1777.

[FRANCOIS OSB, Jean et TABOUILLOT OSB, Nicolas], *Histoire générale de Metz par des religieux Bénédictins*, 6 voll., Nanceii-Metis, 1769-1790.

FRANZ, Adolf, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, Friburgi in Br., 1902.

GERBERT OSB, Martinus, *Monumenta veteris liturgiae Alemannicae*, 2 tomi, Typis San-Blasianis, 1777-1779.

*Gesta Treverorum*, edit. G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. VIII, pp. 111-200; PL, 154, pp. 1063-1226.

Gottlieb, Theodor, *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Oesterreichs*, herausgegeben von der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien, t. I. *Niederoesterreich* (*Mittelalterliche Bibliothekskataloge*), Vindobonae, 1915 (Index ab A. Goldmann concinnatus anno 1929 tantum prodiit).

— *Ueber mittelalterliche Bibliotheken*, 1890.

Gierson, Philippe, *La bibliothèque de St-Vaast d'Arras au XII^e siècle*, in *Revue Bénédictine*, 52 (1940), pp. 117-140.

Guidi, P. e Pellegrinetti E., *Inventari del vescovato, della cattedrale e di altre chiese di Lucca* (*Studi e Testi*, 34), Roma, 1921.

Gulielmus Autissiodorensis (o. 1231/1237), *Summa de officiis eclesiasticis*, in cod. Parisiensi Bibl. Nat. lat. 14145, s. xiii, f. 41^a-76^c, et in aliis plur.

Gulielmus Durandus, ep. Mimiatensis (o. 1296), *Rationale divinorum officiorum.*

Halm, C.; Laubmann, G.; Meyer, G.; Thomas, G.; Keinz, F., *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis* (*Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae Monacensis*, t. III et IV), 2 tomi, 7 partes, Monachii, 1868-1881; tomi III partis 1 et 2 editio altera, 1892 et 1894.

Hanssens SI, Jean Michel, *De Flori Lugdunensis « Opusculis contra Amalarium »*, in *Ephemerides liturgicae*, 47 (1933), pp. 15-31.

— *Deux documents carolingiens sur le baptême*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 69-82.

— *Le premier commentaire d'Amalaire sur la messe?*, in *Ephemerides liturgicae*, 44 (1930), pp. 24-46.

— *Le texte du « Liber officialis » d'Amalaire*, in *Ephemerides liturgicae*, 47-49 (1933-1935), vel separate, Romae, 1935.

— *Le traité de la messe du ms. Zurich C 102*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 153-185.

— *Un document « antiamalarien »*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 237-244.

Hardouin, Ioannes, *Conciliorum collectio regia maxima. Acta conciliorum et epistolae decretales ac constitutiones Summorum Pontificum*, 11 tomi, Parisiis, 1714-1715.

Hauck, Albert, *Kirchengeschichte Deutschlands*, 5 tomi, 6 voll., Lipsiae, 1903-1922.

Helpericus Autissiodorensis monachus (s. ix), *Quaestio cur natalicia sanctorum in laetitia, parasceven vero in tristitia celebremus*, edit. E. Duemmler, *Epistolae karolini aevi*, t. IV, pp. 120-124.

Herimannus Augiensis (o. 1054), *Chronicon*, edit. G. H. Pertz, MGH, *Scriptores*, t. V, pp. 67-133.

*Histoire littéraire de la France, où l'on traite de l'origine et du progrès, de la décadence et du rétablissement des sciences parmi les Gaulois et parmi les Français... par des Religieux Bénédictins de la Congrégation de Saint Maur*, 12 tomi, 13 voll., Parisiis, 1733-1763.

*Histoire littéraire de la France, ouvrage commencé par des Religieux Béné-*

*dictins de la Congrégation de Saint Maur et continué...*, 25 tomi, Parisiis, 1814-1927.

HITTORPIUS, Melchior, *De divinis catholicae ecclesiae officiis et mysteriis varii vetustorum aliquot Ecclesiae patrum ac scriptorum ecclesiasticorum libri... ad religionis christianae incrementum et haeresum nostri temporis catholicae ecclesiae officia et ministeria calumnantium confutationem ex antiquis exemplaribus manuscriptis bona fide, partim ad lucem editi, partim a mendis repurgati*, per Melchiorem Hittorpium, cum indice rerum memorabilium copiosissimo eiusdem Hittorpii, anno 1619 (lege: 1609 vel 1610) auctarii loco caeteris Bibliothecae veterum Patrum tomis adiuncti, et tribus libris Gemmae animae ex editione Lipsiensi aucti, Parisiis, 1624 [ed. princ.: Coloniae, 1568, ... *officiis ac ministeriis...*].

HOLDER-HEGGER, O., *Series episcoporum Treverensium*, MGH, *Scriptores*, t. XIII, pp. 296-301.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS (o. post 1150), *Gemma animae sive de divinis officiis et antiquo ritu missarum, deque horis canonicis et totius anni solemnitatibus*, PL, 172, pp. 551B-738B.

— *De luminaribus Ecclesiae sive scriptoribus ecclesiasticis libelli quattuor*, PL, 172, pp. 197-234.

— *Sacramentarium seu de causis et significatu mystico rituum divini in Ecclesia officii liber*, PL, 172, pp. 737B-806C.

HONTHEIM, Ioannes Nicolaus ab, *Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica, inde a translata Treveri Praefectura Praetorio Galliarum ad haec usque tempora*, 3 tomi, Augustae Vindelicorum et Herbipoli, 1750.

— *Prodromus Historiae Trevirensis diplomaticae et pragmaticae exhibens origines Trevericas, Gallo-Belgicas, Romanas, Francicas, Germanicas sacras et civiles aequalium scriptorum fide et monumentorum authoritate assertas*, 2 partes seu vol., Augustae Vindelicorum, 1757.

HUGO DE SANCTO VICTORE (o. 1141), *De sacramentis christianae fidei*, PL, 176, pp. 173-618.

HURTER SI, Hugo, *Nomenclator literarius theologiae catholicae, theologos exhibens aetate, natione, disciplinis distinctos*, 3 ed., 5 tomi, Oeniponte, 1903-1913.

JACOBY, Daniel, *Valerius, Cornelius*, in *Allgemeine Deutsche Biographie*, 39, pp. 469-470.

JAFFÉ, Philippus, *Monumenta Bambergensia* (*Bibliotheca Rerum Germanicarum*, t. V), Berolini, 1869.

— *Monumenta Carolina* (*Bibliotheca rerum germanicarum*, t. IV), Berolini, 1867.

— *Monumenta Moguntina* (*Bibliotheca Rerum Germanicarum*, t. III), Berolini, 1866.

IMBART DE LA TOUR, Pierre, *Les élections épiscopales dans l'Eglise de France du IXe au XIIe siècle* (Etude sur la décadence du principe électif), (814-1150), Parisiis, 1891.

INNOCENTIUS III (o. 1216), *De sacro altaris mysterio*, PL, 217, pp. 763-916.

*Invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum*, edit. I. M. HANSSENS, *Amalarii episcopi opera liturgica omnia*, ad num. VII, A.

IOANNES ABRINCENSIS (o. 1079), *R. P. Ioannis Abrincensis episcopi, deinde Rotomagensis archiepiscopi, Liber de officiis eclesiasticis ad Maurilium Rotomagensem episcopum, primum e codice ms. coenobii Salicosani in lucem editus, nunc ex ms. codice bibliothecae Bigotianae auctus et emendatus; notis* D. IOANNIS PREVOTII... *et recentioribus observationibus illustratus; in quo varia antiquitatis ecclesiasticae monimenta, hactenus inedita, ex mss. codicibus nunc primum in lucem prodeunt*, Rotomagi, 1679.

IOANNES BELETHUS (o. post 1231), *Rationale divinorum officiorum*, PL, 202, pp. 13-166.

LABBE SI, Philippus, *De scriptoribus ecclesiasticis quos attigit Eminentissimus S. R. E. Card. Robertus Bellarminus, philologica et historica dissertatio, in qua plurima cum ad historiam, chronologiam, criticenque ecclesiasticam spectantia explicantur; tum aliorum, praesertim haereticorum... errata castigantur*, 2 tomi, Parisiis, 1660. Denuo edita in *De scriptoribus ecclesiasticis liber unus auctore Roberto S. R. E. Cardinale Bellarmino S. I. Accessit Dissertatio philologica et historica Philippi Labbè eiusdem Societatis Presbyteri Theologi super iisdem Scriptoribus*, Operum t. VII, Venetiis, 1728, pp. 616-668, hoc titulo: *Scriptorum ecclesiasticorum quos Eminentiss. Cardinalis Robertus Bellarminus attigit abacus chronologicus per saecula mundana, romana, christiana.*

— *Sanctorum Patrum, theologorum scriptorumque ecclesiasticorum utriusque testamenti bibliotheca chronologica ex antiquis lectionibus Philippi Labbe Biturici Soc. Iesu theologi, cum Pinacotheca Scriptorum eiusdem Societatis et gemino Indice Alphabetico*, Parisiis, 1659.

LACOMBE, Georges, *Praepositini cancellarii Parisiensis* (1206-1210) *opera omnia. I. La vie et les œuvres de Prévostin* (*Bibliothèque Thomiste*, XI), Le Saulchoir, Kain (In Belgio), 1927.

LAVAUD OP, Benoit, *Prédestination*, IV. *La controverse sur la prédestination au IX*e *siècle*, DTC, t. XII, pp. 2901-2935.

LECLERCQ, Henri, *Chanoines*, DACL, t. III, pp. 223-248.

— *Ecole*, DACL, t. IV, pp. 1730-1883.

— *Palais impériaux et royaux*, DACL, t. XIII, pp. 510-585.

LECOINTE, Carolus, *Annales ecclesiastici Francorum ab anno Christi* 417 *ad annum* 845, 8 voll., Parisiis, 1665-1683.

LEHMANN, Paul, *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz*, tomus I et II, Monachi, 1918-1928.

*Libellus de rebus Treverensibus saeculo VIII-X*, edit. G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. XIV, pp. 98-106.

*A List of printed catalogs of manuscript books* (*A Union World Catalog of manuscript books*, Preliminary Studies in Method, made under the direction of Ernest Cusching Richardson), t. III, Neo-Eboraci, The H. W. Wilson Co, 1935.

LÖFFLER, Karl, *Die Handschriften des Klosters Weingarten.* Unter Beihilfe von Oberbibliothekar Dr. Scherer-Fulda, XLI. Beiheft zum Zentralblatt für Bibliothekswesen, 1912.

LUDOVICUS I IMPERATOR, *Diplomata ecclesiastica usque ad divisionem imperii*, PL, 104, pp. 979B-1310A.

LUDOVICUS I ET LOTHARIUS IMPERATORES, *Epistula ad Hieremiam Senonensem archiepiscopum et Ionam Aurelianensem episcopum*, a. 825 ex., edit. A. WERMINGHOFF, MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, pp. 532-533.

MABILLON OSB, Ioannes, *Annales Ordinis Sancti Benedicti, occidentalium monachorum patriarchae, in quibus non modo res monasticae sed etiam ecclesiasticae historiae non minima pars continetur*, nov. ed., 6 tomi, Lucae, 1739 ss. [ed. princ.: Parisiis, 1704 ss.].

— *Vetera analecta sive collectio veterum aliquot operum et opusculorum omnis generis...*, 4 voll. in-4°, Parisiis, 1675-1685 [Altera editio cura L. F. I. De la Barre, Parisiis, 1723].

MAGNIN, E., *Administrateurs apostoliques*, in DDC, t. I, pp. 181-192.

MANITIUS, Max, *Drei ungedruckte Bibliothekskataloge*, in *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, 32 (1907), pp. 243-251.

— *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters* (*Handbuch der klassischen Altertums-Wissenschaft*) *im systematischer Darstellung, herausgegeben von Iwan von Mueller*, IX. Bd., 2 Abt., 1.-3. Teil, Monachi, 1911, 1923, 1931.

— *Geschichtliches aus alten Bibliothekskatalogen*, in *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, 32 (1907), pp. 647-709; 36 (1911), pp. 755-774; 41 (1917-1919), pp. 714-732.

MANSI, Dominicus, *Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio... editio novissima*, Florentiae, 1759, ss.

MARTENE OSB, Edmundus, *De antiquis ecclesiae ritibus libri tres...* Editio novissima... Accedunt I. *Tractatus de antiqua Ecclesiae disciplina in divinis celebrandis officiis* [= l. IV, cui adiungitur *Appendix ad antiquos ecclesiae ritus continens nonnullas insignium monasteriorum consuetudines*, t. III, pp. 250-348]. II. *De monachorum ritibus libri V denuo illustrati.* III. *Manuscriptorum opusculorum ad monachorum ritus appendix* [t. IV, pp. 295-362], 4 tomi, Antverpiae, 1763-1764.

MARTENE OSB, Edmundus et DURAND OSB, Ursinus, *Thesaurus novus anecdotorum*, 5 tomi, Parisiis, 1717.

MARTINEAU OP, R.-M., *La « Summa de officiis ecclesiasticis » de Guillaume d'Auxerre*, in *Etudes d'histoire littéraire et doctrinale du XIII*e *siècle* (*Publications de l'Institut d'Etudes médiévales d'Ottawa*, II), Parisiis, 1932, pp. 25-58.

*Martyrologium e codice Bernensi* 289, AA SS, Oct., t. XIII, pp. I-XLIV, ex apographo G. ARNDT; Nov., t. II, parte I, edit. I. B. DE ROSSI et L. DUCHESNE.

MARX, Jacob (o. 1876), *Geschichte des Erzstifts Trier*, 5 vol., Treveris, 1858-1864.

Marx, Jacob (o. 1924), *Erzbischof Amalarius Fortunatus von Trier*, in *Jahresbericht der Gesellschaft für nützliche Forschungen zu Trier*, Treveris, 1899.

Meier OSB, Gabriel, *Catalogus codicum manuscriptorum qui in bibliotheca monasterii Einsidlensis O. S. B. servantur*, tomus I, Einsiedeln, 1899.

Mercati, Giovanni, *Il catalogo della biblioteca di Pomposa*, in *Studi e documenti di storia e di diritto*, 17 (1896), pp. 143-177 et in *Opere minori*, vol. I (1891-1897) (*Studi e Testi*, 76), 1937, pp. 358-388.

Mohlberg, Cunibert, *Mittelalterliche Handschriften* (*Katalog der Handschriften der Zentralbibliothek Zürich*, I), Turici, 1932.

Monachus Sangallensis, *De gestis Karoli Magni libri II*, edit. G. H. Pertz, MGH, *Scriptores*, t. II, pp. 726-763.

Mönchemeier, Reinhard, *Amalar von Metz, sein Leben und seine Schriften. Ein Beitrag zur theologischen Litteraturgeschichte und zur Geschichte der lateinischen Liturgie im Mittelalter* (*Kirchengeschichtliche Studien herausgegeben von Knöpfler, Schrörs, Sdralek*, I. Bd., III. und IV. Heft), Monasterii, 1893.

de Montfaucon OSB, Bernardus, *Bibliotheca bibliothecarum manuscriptorum nova*, 2 tomi, Parisiis, 1739.

Morin OSB, Germain, *L'édition des lettres d'Amalaire dans les « Monumenta Germaniae Historica »*, in *Revue Bénédictine*, 16 (1899), pp. 419-421.

— *Le rôle de Saint Grégoire le Grand dans la formation du répertoire musical de l'Eglise latine*, in *Revue Bénédictine*, 7 (1890), pp. 63-70.

— *Les témoins de la tradition grégorienne*, ibid., pp. 289-323.

— *La question des deux Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 8 (1891), pp. 433-442.

— *Amalaire, esquisse biographique*, in *Revue Bénédictine*, 9 (1892), pp. 337-351.

— *Encore la question des deux Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 11 (1894), pp. 241-243.

— *Amalaire de Metz*, in DTC, t. I, p. 933.

— *Amalaire de Trèves*, in DTC, t. I, p. 934.

Muratorius, Ludovicus Antonius, *Liturgia romana vetus tria sacramentaria complectens, Leonianum scilicet, Gelasianum et antiquum Gregorianum... accedunt Missale Gothicum, Missale Francorum, duo Gallicana, et duo omnium vetustissimi Romanae Ecclesiae rituales libri*, 2 tomi, Venetiis, 1748.

Narducci, Henricus, *Catalogus codicum manuscriptorum praeter orientales qui in bibliotheca Alexandrina Romae adservantur* (*Catalogi codicum manuscriptorum praeter graecos et orientales qui in bibliothecis publicis Romae adservantur*), Romae, 1877.

*Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque du Roi*, lus au comité établi par Sa Majesté dans l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, 3 voll., Parisiis, 1787-1790.

*Notices... de la Bibliothèque nationale...* établi dans la ci-devant Académie... 1 vol., Parisiis, Anno VII.

*Notices et extraits des manuscrits de la Bibliothèque* (*nationale, impériale, du Roi*) *nationale et autres bibliothèques*, publiés par l'Institut (royal) de France, 38 voll., Parisiis, ann. VII-1933.

*Ordo romanus antiquus de reliquis anni totius officiis ac ministeriis* (A.: L), edit. M. Hittorp, *De divinis catholicae ecclesiae officiis*, 1610, pp. 21-94 (in ed. 1568, pp. 19-85).

Oudin, Casimirus, *Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis illorumque scriptis tam impressis quam manuscriptis adhuc extantibus in celebrioribus Europae bibliothecis, a Bellarmino, Possevino, Philippo Labbeo, Guilielmo Caveo, Ludovico Ellia du Pin, et aliis omissis ad annum M CCCC LX vel ad artem typographicam inventam, cum multis dissertationibus, in quibus insigniorum Ecclesiae autorum opuscula atque alia argumenta notabiliora accurate et prolixe examinantur*, 3 tomi, Lipsiae, 1722.

Pagius OMC, Antonius, *Critica historico-theologica, in universos annales ecclesiasticos em. et rev. Caesaris Card. Baronii, in qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur; ordo temporum corrigitur, innovatur et periodo graeco romana nunc primum concinnata munitur*... Accedunt catalogi decem veterum summorum Pontificum hactenus inediti, tomus I, Parisiis, 1689, tomus II-IV, Antverpiae (reapse Genavae), 1705.

Pez OSB, Bernardus, *Thesaurus anecdotorum novissimus, seu veterum monumentorum, praecipue ecclesiasticorum, ex Germanicis potissimum bibliothecis adornata, collectio recentissima; omnia nunc primum cum praefatione, observationibus praeviis et indicibus publici iuris facta*, 6 voll., Augustae Vindelicorum et Graecii, 1721-1729.

Piper, P., *Libri confraternitatum S. Galli, Augienses, Fabarienses*, MGH.

Possevinus SI, Antonius, *Apparatus sacer ad scriptores veteris et novi testamenti. Eorum interpretes. Synodos et Patres latinos ac graecos. Horum versiones. Theologos scholasticos, quique contra haereticos egerunt*..., 3 tomi, Venetiis, 1603.

Praepositinus Cremonensis, cancellarii Parisiensis (o. post 1231), *Tractatus officiorum*, in cod. Salisburgensi Sancti Petri VI-32, f. 1-50 et in aliis [De quo v. G. Lacombe, *Praepositini... opera omnia*. I. *La vie et les œuvres de Prévostin*, *Bibliothèque Thomiste*, 1927].

Quercetanus, Andreas, *Beati Flacci Albini sive Alchwini abbatis, Karoli Magni regis ac imperatoris magistri, opera quae hactenus reperiri potuerunt*... Accessere B. Paulini Aquileiensis Patriarchae contra Felicem Urgellitanum Episcopum libri III..., Lutetiae Parisiorum, 1617.

Rabanus Maurus (o. 856), *Liber de sacris ordinibus, sacramentis divinis et vestimentis sacerdotalibus*, PL, 112, pp. 1165-1192A.

Radulphus de Rivo, Tongrensis canonicus (o. 1403), *De canonum observantia liber*, edit. M. Hittorp, *De divinis catholicae ecclesiae officiis*, 1610, pp. 1103-1164.

Remigius Autissiodorensis monachus (o. 908 c.), *Expositio de celebratione missae*, PL, 131, pp. 845-846; cfr. 101, pp. 1246C-1271B.

RIMBERTUS Hamburgensis archiepiscopus (o. 888), *Vita sancti Anskarii*, edit. C. F. DAHLMANN, MGH, *Scriptores*, t. I, pp. 683-725.

ROBERTUS PAULULUS Ambianensis magister (s. XII), *De caeremoniis, sacramentis, officiis et observationibus ecclesiasticis*, PL, 177, pp. 381-456.

RUF, Paul, *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz*, tomus III, pars 1, Monachi, 1932.

RUPERTUS TUITIENSIS abbas (o. 1135), *De divinis officiis per anni circulum libri XII*, PL, 170, pp. 9-334A.

SABATIER OSB, Petrus, *Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae, seu vetus italica et caeterae quaecumque in codicibus mss. et antiquorum libris reperiri potuerunt; quae cum vulgata latina et cum textu graeco completantur...*, 3 tomi, Remis, 1743.

SAHRE, Rudolf, *Der Liturgiker Amalarius*, in *Programm des Gymnasiums zum heiligen Kreuz in Dresden*, Dresdae, 1893.

— *Amalarius von Metz*, in *Enzyklopädie für protestantische Theologie*, t. I, 1896, pp. 428-430.

— *Amalarius von Trier*, in *Enzyklopädie für protestantische Theologie*, t. I, 1896, pp. 430-431.

SAMMARTHANUS OSB, Dionysius, *Gallia christiana in provincias ecclesiasticas distributa qua series et historia archiepiscoporum, episcoporum et abbatum Franciae vicinarumque ditionum ab origine ecclesiarum ad nostra tempora deducitur et probatur ex authenticis instrumentis ad calcem appositis*, 3 tomi, Lutetiae Parisiorum, 1715, 1720, 1725. Opus continuatum est: a MAURINIS, tomi 4-13, 1728-1785; a B. HAURÉAU, tomi 14-16, 1856-1865. – Iterum editi sunt, a P. PIOLIN OSB, tomi 1-5, 11, 13, 1870-1874; ab H. WELTER, tomi 6-10 et 12, 1899.

SCHANZ, Martin; HOSIUS, Carl; KRÜGER, Gustav, *Geschichte der römischen Litteratur bis zum Gesetzgebungswerk des Kaisers Justinian* (*Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft herausgegeben (begründet) von Dr. Iwan von Müller*, VIII. Bd.), 8 vol., Monachii, 1907-1920.

[SCHERRER, A.], *Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von Sanct-Gallen*, Hallae, 1875.

SCHUBERT, Hans von, *Geschichte der christlichen Kirche im Frühmittelalter*. Ein Handbuch, Tubingae, 1921.

SEIDER, A., *Donatus*, hl., Bischof von Zara 800-801, in LKT, t. III, p. 410.

SICCARDUS CREMONENSIS (o. 1215), *Mitrale seu de officiis eclesiasticis summa*, PL, 213, pp. 13-436.

SIGEBERTUS GEMBLACENSIS (o. 1112), *Chronographia*, 381-1112, edit. L. C. BETHMANN, MGH, *Scriptores*, t. VI, pp. 300-535; PL, 160, pp. 57-546.

— *Liber de scriptoribus ecclesiasticis*, PL, 160, pp. 547-592.

SIMSON, Bernhard, *Jahrbücher des Fränkischen Reichs unter Ludwig dem Frommen* (*Jahrbücher der Deutschen Geschichte*), 2 voll., Lipsiae, 1874, 1876.

SIRMONDUS SI, Iacobus, *Opera varia, nunc primum collecta, ex ipsius schedis emendatiora, notis posthumis, epistolis et opusculis aliquibus auctiora. Accedunt S. Theodori Studitae epistolae, aliaque scripta dogma-*

*tica, nunquam antea graece vulgata, pleraque Sirmondo interprete*, 5 tomi, Venetiis, 1728 (ed. princ.: 5 tomi, Parisiis, 1696).

STAERK OSB, Antonio, *Les manuscrits latins du V^e^ au XIII^e^ siècle conservés à la bibliothèque impériale de Saint-Pétersbourg*. Description. Textes inédits. Reproductions autotypiques, 2 tomi, Petroburgi, 1910.

SURIUS Carth., Laurentius, *De probatis sanctorum historiis, partim ex tomis Aloysii Lipomani... partim etiam ex egregiis manuscriptis codicibus... collectis* per Laurentium Surium carthusianum, 2 ed., 7 tomi, Coloniae Agrippinae, 1576-1581.

*Tabulae codicum manu scriptorum praeter graecos et orientales in bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum*, edidit Academia Caesarea Vindobonensis, 10 tomi, Vindobonae, 1864-1899.

THEGANUS, *Vita Hludowici imperatoris*, edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. II, pp. 585-604.

THOMASIUS, Iosephus Maria, *Venerabilis viri Iosephi Mariae Thomasii* (*Cler. Regul.*) *S. R. E. Cardinalis Opera omnia...* ad mss. codd. recensuit notisque auxit ANTONIUS FRANCISCUS VEZZOSI, Cler. Reg., 7 tomi, Romae, 1747-1754.

TRITHEMIUS OSB, Ioannes (o. 1516), *Annalium Hirsaugensium tomi duo* (830-1370; 1371-1514), *complectentes historiam Franciae et Germaniae...* edit. Io. MABILLON, typis monasterii S. Galli, 1690.

— *Catalogus illustrium virorum Germaniam suis ingeniis et lucubrationibus omnifariam exornantium*, in *Iohannis Trithemii... primae partis opera historica*, Francofurti, 1601, pp. 121-183 [ed. princ.: Moguntiae, 1495].

— *Chronica insignis monasterii Hirsaugensis Ordinis S. Benedicti* [830-1370], in *Iohannis Trithemii... secundae partis chronica insignia duo*, Francofurti, 1601, pp. 1-235 [ed. princ.: Basileae, 1559].

— *De scriptoribus ecclesiasticis sive per scripta illustribus in Ecclesia viris, cum Appendicibus duabus eorum qui vel a Tritthemio animadversi non fuere, vel seculo interim nostro scriptis suis quammaxime claruerunt, aut clarent adhuc, liber unus...* Coloniae, 1546 [ed. princ.: Moguntiae, 1494, et s. l. et a. (Basileae, 1494)].

Denuo ed. in *Iohannis Trithemii... primae partis opera historica*, Francofurti, 1601, pp. 184-412.

— *De viris illustribus ordinis Sancti Benedicti libri IV*, ed. in Ioannis Trithemii Spanhemensis primum, deinde D. Iacobii in suburbano Herbipolensi abbatis eruditissimi opera pia et spiritualia, quotquot vel olim typis expressa vel manuscripta reperiri potuerunt, R. P. BUSAEO Societatis Iesu theologo, 1 vol., Moguntiae, 1605 [ed. princ.: Coloniae, 1575?].

— *Iohannis Trithemii... abbatis... primae partis opera historica quotquot hactenus reperiri potuerunt omnia... ex bibliotheca Marquardi Freneri...* Francofurti, 1601; *Iohannis Trithemii... abbatis... secundae partis chronica insignia duo... ex bibliotheca Cl. V. Marquardi Freheri...* Francofurti, 1601.

WALAFRIDUS STRABO (o. 849), *Liber de exordiis et incrementis quarundam in observationibus ecclesiasticis rerum*, PL, 114, pp. 919A-966B [Aliae editiones: A. BORETIUS ET V. KRAUSE, MGH, *Capitularia regum Francorum*, t. II, pp. 471-516; A. KNÖPFLER, (*Veröffentlichungen aus dem Kirchenhistorischen Seminar München*, Nr. 1), ed. altera, Monachii, 1899].

WARICHEZ, Ioseph, *L'abbaye de Lobbes depuis les origines jusqu'en* 1200. Etude d'histoire générale et spéciale. Avec la collaboration de DÉSIRÉ VAN BLEYENBERGHE (Université de Louvain. *Recueil de travaux publiés par les membres des Conférences d'histoire et de philologie*, 24e fasc.) Lovanii-Parisiis, 1909.

WERMINGHOFF, Albert, *Die Beschlüsse des Aachener Concils im Jahre* 816, in *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, 27 (1902), pp. 605-675.

— *De institutione canonicorum Aquisgranensi, De institutione sanctimonialium Aquisgranensi* (in Concilio Aquisgranensi 816), MGH, *Concilia*, t. II, *Concilia aevi Karolini*, I, pars I, 1906.

WERNER, Karl, *Alcuin und sein Jahrhundert. Ein Beitrag zur christlich-theologischen Literärgeschichte*, nov. ed., Vindobonae, 1881.

WIEGAND, Friedrich, *Erzbischof Odilbert von Mailand über die Taufe. Ein Beitrag zur Geschichte der Taufliturgie im Zeitalter Karls des Grossen* (*Studien zur Geschichte der Theologie unde der Kirche* herausgegeben von N. Bonwetsch und R. Seeberg, Vierter Band, Heft 1.), Lipsiae, 1899.

ZIEGELBAUER OSB, Magnoaldus, *Historia rei literariae Ordinis S. Benedicti in IV partes distributa*. Opus... recensuit, auxit, iurisque publice fecit R. P. OLIVERIUS LEGIPONTIUS eiusdem Instituti... coenobita, 4 tomi seu partes, Augustae Vindelicorum et Herbipoli, 1754 [Pars IV inscribitur: *Bibliographica sive Bibliotheca Benedictina historico-critica realis*].

ZIMMERMANN OSB, Alfons M., *Kalendarium Benedictinum. Die Heiligen und Seligen des Benediktinenordens und seiner Zweige*, 4 voll., Metemae (Metten), 1933-1939.

## LIBRI LITURGICI RITUS ROMANI IN NOTIS MEMORATI

*Liber sacram.* – Liber sacramentorum, edit. K. MOHLBERG, *Die älteste erreichbare Gestalt des Liber sacramentorum anni circuli der römischen Kirche* (Cod. Pad. D 47, foll. 11r-100r) (*Liturgische Quellen*, Hft, 11-12), Monasterii in Vestfalia, 1927.

*Sacram. gregor.* – Sacramentarium gregorianum, edit. H. LIETZMANN, *Das Sacramentarium Gregorianum nach dem Aachener Urexemplar* (*Liturgische Quellen*, Hft. 3), Monasterii in Vestfalia, 1921.

*Sacram. gelas.* – Sacramentarium gelasianum, edit. H. A. WILSON, *The Gelasian Sacramentary. Liber sacramentorum Romanae ecclesiae*, edited with introduction, critical notes and appendix, Oxonii, 1894.

*Sacram. gelas. gregor.* – Sacramentarium gelasianum-gregorianum seu gelasianum saeculi VIII, edit. K. MOHLBERG, *Das fränkische Sacramentarium Gelasianum in alamannischer Ueberlieferung* (Codex Sangall. N° 348) St. Galler Sakramentar-Forschungen I (*Liturgische Quellen*, Hft. 1-2), Monasterii in Vestfalia, 1918.

DE PUNIET. – Omnia sacramentaria synoptice descripta a P. DE PUNIET, *Le sacramentaire de Gellone*, in *Ephemerides liturgicae*, 48-52 (1934-1938) et separate, Romae, [1938].

*Comes W* – Comes Wirceburgensis, edit. G. MORIN, *Le plus ancien Comes ou Lectionnaire de l'Eglise romaine*, in *Revue Bénédictine*, 27 (1910), pp. 41-74; DACL, t. V, pp. 312-316 et t. VIII, pp. 2284-2302.

*Comes A* – Comes Alcuini seu ab Albino emendatus, edit. I. M. THOMASIO, *Opera omnia* (cura A. F. VEZZOSI), t. V, pp. 297-318.

*Comes M* – Comes Murbacensis, edit. A. WILMART, *Le Comes de Murbach*, in *Revue Bénédictine*, 30 (1913), pp. 25-69; DACL, t. V, pp. 316-320 et 908-914.

*Liber comitis* – Comes Corbeiensis, edit. W. H. FRERE, *Studies in early Roman Liturgy*, III, *The Roman epistle-lectionary* (*Alcuin Club Collections*, N° XXXII), Oxonii, 1935.

*Capitulare* – Capitulare evangeliorum, edit. TH. KLAUSER, *Das römische capitulare evangeliorum*, I *Typen* (*Liturgische Quellen*, Hft. 28), Monasterii in Vestfalia, 1935.

*Antiphonale* – Antiphonarium missae, edit. R. J. HESBERT, *Antiphonale missarum sextuplex d'après le graduel de Monza et les antiphonaires de Rheinau, du Mont-Blandin, de Compiègne, de Corbie et de Senlis*, Bruxellis, 1935.

*Respons. rom.* (Vat.) – Responsale seu antiphonarium S. Petri in Vaticano, edit. I. M. THOMASIO, *Opera omnia* (cura A. F. VEZZOSI), t. IV, pp. 17-170.

*Respons. gregor.* (Gall.) – Responsale seu antiphonarium Sangallense, ed. ibid., pp. 171-303.

*Liber respons.* (Comp.) – Responsale seu antiphonarium Compendiense, ed. PL, 78, pp. 725-850.

*Capitulare ecclesiastici ordinis qualiter a sancta Romana ecclesia celebratur, sicut ibidem a sapientibus et venerabilibus patribus nobis traditus fuit* (ANDRIEU: ordo XV), edit. C. SILVA-TAROUCA, *Giovanni « archicantor » di S. Pietro a Roma e l'« Ordo romanus » da lui composto* (anno 680), in *Miscellanea Giovanni Battista De Rossi* (parte prima), Atti della Pont. Acc. Rom. di Archeologia (serie III), *Memorie*, Volume I, parte I, Romae, 1923.

*Breviarium ecclesiastici ordinis qualiter in cenobiis fideliter Deo servientes tam iuxta auctoritatem catholicae atque apostolicae Romanae ecclesiae quam et iuxta dispositionem regulae sancti Benedicti missarum sollempniis vel nataliciis sanctorum sive officiis divinis anni circuli diu noctuque auxiliante Domino debeant celebrare, sicut in sancta ac Romana ecclesia a sapientibus ac venerabilibus patribus traditum fuit* (ANDRIEU: ordo XVI), ed. ibid.

*Ordo rom. I* – Ordo romanus I, 1-21 (ANDRIEU: ordo I) seu *Ordo ecclesiasticus Romanae ecclesiae qualiter missa pontificalis celebretur*, edit. I. MABILLON, PL, 78, pp. 937-948B.

*Ordo rom. I.* Suppl. – Ordo romanus I, 27-47 (ANDRIEU: ordo XXVIII) seu *Ordo a dominica mediana usque in octavas paschae*, ed. ibid., pp. 950B-958C.

*Ordo rom. I.* Append. I; Append. II – *Appendix*, 1-4; 5-18 (ANDRIEU: ordo XXVII), *De officiis in noctibus a caena Domini usque in pascha*, ed. ibid., pp. 959B-961B; pp. 961B-968C.

*Ordo rom. II* – Ordo romanus II (ANDRIEU: ordo V) seu *Ordo processionis ad ecclesiam sive ad missam*, ed. ibid., pp. 969-976.

*Ordo rom. IV* – Ordo romanus IV (ANDRIEU: ordo VII), *Qualiter quaedam orationes et cruces in « Te igitur » agendae sunt*, PL, 78, pp. 1380AC; 983B-984D.

*Ordo rom. VII* – Ordo romanus VII (ANDRIEU: ordo XI), seu *Ordo scrutinii ad electos, qualiter debeat celebrari*, ed. ibid., pp. 993C-1000C.

*Ordo rom. antiq.* – *Ordo romanus antiquus de reliquis anni totius officiis ac ministeriis* (ANDRIEU: ordo L), edit. M. HITTORP, *De divinis ecclesiae catholicae officiis ac ministeriis*, 1568, pp. 19-85; 1624, pp. 21-94.

*Ordo rom. S. Amandi* (ANDRIEU: ordo IV), *Ordo qualiter in sancta atque apostolica ecclesia romana missa caelebratur, quam nos*, etc., edit. L. DUCHESNE, *Les origines du culte chrétien*, ed. 5ª, pp. 155; 476-485.

*Ordo rom. Einsiedl.* – Ordo romanus e cod. Einsiedlensi 326 (ANDRIEU: ordo XXIII), edit. I. B. DE ROSSI, *Inscriptiones christianae Urbis Romae*, t. II, parte II, pp. 34-35; apud L. DUCHESNE, *Les origines du culte chrétien*, ed. 5ª, pp. 501-504.

## OPERUM HUIUS EDITIONIS SIGLA

| | |
|---|---|
| *Ant.* | *Liber de antiphonario a se composito.* |
| *Bapt.* | *Epistula ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo.* |
| *Caer.* | *Epistula ad Carolum imperatorem de caeremoniis baptismi.* |
| *Can.* | *Canonis missae interpretatio,* una cum *Expositione missae « Dominus vobiscum ».* |
| *Car. I* | *Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium prior.* |
| *Car. II* | *Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium altera.* |
| *Cod. I* | *Missae expositionis geminus codex.* Codex seu scedula prior. |
| *Cod. II* | *Missae expositionis geminus codex.* Codex seu scedula altera. |
| *Ecl.* | *Eclogae de ordine romano et de quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa.* |
| *Emb.* | *« Embolis meorum opusculorum ».* |
| *Ep. I,* etc. | *Epistula I,* etc. in appendice *Off.* l. III. |
| *Exp. I* | *Ordinis totius missae expositio prior.* |
| *Exp. II* | *Ordinis totius missae expositio altera.* |
| *Inv.* | *Invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum.* |
| *Non.* | *Epistula ad Petrum abbatem Nonantulanum.* |
| *Off.* | *Liber officialis.* |
| *Op. I* | Flori Lugdunensis *Opusculum adversus Amalarium primum.* |
| *Op. II* | Flori Lugdunensis *Opusculum adversus Amalarium alterum.* |
| *Op. III* | Flori Lugdunensis *Opusculum adversus Amalarium tertium.* |
| *Ord.* | *Epistula ad Hilduinum abbatem de diebus ordinationis et quattuor temporum.* |
| *Petr.* | *Epistula Petri abbatis Nonantulani ad Amalarium.* |
| *Prol.* | *Prologus antiphonarii.* |
| *Reg.* | *De regula sancti Benedicti praecipui abbatis.* |
| *Retr. I,* etc. | *Retractatio I,* etc., *Libri officialis.* |
| *Subd.* | Opera subditiva seu perperam Amalario adscripta (praeter *Caer.*). |
| *Var.* | Varia opera minora quae aliquo modo ad opera Amalarii pertinent. |

# OMNIUM HUIUS EDITIONIS CODICUM MANUSCRIPTORUM CATALOGUS

Asterisco signavimus eas saeculorum notas quae non totos codices, sed eorum partes dumtaxat spectant quibus unum vel plura ex percensitis operibus continentur. Numeri I, I*, II, III notae *Off.* appositi designant *Libri officialis* editiones; litterae br., ex., fr. eiusdem formam breviorem, excerpta, fragmenta. Reliqua per se satis clara sunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Abr1 | Abrincensis 1 | Avranches, Bibl. et arch. de la Ville, c. 38 | XI-XII | *Off. I* | |
| Abr2 | 2 | 86 | XI | *Can.* | |
| Abr3 | 3 | 114 | XII ex. | *Ecl.* | |
| Al | Alenconiensis | Alençon, Bibl. municipale, c. 14 | XI | *Retr. I* | U |
| And | Andegavensis | Angers, Bibl. municipale, c. 300 | XII | *Off. I* | |
| Atr1 | Atrebatensis 1 | Arras, Bibl. municipale, c. 627 (669) | X | *Off. III* | A |
| Atr2 | 2 | 685 (741) | XII | *Car. I* | A |
| | | | | *Bapt.* | |
| Aug | Augustodunensis | Autun, Bibl. du Séminaire, G. III | IX | *Can.* | |
| Augus | Augustanus | Augsburg, Staats –, Kreis – und Stadtbibl., c. 8 | XI* | *Off.* fr. | |
| Aur1 | Aurelianensis 1 | Orléans, Bibl. d'Orléans, c. 116 (94) | IX-X | *Can.* | O1.O2 |
| Aur2 | 2 | 159 (136) | IX-X | *Off. I* | O |
| Bam1 | Bambergensis 1 | Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 131 | X | *Off.* ex. | |
| | | | | *Ecl.* | B |
| Bam2 | 2 | 132 | X | *Off. I* | H |
| Bam3 | 3 | 133 | XI | *Retr. III* | |
| Bam4 | 4 | 134 | XII | *Retr. IV* | |
| Bam5 | 5 | 53 | XI | *Exp. I.II* | G |
| Bam6 | 6 | 140 | XII | *Exp. I.II* | |
| Ber1 | Bernensis 1 | Bern, Stadtbibliothek, AA 90 | XII* | *Exp. I* | B |
| Ber2 | 2 | Bern, Stadtbibl., Bibl. Bongarsiana, c. 225 | XII | *Off.* fr. | |
| Bol | Boloniensis | Boulogne s. Mer, Bibl. municipale, c. 82 | X | *Retr. I* | B |
| Bon | Bononiensis | Bologna, Bibl. Universit., c. lat. 2217 | XII* | *Off.* fr. | |
| Bru | Bruxellensis | Bruxelles, Bibl. Royale, c. 17349-17360 | XVII | *Caer.* | B |
| Bur | Burdigalensis | Bordeaux, Bibl. municipale, c. 11 | XII | *Subd.* | |
| | | | | *Exp. I* | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| $CanC_1$ | Cantabrig. $C_1$ | Cambridge, Corpus Christi Coll., c. lat. 192 | X | *Retr. I* | F |
| $CanC_2$ | $C_2$ | 416 | XII | *Off. I** | C |
| $CanC_3$ | $C_3$ | 68 | XV | *Retr. V* | |
| $CanC_4$ | $C_4$ | 265 | XI* | *Off.* ex. | |
| | | | | *Ecl.* | C |
| | | | | *Exp. I.II* | |
| CanP | P | Pembroke Coll., c. lat. 44 | XII | *Off. I** | K |
| $CanT_1$ | $T_1$ | Trinity Coll., c. lat. 241 | XI | *Retr. I* | T |
| $CanT_2$ | $T_2$ | 1434 | XII | *Exp. I* | |
| Car | Carnotensis | Chartres, Bibl. municipale, c. 28 | XI ex. | *Off.* fr. | |
| $Cas_1$ | Cassinensis 1 | Monte Cassino, Arch. e bibl. abb., c. lat. 153 | XII | *Off. II* | M |
| $Cas_2$ | 2 | 451 | 1000 c. | *Exp. I.II* | |
| Col | Coloniensis | Köln, Erzdiözesanbibl., c. 153 | XII | *Off.* br. | |
| Div | Divionensis | Dijon, Bibl. municipale, c. 107 | XI-XII | *Off. III* | D |
| Dub | Dubliniensis | Dublin, Trinity Coll., c. lat. 187 | XIII vel | | |
| | | | XIV | *Retr.* al. | |
| $Ein_1$ | Einsiedlensis 1 | Einsiedeln, Stiftsbibl., c. 109 | XI | *Off. II* | |
| $Ein_2$ | 2 | 110 | XI | *Bapt.* | E |
| | | | | *Can.* | |
| | | | | *Off. II* | |
| | | | | *Ecl.* | E |
| $Ein_3$ | 3 | 168 | X | *Ord.* | E |
| Eis | Eistetensis | Eichstätt, Bischöffl. Archiv., Liber pont. Gundecari II ep. | XI p. m. | *Exp. I.II* | E |
| Erf | Erfordiensis | Erfurt, Stadtbücherei, cod. Amplon. in f. 64 | X* | *Off.* br. | |
| | | | | *Ecl.* | F |
| $Esc_1$ | Escorialensis 1 | Escorial, Bibl. del Escorial, c. lat. e. IV. 13 | XI! | *Var.* | |
| $Esc_2$ | 2 | L. III. 8 | X | *Can.* | |
| $Esc_3$ | 3 | R. III. 15 | XIII-XIV | *Var.* | |
| $Flo_1$ | Florentinus 1 | Firenze, Bibl. Med. Laur., c. Strozz. VII | XII | *Off.* ex. | |
| $Flo_2$ | 2 | c. Libri 29 (82) | IX | *Can.* | F |
| $Ful_1$ | Fuldensis 1 | Fulda, Landesbibliothek, Aa 20 | X* | *Off. I* | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Ful2 | Fuldensis 2 | Fulda, Landesbiblisthek, Aa 22 | XI-XII | *Off. I. II* | |
| Guel1 | Guelferbyten. 1 | Wolfenbüttel, Landesbibl, c. lat. 1145 (Helm. 1043) | XII ex. | *Off. I* | |
| Guel2 | 2 | 4159 (Wiss. 75) | XII | *Retr. II* | |
| | | | | *Caer.* | W |
| | | | | *Ecl.* | W |
| Guel3 | 3 | 164 (Helm. 141) | XII pr. p. | *Exp. I.II* | |
| Guel4 | 4 | 530 (Helm. 493) | XII in. | *Exp. I.II* | |
| Guel5 | 5 | 1205 (Helm. 1098) | XIII | *Retr. V* | |
| Guel6 | 6 | 4099 (Wiss. 15) | XI | *Exp. I* | |
| Hol | Holmiensis | Stockholm, Kungl. Bibl., A. 145 | XII | *Retr. I* | |
| Lau | Laudunensis | Laon, Bibl. communale, c. 220 | X in. | *Off. I* | L |
| Len | Leningradens. | Leningrad, Госуд. Публ. Библіотека, c. lat. Q. v. I. 34 | IX-X | *Can.* | |
| LonC | Londiniens. C | London, Brit. Mus., Bibl. Cott., Vesp. D. XV | ? | *Off.* ex. | |
| LonA | A | Addit. 17004 | XI | *Exp. I.II* | |
| LonL | L | Lambeth Palace, c. 380 | XII* | *Retr. V* | |
| Luc | Lucensis | Lucca, Bibl. capitolare, c. 607 | X alt. p. | *Exp. I. II* | L |
| Lug1 | Lugdunensis 1 | Leiden, Bibl. der Rijks Un., Bibl. Publ., c. lat. 76 | X | *Off. I* | Y |
| Lug2 | 2 | 100 | XI* | *Off. I* | |
| LugV | V | Bibl. qu. Voss., cod. pr. graeci, etc., c. 30 | XV-XVII | *Ecl.* | |
| Mart | Martisburgen. | Merseburg, Bibl. des Domstiftes, c. 58 | IX.X | *Can.* | |
| Met1 | Metensis 1 | Metz, Bibl. municipale, c. 226 | XI | *Exp. I* | |
| Met2 | 2 | 351 | IX ex. | *Ecl.* | Z |
| Met3 | 3 | 1212 | XII | *Emb.* | M |
| Mon1 | Monachensis 1 | Muenchen, Staatsbibl. c. lat. 14581 | XI-XII | *Off.* ex. | |
| | | | | *Ecl.* | M2 |
| Mon2 | 2 | 16105[a] | X | *Off. II* | |
| Mon3 | 3 | 19129 | XI* | *Retr. II* | |
| Mon4 | 4 | 21568 | XII* | *Retr. II* | |
| | | | | *Caer.* | M |
| Mon5 | 5 | 3909 | XII | *Exp. I.II* | M3 |
| Mon6 | 6 | 6425 | XI | *Ecl.* | |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Mon6 | Monachensis | 6 | Muenchen, Staatsbibl., c. lat. 6425 | | *Exp. I.II* | |
| Mon7 | | 7 | 13581 | IX ex. | *Non.* | M |
| | | | | | *Bapt.* | M |
| Mon8 | | 8 | 14628 | XII | *Exp. I.II* | M2 |
| | | | | | *Off. ex.* | |
| Mon9 | | 9 | 14690 | XI | *Exp. I.II* | M |
| Ox | Oxoniensis | | Oxford, All Souls' College, c. 28 | XII | *Retr. V* | |
| Par1 | Parisiensis | 1 | Paris, Bibl. nationale, c. lat. 1938 | XII* | *Off. I* | |
| Par2 | | 2 | 2399 | X | *Off. I* | |
| Par3 | | 3 | 2400 | XI m. | *Off. III. Reg.* | P3 |
| Par4 | | 4 | 2401 | XI-XII | *Off. I* | |
| Par5 | | 5 | 2852 | X ex. | *Off. I* | P5 |
| Par6 | | 6 | 9421 | X-XII | *Off. I.II* | P6 |
| Par7 | | 7 | 11580 | XII ex. | *Off. III* | |
| Par8 | | 8 | 12033 | XII | *Off. III* | P8 |
| Par9 | | 9 | 820 | XI alt. p. | *Exp. I* | |
| Par10 | | 10 | 1008 | XII | *Can.* (?) | |
| Par11 | | 11 | 1012 | IX ex. | *Can.* | |
| Par12 | | 12 | 1248 | XI | *Ecl.* | P |
| | | | | | *Can.* | |
| | | | | | *Exp. I* | |
| Par13 | | 13 | 2402 | XII | *Retr. VI* | |
| Par14 | | 14 | 5386 | XIII | *Retr. al.* | |
| Par15 | | 15 | 11579 | XII | *Exp. I* | |
| Par16 | | 16 | 15612 | XIII | *Can.* | |
| Par17 | | 17 | 2796 | IX | *Can.* | P1 |
| Par18 | | 18 | 9490 | XVII ex. | *Ecl.* | |
| Par19 | | 19 | 9494 | XVII ex. | *Off.* ex. | |
| | | | | | *Ecl.* | |
| Par20 | | 20 | 4281 | IX | *Can.* | P2 |
| Par21 | | 21 | 3832 | XIII | *Can. Retr. al.* | |

| | | | X | *Op.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| Par$_{22}$ | Parisiensis 22 | Paris, Bibl. nationale, c. lat. 13371 | XVII ex. | *Exp. I* | |
| Par$_{23}$ | 23 | 9493 | XVII | *Ecl.* | |
| ParBa | Ba | Coll. Baluze 379 | IX m. | *Off. I* | N |
| ParN$_1$ | N$_1$ | Nouv. Acqu., c. lat. 329 | IX-X | *Bapt.* | P |
| ParN$_2$ | N$_2$ | 450 | IX-X | *Retr. I* | Q. *Q* |
| ParN$_3$ | N$_3$ | 1983 | XII | *Var.* | |
| ParAB | AB | Bibl. de l'Arsenal, c. 371 (565 T. L.) B | XII | *Var.* | |
| ParAC | AC | C | XI | *Off. II* | |
| RomC | Romanus C | Roma, Bibl. Casanatense, c. lat. 1405 | | *Can.* | |
| | | | | *Ecl.* | |
| RomV$_1$ | V$_1$ | Bibl. Vallicelliana, B. 66 | XII | *Can.* | |
| | | | | *Exp. I.II* | |
| RomV$_2$ | V$_2$ | C. 64 | XII | *Retr. al.* | |
| RomV$_3$ | V$_3$ | D. 5 | XI | *Exp. I.II* | V |
| RomVE$_1$ | VE$_1$ | Bibl. Naz. Centr. Vitt. Em., c. lat. 1570 | XI | *Off. II* | S |
| 2 | 2 | 2096 | XI ex. | *Can.* | |
| Roth | Rothomagensis | Rouen, Bibl. municipale, c. 1382 | XI | *Retr. al.* | |
| SAu | Sanctaudomar. | Saint-Omer, Bibl. munic., c. 119 | XIII | *Retr. al.* | |
| SGa$_1$ | Sangallensis 1 | Sankt Gallen, Stiftsbibl., c. lat. 40 | IX* | *Can.* | G$_1$ |
| SGa$_2$ | 2 | 69 | XII | *Exp. I* | |
| SGa$_3$ | 3 | 140 | X | *Off.* ex. | |
| SGa$_4$ | 4 | 278 | X | *Off. II* | G |
| SGa$_5$ | 5 | 446 | X in. | *Bapt.* | G |
| | | | | *Can.* | G$_2$ |
| | | | | *Ecl.* | G$_1$ |
| SGa$_6$ | 6 | 614 | IX ex. | *Ecl.* | G$_2$ |
| SGa$_7$ | 7 | 681 | XI | *Inv.* | G |
| SPa$_1$ | Sampaulinus 1 | Sankt Paul, Stiftsbibl., 25/2/20 | X | *Bapt.* | L$_1$ |
| | | | | *Off.* ex. | |
| | | | | *Ecl.* | L |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| SPa$_2$ | Sampaulinus 2 | Sankt Paul, Stiftsbibl., 25/2/35 | X | *Car. I* | L$_2$ |
| Stu$_1$ | Stutgardens. 1 | Stuttgart, Landesbibl., H. B., VI 108 | XI | *Bap.* | T |
| Stu$_2$ | 2 | VII 43 | X-XI | *Off. I.II* | T |
| Trec | Trecensis | Troyes, Bibl. munic., c. 1008 | XII | *Off. I* | |
| Trev$_1$ | Treverensis 1 | Trier, Stadtbibliothek, c. 592 | X* | *Off.* br. | |
| | | | | *Ecl.* | T |
| Trev$_2$ | 2 | 1736 | XII in. | *Subd.* | |
| Trev$_3$ | 3 | Seminarbibl., c. 136 (olim R. VII 1) | XII-XIV | *Ord.* | |
| Tur | Turicensis | Zürich, Zentralbibl., Car. C 102 (nunc: 268) | IX-X | *Petr.* | H |
| | | | | *Non.* | H |
| | | | | *Car. I.II* | H |
| | | | | *Bapt.* | H |
| | | | | *Cod. I.II* | H |
| | | | | *Can.* | H |
| Vat$_1$ | Vaticanus 1 | Città del Vaticano, B. Ap. Vat., c. lat. 1146 | XI | *Off. II* | |
| | | | | *Can.* | |
| | | | | *Ecl.* | V$_1$ |
| Vat$_2$ | 2 | 1147 | XI | *Off. II* | |
| | | | | *Can.* | |
| | | | | *Ecl.* | |
| Vat$_3$ | 3 | 1148 | XI | *Off. II* | |
| | | | | *Can.* | |
| | | | | *Ecl.* | |
| Vat$_4$ | 4 | 5627 | XVI | *Ecl.* | |
| Vat$_5$ | 5 | 7818 | XII | *Can.* | |
| VatP$_1$ | P$_1$ | Pal. lat. 485 | X | *Can.* | V |
| VatP$_2$ | P$_2$ | 495 | X-XI | *Off.* ex. | |
| VatR$_1$ | R$_1$ | Reg. lat. 73 | XII alt. p. | *Exp. I* | R |
| | | | | *Var.* | |
| VatR$_2$ | R$_2$ | 620 | | *Retr. al.* | |
| VatR$_3$ | R$_3$ | 146 | IX-X | *Off. I* | R |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| VatR4 | Vaticanus R4 | Città del Vaticano, B. Ap. Vat., Reg. lat. 221 | X* | *Ecl.* | R1 |
| VatR5 | R5 | 284 | IX | *Bapt.* | R |
| VatR6 | R6 | 338 | IX-X* | *Ecl.* | R2 |
| VatR7 | R7 | 612 | IX-X* | *Ecl.* | R3 |
| Ven | Venetus | Venezia, Bibl. Naz. Marc. lit. 63 (c. lat. III. 114) | XI ex. | *Off. II* | Z |
| Vend | Vendocinensis | Vendôme, Bibl. Municipale, c. 14 | XI pr. p. | *Exp. I* | |
| Vic | Victoriacensis | Vitry-le-Francois, Bibl. munic., c. 36 | XI-XII | *Exp. I* | |
| Vin1 | Vindobonens. 1 | Wien, Nationalbibl., c. lat. 914 | XI | *Off. II* | |
| | | | | *Can.* | |
| | | | | *Ecl.* | |
| Vin2 | 2 | 1012 | XII | *Retr. III* | |
| Vin3 | 3 | 1845 | XI m. | *Retr. I* | |
| Vin4 | 4 | 398 | XII m. | *Car. I* | V |
| Vin5 | 5 | 701 | XI | *Exp. I.II* | |
| Vin6 | 6 | 1180 | XII-XIV | *Exp. I.II* | |
| Vin7 | 7 | 982 | XII | *Exp. I.II* | |
| Hit1 | Hittorpianus 1 | Exemplar « tertiae lectionis » [1] | | *Off. I** | H1 |
| Hit2 | 2 | » » » | | *Off. I** | H2 |
| Hit3 | 3 | Exemplar « alterum », « unicum », « alterius lectionis » [2] | | *Off. II* | H3 |
| Hit4 | 4 | Exemplar « cum praefatione altera », « primae lectionis », « recognitum » [3] | | *Off. III* | H4 |
| Hit5 | 5 | Codex deperditus quo continebatur *Prologus antiphonarii* et *Liber de Ordine antiphonarii* | | *Prol. Ant.* | H |
| Coch | Cochlaeanus | Cod. e Bibl. ecclesiae Moguntinae S. Stephani | | *Off.* | Co |

[1] E bibliotheca Cornelii Walterii (Wouters)? De Cornelio Walterio seu Wouters, v. D. Jacoby, *Valerius (Cornelius)* in *Allgemeine Deutsche Biographie*, 39, p. 469-470.

[2] E bibliotheca ecclesiae metropolitanae Coloniensis S. Petri ?

[3] E bibliotheca coenobii Coloniensis Praedicatorum ?

# INTRODUCTIO

# INTRODUCTIO

## PARS I

## DE AMALARIO EPISCOPO ET DE EIUS OPERIBUS LITURGICIS

### CAPITULUM I

### De uno Amalario episcopo rerum liturgicarum scriptore

Praeter pauca opuscula quae utriusque voluminis appendice continentur, paucasque epistulas ad eum ab aliis missas, cetera omnia opera quae hic edimus, uni viro adscribimus, quem Amalarium episcopum nominamus. Quo iure id contra aliorum liturgistarum opinionem agamus, breviter nobis est hic demonstrandum.

*Epistulam ad Petrum Nontulanum*, *Epistulam de scrutinio et baptismo*, *Missae expositionis geminum codicem*, *Canonis interpretationem*, *Epistulam ad Hilduinum*, ab Amalario episcopo, qui annis 809/816 ecclesiae Treverensi praefuit, scriptam esse, *Librum de ordine antiphonarii* vero ac *Librum officialem* Amalarii illius esse opera qui ecclesiam Lugdunensem pro exsule Agobardo archiepiscopo annis 835-838 administravit, in singulorum operum praefationibus, quantum opus est, ostendimus.

Hic nobis probandum est ambas istas operum quasi familias unum habere parentem, seu unum eundemque Amalarium episcopum prius rexisse Trevirensem ecclesiam, paucisque annis postea ad ecclesiae Lugdunensis gubernacula sedisse. Quam rem his argumentis efficimus:

1. Nomine prorsus eodem Amalarii uterque scriptor ac praelatus vocatur, et eo maiorem vim habet hoc factum, quod nomen istud rarius videtur fuisse. Unius quoque atque eiusdem cognominis formae dicenda sunt alterum nomen quo Amalarius Treverensis episcopus et alterum quo Amalarius Lugdunensis procurator vocati esse feruntur, id est Fortunati et Symphosii. V. huius *Introductionis* capitulum 3.

2. Uterque scriptor ac praelatus episcopali dignitate praeditus erat.

Etiam auctorem *Off.* et *Ant.* episcopum fuisse his indiciis demonstratur. 1. Vix fieri poterat ut perillustris atque amplissimae eccle-

siae Lugdunensis Amalarius administrator seu praelatus, ut ait Florus diaconus, *Op. III*, PL, 119, p. 94D; *Op. I*, 2, p. 73B, constitueretur, nisi episcopalem potestatem habebat. A. Hauck, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, 2-3 ed., 1912, p. 662, nota 4 (cfr. tamen casum ecclesiae Traiectensis annis 744-780, ibid., pp. 54, 357, 359, 363-364); P. Imbart de la Tour, *Les élections épiscopales*, pp. 2-9; E. Magnin, *Administrateur apostolique*, DDC, t. I, pp. 181-183. – 2. In *Off.*, l. III, c. 9, 1-3, scriptor, exposito ritu quo a se populus in missae celebratione salutandus sit, eandem illam salutationem episcopi celebrantis esse affirmat. Missa enim quam l. III, c. 1-37 suis commentariis illustrat, est missa ab episcopo seu pontifice celebranda. Sua igitur dicendi ratione scriptor se episcopum esse non obscure significat. – 3. Pluribus locis in *Ant.* idem scriptor obiter memorat se aliquando eiusmodi munus sustinuisse et etiamtum sustinere, pro quo non solum communitati cuidam virorum, quos modo fratres, modo nostros vocat, in fungendo horarum officio praesideret, sed etiam ordinem cantorum in eodem officio tenendum ad suum arbitrium definiret ac mandaret. *Ant.*, c. 3, 4; c. 29, 1; c. 59, 1-2. Quoniam autem, ut suis locis declaramus, auctor *Off.* atque *Ant.* abbas non erat, nec regularis, neque canonicus, ac ne beneficiarius quidem, reliquum est ut agnoscamus munus quo fungebatur, fuisse episcopale. – 4. Quamquam iterum atque iterum se in numero sacerdotum seu missae celebrantium ponit, *Off.*, l. III, c. 9, 1-3; c. 18, 3; c. 19, 12; c. 23, 19; c. 25, 1-2; c. 44, 9; *Ep. VI*; numquam tamen se presbyterorum ordini adscribit, sed potius ab illis se distinguit, l. II, c. 13, 8; l. III, c. 1, 8.

3. Uterque Constantinopolim a rege Francorum atque imperatore missus, ibi aliquandiu commoratus est; uterque Istriam adivit et per Italiam iter fecit.

4. Etiam ratione regionum in quibus ortae sunt, inter se congruunt duae quas diximus, operum familiae, quoniam prioris familiae opera eum auctorem habuerunt qui erat vel fuerat Treverensis episcopus, *Liber officialis* vero in iisdem finibus vel in vicinis primum conscriptus esse videtur, ex iisque, tamquam e centro quodam, in reliquam Galliam Belgicam, in Lugdunensem, in Saxoniam, Franconiam, Alemanniam, Raetiam, divulgatus. *Librum* autem *de ordine antiphonarii* apud Metas compositum esse probabiliter existimari potest. Artic. 3. Res certe notanda est, quod, si origines eorum codicum qui aliqua alterutrius Amalarii opera continent, spectantur, apparet illos cunctos, praeter paucos, ex iis imperii Carolingici regnis oriundos esse quae ab anno 814 vel 818 usque ad annum 840 Ludovicus Pius sibi ipsi gubernanda servavit.

5. Cum communi utriusque familiae ex uno auctore origine apte etiam congruit quod eadem opera, non uno ac breviore temporis spatio, sed suis quaeque temporibus et convenientibus annorum intervallis interiectis composita atque edita sunt, vel edi potuerunt, ita tamen ut eorum gemina series spatio quadraginta fere annorum (812-850 circiter) contineretur. Etenim *Epistula de scrutinio et baptismo* anno 812 vel ineunte 813 scripta est. *Missae expositionis geminus codex* cum *Canonis interpretatione* anno 813 et 814, *Epistula ad Hilduinum* inter annum 822 et 830. *Libri officialis* vero tres editiones annis 823/835 prodierunt. *Lectionarii prologus*, *Liber de ordine cantatorii*, *Liber antiphonarius*, *Liber de ordine antiphonarii*, *Liber de diurnali officio*, annis 832/850 circiter exarati sunt. *Eclogae de ordine romano et de quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa*, si ipsum Amalarium Treverensem parentem habent, ab eo, brevi labore, inde ab anno 814 confici potuerunt.

Nec desunt inter illa liturgica studia annorum, vel complurium, intervalla, quibus parari atque in lucem prodi facile poterant alia opera quae aliquo iure alterutri Amalario adscribuntur. *Versus Marini* anno 813 vel ineunte 814 compositi sunt. Compilatio *Institutionis canonicorum* et *Institutionis sanctimonialium* anno 816 praepropera festinatione elaborata est, *Responsum* vero *ad Pardulum Laudunensem episcopum de praescientia divina et praedestinatione* anno circiter 850 datum.

6. Ita est illa duplex operum series constituta, ut omnes ac singulas partes cultus liturgici ex ordine tractet: scrutinia, baptismum et confirmationem; ordinem missae; canonis romani orationes; ordinationum ac ieiuniorum tempora; universam liturgiam secundum ritum romanum; librorum liturgicorum (antiphonarii, cantatorii, lectionarii) compositionem. Quae res iterum operam unius viri videtur significare, qui in rebus liturgicis versatissimus totum campum huius scientiae via et ratione peragrare atque investigare voluerit.

7. Idem est apud utrumque scriptorem principium nihil esse a patribus in rebus liturgicis sine causa institutum, nihil igitur quod in iis post prudentem indagationem explicari non possit; eadem apud utrumque explicationis ratio e symbolica seu allegorica rituum significatione; idem amor ritus romani ac romani libelli reverentia; eadem eaque non numquam subridicula prudentia ac timiditas; idem adversariorum obtrectatorumque metus; idem a contentione ac contumelia alienissimus animus; eadem cura sibi patrocinia comparandi, benevolorum vero ac doctiorum lectorum approbationes vel correctiones postulandi; eadem humilis modestia et proprii ingenii de-

spicientia; eadem denique in rebus obscurioribus illustrandis divini instinctus fiducia atque exspectatio.

8. Etsi consistit utriusque Amalarii praecipua industria atque studium in consuendis inter se locis e patrum operibus magna copia desumptis, nihilominus non desunt in eorum scriptis capitum partes, quae cum sint totae ab illis exaratae, eorum scribendi modum satis clare manifestant. Iam vero negandum non videtur modum istum eundem esse apud ambos: satis quidem emendatum, sed rudiorem atque imperitum, talem videlicet qui minimam tantum verborum copiam in promptu habeat, artem vero sententias construendi atque oratoria illa ornamenta quae figurae vocari solent, recte adhibendi plane ignoret vel certe neglegat. Apud neutrum ulla unquam, ne in verbis quidem, vehementia sive concitatio, aut quicquam lepide vel concinne scriptum, sed amant ambo sententias, maiore e parte enuntiativas ac breviores, semper vero simplices ac perspicuas, inter se connectere, quibus sensus suos modeste, sedate, et quasi pedetentim lectoribus evolvant.

10. Quamvis paucae sint ac dubiae plerumque significationis, non tamen omnino desunt mentiones, quibus scriptor operum alterius familiae scriptum aliquod ad alteram seriem pertinens suum esse manifestet. Sic, narrat auctor *Epistulae ad Petrum Nonantulañum*, 11, se post separationem ab amico socioque suo perstitisse in quaestionibus quibusdam solvendis de nocturnalibus ac diurnalibus officiis et de officiis tridui sacri. Quis autem non intellegit illas quaestiones apprime congruere cum prioribus capitulis libelli IV *Libri officialis*? *Liber* vero *officialis*, l. I, c. 23, 1, mentionem continet scripti cuiusdam de scrutinio, quod vix non poterat etiam *Epistulam* Amalarii Treverensis *ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* complecti. Etenim huius loci contextus ostendere videtur illum libellum esse saltem e parte ipsius *Libri officialis* auctoris fetum, seu libellum de scrutinio et baptismo cum eiusdem auctoris commentario. Quid secus significaret quod scrutinium eo *Libri officialis* loco est omittendum, quia suum proprium opusculum habet et sic de eo iam actum est? Quod res ad scrutinium et baptismum pertinentes ab auctore *Libri officialis* « nostra carissima » vocantur, quae nunc quasi obviam habet ac praeteriens osculo salutat? Namque ad solum ordinem aliquem romanum de scrutiniorum ac baptismi ritibus haec rei propriae salutatio non bene refertur.

Ei tamen qui admittere nolit hoc *Libri officialis* capitulo *Epistulam* Amalarii Treverensis *ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* demonstrari, patet hoc effugium, ut concedat nempe ab ipso auctore *Libri officialis* libellum aliquem de istis ritibus exaratum

esse, qui tamen alius sit atque epistula illa, dudumque perierit. Cui quidem opinioni aliquam probabilitatem confert quod in eiusdem *Libri officialis* l. I, c. 29, 1, auctor negare videtur se unum fuisse ex archiepiscopis qui ad Carolum imperatorem de ritibus baptismi olim rescripserant.

At vero eidem opinioni obstat quod prorsus gratis assumitur libellum aliquem de baptismo ab alio Amalario quam a Treverensi episcopo umquam esse compositum. Namque *Epistulam* ad Carolum imperatorem *de caeremoniis baptismi*, quae verbis « Gratias etenim agimus » inchoatur, neutrius scriptoris nostri esse posse suo loco ostendimus. Praeterea auctor *Libri officialis* reapse nullo pacto negavit, se de illis archiepiscopis fuisse qui ad Carolum de scrutinio et baptismo scripserant, sed de ea re siluit tantum. Siluit vero, non solum quia vir erat ab omni vana ostentatione alienissimus, sed quia alius non erat quam Amalarius Treverensis, hic autem non una causa ad hoc impellebatur, ut praeteritam suam dignitatem silentio tegeret. Etenim ex ipsis eius litteris ad Carolum atque ex huius responso constat Amalarium Treverensem eo tempore quo epistulam suam scribebat, imperatoris quidem concessu in illa civitate archiepiscopi partes quasdam sustinuisse, ipsam vero archiepiscopalem dignitatem nec perfecte nec firme possedisse. Quin ne episcopali quidem muneri pleno iure, seu assentientibus ceteris episcopis, in Treverensi ecclesia praefuisse videtur, quoniam eius nomen nullo ex antiquioribus episcoporum Treverensium catalogis continetur, ipse vero brevi post sui fautoris obitum sedi suae valedixit, quam Hetti, eius successor, certe iam ante finem anni 816, fortasse iam anno 814 occupavit, et usque ad annum 847, quo mortuus est, retinuit. Porro eae sunt res quas quis inutiliter memoriae non tradit. Accedit quod etiam auctor *Epistulae ad Hilduinum*, qui certe idem ille Amalarius est qui Treverensem ecclesiam gubernavit, hoc tamen non memorat, nisi ob necessitatem quandam et quasi tacite, neque scribere aliquando dubitat, tamquam episcopus non sit (par. 89).

Eiusdem *Libri officialis* l. III, c. 2, locum quendam longiorem complectitur, qui etiam in *Missae expositionis gemino codice*, cod. II, c. 1, adest. Quomodo autem est illa convenientia explicanda? Censendum non videtur locum illum partem ignotae cuiusdam missae interpretationis fuisse, quam auctor *Gemini codicis* et auctor *Libri officialis* pari modo suis scriptis inseruissent. Nimiis namque difficultatibus obnoxia est ista hypothesis, quam ut facile probari possit. Suntne igitur illae sententiae e *Gemino codice* in *Librum officialem* translatae? Si alium quidem auctorem *Gemini codicis*, alium *Libri officialis* fuisse existimandum est, neque haec hypothesis teneri posse

videtur. Etenim, ut suo loco ostendimus, *Missae expositionis geminus codex* uno tantum manuscripto codice continetur, qui non ante finem saeculi IX vel initium saeculi X exaratus est, idque, ut censuerimus, in monasterio Nonantulano ex ipsis scidis quas Amalarius illuc miserat, instanter postulans ne scriptum suum ullo modo in vulgum ederetur. *Non.*, 7. Quomodo igitur auctor *Libri officialis*, qui in regione Treverensi vel Metensi scribebat, quicquam sumere poterat e scripto alieno quod tunc in scriniis Italici cuiusdam monasterii latebat? Ceterum illa furtiva rei alienae acceptio a moribus atque ingenio auctoris *Libri officialis* quam maxime abhorrebat. *Off.*, praef. *Gloriosissime*, 6. E contrario si idem fuit auctor *Missae expositionis gemini codicis* et *Libri officialis*, sine ullo negotio res explicatur. Putari namque potest eum, quo tempore *Libri officialis* libellum III componebat, exemplum aliquod alterius operis sui, seu *Gemini codicis*, penes se habuisse, e quo pro voluntate sua, non solum paucas sententias, sed quantum volebat describere poterat. Quin, si idem fuit utriusque operis scriptor, tertia explicatio excogitari potest, quae etiam plenius rem illustrat. Ponatur videlicet auctorem illum locum de quo agimus, non ex ipso *Missae expositionis gemino codice* descripsisse, sed potius e chartis illis quas omnis scriptor apud se retinere solet in componendisque suis operibus adhibere.

Simili modo explanari potest et debet quod *Liber officialis* plures locos communes habet etiam cum *Epistula ad Hilduinum*. Haec enim, sicut *Missae expositionis geminus codex*, documentum privatum dici potest, unoque codice tantum ad nos transmissa est. Primus locus: « Ipsa enim consecratione... per sacrum ministerium provehuntur », plane idem est in utroque scripto, *Off.*, II, c. 1, 6-8 et *Ord.*, 38-40; in secundo autem loco, *Off.*, II, c. 1, 9-14, atque *Ord.*, 43-50, et in tertio, *Off.*, II, c. 2, 3-6, atque *Ord.*, 55-57, convenientia est rerum dumtaxat et praeterea aliquot sententiarum vel vocum.

11. Ut plenius demonstretur unum eundemque esse auctorem utriusque operum familiae necesse erat insuper accurate inter se conferre omnes eos locos ex diversis operibus qui idem argumentum tractant, velut *Epistulam ad Hiduinum*, 28-35, cum *Libro officiali*, l. I, c. 1-3, et *Libro de ordine antiphonarii*, c. 30-40, in quibus locis agitur de septuagesima, sexagesima et quinquagesima. Sed hic labor longior erat quam qui in praesentia a nobis suscipi posset, ex iisque est ad quos haec editio facultatem suppeditabit.

12. Amalario Treverensi archiepiscopo *Libri officialis* compositionem adscribunt *Gesta Treverorum*, n. 25, ed. G. Waitz, MGH, *Scriptores*, t. VIII, p. 163; PL, 154, pp. 1155B-1156A, idemque agunt Anonymus Mellicensis (scr. 1135), *De scriptoribus ecclesiasticis*,

c. 71, PL, 213, p. 977A, et HONORIUS AUGUSTODUNENSIS (ob. post 1150), *De scriptoribus ecclesiasticis libelli quattuor*, l. IV, c. 3, PL, 172, p. 230A, etsi hic illum Amalarium non Treverensem archiepiscopum, sed episcopum Metensem facit. ALBERICUS monachus Trium Fontium, *Chronica*, ad ann. 810, edit. P. SCHEFFER-BOICHORST, MGH, *Scriptores*, t. XXIII, p. 726; verba chronici *Gesta Treverorum* exscribunt. Amalarii Treverensis archiepiscopi opus esse *Librum officialem* affirmat etiam IOANNES TRITHEMIUS (o. 1516), *De scriptoribus ecclesiasticis*, ed. 1546, p. 116; ed. 1601, t. I, p. 253; *Catalogus illustrium virorum Germaniam... ornantium*, ed. 1601, t. I, pp. 125-126; *Chronica insignis monasterii Hirsaugensis* ad ann. DCCCXLVII, ed. 1601, t. II, p. 11; *De viris illustribus ordinis s. Benedicti*, l. IV, c. 82, edit. BUSAEO, 1605, p. 129. Amalarium qui *Librum officialem* et *Librum de ordine antiphonarii* exaravit, alium non fuisse atque Treverensem archiepiscopum statuit post I. COCHLAEUM, *Speculum antiquae devotionis*, Epistula nuncupatoria ad Georgium principem atque episcopum Leodiensem, ipse M. HITTORP, *De divinis catholicae ecclesiae officiis*, Ad lectorem, eumque secuti sunt C. BARONIUS, *Annales ecclesiastici*, a. 784, XV; a. 813, XI; a. 830, VII; IX; a. 831, V; VI; A. POSSEVINUS (1611), *Apparatus sacer ad scriptores veteris et novi testamenti*, Venetiis, 1603, t. I, p. 143; s. R. BELLARMINUS, *De scriptoribus ecclesiasticis liber unus*, Opera omnia, 1862, t. VI, p. 70; A. QUERCETANUS, *Beati Flacci Albini... opera*, praef., p. XIII; C. BROWERUS et I. MASENIUS, *Antiquitatum et Annalium libri XXV*, l. VIII, 20-65, t. I, pp. 393-403. Alii. Hac denique sententia nititur C. CAIETANUS (1650), *Beati Amalarii Fortunati Ordinis Sancti Benedicti, Cardinalis et archiepiscopi Trevirensis, vita*, Romae, 1612.

Opera vero prioris nostrae familiae usque ad illud tempus ignota erant. *Epistulam* quidem Amalarii Treverensis archiepiscopi *ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* ediderant H. CANISIUS, *Antiquae lectionis t. VI*, 1604, pp. 369-379; I. BASNAGE, *Thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum*, 1725, t. II, parte I, pp. 543-548; A. QUERCETANUS, *Beati Flacci Albini... opera*, 1617, pp. 1151-1162, sed ab omnibus illa epistula non Amalario sed Alcuino adscribebatur.

Amalarium cuius est *Liber officialis* et *Liber antiphonarii* non eum esse qui Treverensis archiepiscopus fuit, sed alterum quendam eiusdem nominis scriptorem eumque diaconum, primus IACOBUS SIRMONDUS SI censuit. *M. F. Ennodii episcopi Ticinensis opera*, 1611, Opusculum IX, nota *a*, in *Opera varia*, ed. Parisiensis, 1696, t. I, pp. 1721-1722; ed. Veneta, 1728, t. I, p. 1043; PL, 63, pp. 257D-

259D; *Epistula ad Domnum Constantinum Caetanum Congregationis Cassinensis Decanum*, anno 1612, in *Opera varia*, t. IV, pp. 641-647; t. IV, pp. 461-465. Idem non nullis post annis verum auctorem *Epistulae ad Carolum imperatorem* non esse Alcuinum, sed Amalarium Treverensem archiepiscopum agnovit. *Theodulfi episcopi Aurelianensis de ordine baptismi liber ad Magnum Senonensem*, 1646, in *Opera varia*, t. II, pp. 943-944, nota *a*; t. II, pp. 679-680, nota *a*. Porro Sirmondi demonstratio auctorem *Libri officialis* et *Libri de ordine antiphonarii* non fuisse Amalarium Treverensem duobus documentis nititur, epistula quadam ab HETTI Treverensi archiepiscopo ac Ludovici Pii imperatoris legato ad Frotharium episcopum Tullensem data, MGH, *Epistulae karolini aevi*, t. III, pp. 277-278, et loco quodam ex ADEMARI Cabannensis (o. circ. 1030) *Historia Francorum*, l. III, 2, PL, 141, p. 29BC. Ex illa namque epistula liquet Hetti iam anno 817 vel certe 818 ecclesiae Treverensis gubernaculum tenuisse; unde deducendum videtur eo tempore Amalarium, qui ante Hetti eidem ecclesiae praefuit, ultimum diem iam obiisse. Iam vero consat *Librum officialem* non ante annum 823, *Librum de ordine antiphonaii* post annum 831 prodiisse. Restat igitur ut hos alteri cuidam Amalario assignemus.

Quisnam autem hic fuerit docet Ademarus: nempe Amalarius quidam qui anno 816 iussu Ludovici imperatoris curam suscepit geminam canonicorum et sanctimonialium institutionem componendi, eoque tempore diaconus erat. Verum enim vero neutro documento quidquam in nostra quaestione efficitur. Ex eo enim quod anno 817 vel 818 Amalarius esse archiepiscopus Treverensis desierat, nequaquam inferre licet eum tunc iam mortuum fuisse; re vera, ut postea plenius explanabimus, non est ille e sede Treverensi morte abreptus, sed, sponte sua vel secus, ea se abdicavit. Affirmationi vero Ademari vix ullam fidem esse habendam in capitulo 2 ac 3 ostendimus

Opinionem Sirmondi, etsi inanibus fulciebatur argumentis, suam fecerunt scriptores omnes qui per tria fere saecula Amalarii opera percensuerunt. Primus omnium ipse C. CAIETANUS in nova quadam seu *De sancto Hamulario* dissertatione, quam memorat I. BONA in epistula anno 1665 ad Lucam Dacherium missa, *Epistolae selectae*, edit. R. SALA, p. 75, quamque complectitur codex Bibliothecae Alexandrinae, Romae, 102, fol. 351r. Deinde idem BONA, *De divina psalmodia*, *Notitia auctorum et librorum*, Antverpiae, 1677, p. 947; Venetiis, 1764, p. 517; L. CELLOTIUS, *Historia Gotteschalci Praedestinatiani*, 1655, l. III, c. 8, *De Amalario cuius hac de controversia scripta exciderunt*, pp. 176-180; L. D'ACHERY, *Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum*, 1665, t. I, Praefatio; P. LABBE, *Sanctorum*

*Patrum... bibliotheca chronologica*, 1659, pp. 98-101; *De scriptoribus ecclesiasticis... philologica et historica dissertatio*, 1660, p. 623; N. Alexander, *Historia eclesiastica*, Historiae eccl. noni et decimi saeculi synopsis, c. 3, a. 4, et Dissertatio XII, ed. Parisiensis, 1699, t. VI, p. 352; ed. Veneta, 1776, t. VI, p. 169 et 419-421; L. Ellies du Pin, *Nouvelle bibliothèque*, t. VII, 1696, pp. 74, 157, 158-160, 207, 209, 233, 234, 240, 241-242, 252, 255; G. Cave, *Scriptorum ecclesiasticorum historia literaria*, ad annum 810, t. II, 1743, p. 7; ad annum 812, ibid.; A. Pagius, *Critica historico-theologica*, a. 811, X; a. 812, XII; a. 813, XIII; a. 814, XXXI; a. 816, XIII; a. 830, XI; XII; XIII; a. 831, III; a. 851, XI; I. Mabillon, *Annales ordinis sancti Benedicti*, l. XXVIII, c. 51-52; l. XXX, c. 6; l. XXI, c. 73; Lucae, 1739, t. II, pp. 400, 476, 553-555; Cas. Oudin, *Commentarius de scriptoribus ecclesiae antiquis*, t. II, 1722, c. 147-149; A. Calmet, *Histoire ecclésiastique et civile de la Lorraine*, 2 ed., Nanceii, 1745-1757, t. IV (*Bibliothèque Lorraine*), 1751, pp. 43-44; I. A. Fabricius, *Bibliotheca latina*, Florentiae, 1858, t. I, pp. 73-76; *Histoire littéraire de la France*, t. IV, 1738, pp. 418-419, 531-546; t. V, 1740, pp. 215, 223-225; I. N. Hontheim, *Historia Trevirensis diplomatica et pragmatica*, t. I, 1750, p. 151; R. Ceillier, *Histoire générale des auteurs sacrés et ecclésiastiques*, t. XVIII, 1752, c. 23, nn. X-XI, pp. 373-375; c. 34, pp. 552-571; M. Ziegelbauer, *Historia rei literariae Ordinis s. Benedicti*, t. IV, pp. 166, 268, 283; 271, 279; J. F. C. Baehr, *Geschichte der römischen Literatur im karolingischen Zeitalter*, 1840, par. 50, pp. 380-383; L. Eltester, *Amalharius*, in *Allgemeine Deutsche Biographie*, t. I, pp. 380-383; K. Werner, *Alcuin und sein Jahrhundert*, 1881, pp. 199-216; S. Abel-B. Simson, *Jahrbücher des Fränkischen Reichs unter Karl dem Grossen*, t. II, pp. 495-580 passim. Alii complures.

In summa toto illo temporis spatio nullus historicus duorum Amalariorum distinctionem in dubitationem adducere, ut videtur, ausus est, ne si id assumpsisset, in aliquam ignorantiae vel inscitiae vituperationem apud peritos incurreret. Haec est illa iudicandi libertas cuius se tenacissimos exhibere amant homines docti.

Exeunte autem saeculo superiore G. Morin OSB, tota quaestione denuo diligenterque perpensa, vulgatam de duobus Amalariis opinionem nullo fundamento niti demonstravit, cum pluribus indiciis antiqua suaderetur sententia, unum eundemque virum, Amalarium nomine, ecclesiae Treverensi aliquot annos praefuisse *Epistulamque ad Carolum Magnum de scrutinio et baptismo* exaravisse, postea vero praeter alia quaedam minora scripta, *Librum officialem* et *Librum de ordine antiphonarii* composuisse. *Le rôle de saint Grégoire le Grand*

*dans la formation du répertoire musical de l'Eglise latine*, in *Revue Bénédictine*, 7 (1890), pp. 65-66; *Les témoins de la tradition grégorienne* ibid., pp. 300-307; *La question des deux Amalaire*, ibid., 8 (1891), pp. 433-442; *Amalaire, esquisse biographique*, ibid., 9 (1892) pp. 337-351; *Encore la question des deux Amalaire*, ibid., 11 (1894), pp. 241-243; *L'édition des lettres d'Amalaire dans les « Monumenta Germaniae historica »*, ibid., 16 (1899), pp. 419-421; *Amalaire de Metz*, in DTC, t. I, p. 933; *Amalaire de Trèves*, in DTC, t. I, p. 934. Argumenta autem eius demonstrationis ea prope sunt, quae paulo supra exposuimus. Sententiam G. Morin, praeter alios exceperunt E. Duemmler, *Amalarii epistolae*, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, 1899, pp. 240-241; J. Marx, *Erzbischof Amalarius Fortunatus von Trier*, 1899; E. Debroise, *Amalaire*, in DACL, t. I, pp. 1323-1330; E. Flicoteaux, *Les « Eclogae de officio missae » d'Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 25 (1908), pp. 319-320; M. Besson, *Amalaire*, in DGHE, t. I, pp. 922-923; G. Ficker, *Amalarius von Metz*, in *Die Religion in Geschichte und Gegenwart*, t. I, 1927, pp. 288-289; M. Manitius, *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters*, t. I, 1911, pp. 396-398; A. M. Zimmermann, *Kalendarium Benedictinum*, t. II, 1934, pp. 169-170. Alii.

E contrario R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 259-261 (Nachtrag) et post eum A. Franz, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, p. 351, n. 1, censuerunt illam neque demonstratam esse, neque demonstrari posse, quippe quae cum certis quibusdam eventis annorumque definitionibus non congruat. Sic ipse Amalarius « Metensis », in *Libro de ordine antiphonarii*, c. 58, memorat sese, puer cum esset, Alcuini discipulum fuisse in schola Turonensi Sancti Martini. Anno igitur 796, quo Alcuinus primum docuit, erat idem Amalarius maxime quattuordecim annos natus, nec potuit anno 809 vel 811 archiepiscopus Treverensis constitui. Porro, si Amalarius Treverensis, relictis post annum 813 istius ecclesiae gubernaculis, tranquillam vitam degendi causa in monasterium quoddam secessit, veri simile non est eundem virum, iamiam aetate provectum, ecclesiae Lugdunensis procurationem accipiendo eamque inconsultius gerendo, gravissimis negotiis ac molestiis implicari voluisse.

Quod autem G. Morin censet auctorem *Libri officialis*, l. I, c. 23, propriam quandam epistulam de scrutinio et baptismo, seu epistulam ab Amalario Treverensi de illa re ad Carolum Magnum scriptam, memorare, haec interpretatio admitti non potest. Etenim ipse auctor *Libri officialis* negat se unum ex archiepiscopis fuisse qui ad Carolum scripserunt de scrutinio et baptismo; proprius autem libellus cuius ab eo mentio fit, aliud non est quam ordo romanus illorum

rituum seu idem scriptum est quod c. 8 l. I nomine « proprii syntagmatis » designatur.

Duo priora ex his argumentis omni fundamento carere planum faciunt ea quae, art. 3, de vita Amalarii exponimus. In *Libro officiali* vero, l. I, c. 23, non memorari ordinem aliquem romanum, sed opusculum ab ipso *Libri officialis* auctore conscriptum paulo supra demonstramus. Vocibus autem « proprium syntagma », l. I, c. 8, 4, neque ordinem aliquem neque commentarium designari, sed formularium ipsum scrutiniorum, seu contextum formularum quae in iis celebrandis adhibendae erant, patet ex eiusdem appellationis coniunctione cum verbis « propriam missam » et totius illius loci contextu.

Distinctioni duorum Amalariorum fideles manserunt etiam alii quidam scriptores germanici: R. Sahre, *Amalarius von Metz, Amalarius von Trier*; J. Marx, *Erzbischof Amalarius Fortunatus von Trier*; Hurter, *Nomenclator literarius*, t. I, pp. 755-756, 766-768; A. Hauck *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I, p. 56, n. 3; p. 123, n. 2; p. 158, 186-188, 207, n. 2; p. 214, n. 3; p. 269, n. 6; p. 384, n. 1; pp. 415, 598, 662-664; 697; H. Von Schubert, *Geschichte der christlichen Kirche im Frühmittelalter*, 1921, pp. 640-642; L. Eisenhofer, *Amalarius Symphosius von Metz, Amalarius (Amalharius) Fortunatus*, in LTK, t. I, 1930, pp. 333-334; *Handbuch der Liturgik*, t. I, p. 122. Hic tamen probabilem quoque esse G. Morin demonstrationem agnoscit, certumque iudicium de quaestione pronuntiare recusat.

## CAPITULUM II

## Omnium Amalarii operum catalogus

### I - *OPERA LITURGICA*

### *A*) Opera genuina

#### *a*) Opera servata

1. *Epistula ad Petrum abbatem Nonantulanum* (*Non.*).

2. *Epistula ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* (*Bapt.*).

3. *Missae expositionis geminus codex* (*Cod. I*, *Cod. II*).

4. *Canonis missae interpretatio* (*Can.*).

5. *Epistula ad Hilduinum abbatem de diebus ordinationis et quattuor temporum* (*Ord.*).

6. *Prologus antiphonarii* (*Prol.*).
7. « *Embolis opusculorum meorum* » (*Emb.*).
8. *Liber de ordine antiphonarii* (*Ant.*).

Quae autem ad horum operum codices, editiones, authenticitatem, etc., pertinent, in propriis eorum praefatiunculis exponuntur. *Introductionis* c. 6-13.

### *b*) Opera deperdita vel latentia

1. *Liber de ordine cantatorii*, cuius mentio fit in *Ant.*, c. 7, 5: « Non recolo utrum scripsissem in Libello officiali aut in altero de ordine cantatorii sensum quem mihi misericordia Domini ministravit ». Liber autem cantatorius ille erat quem hodie gradualem appellare consuevimus. *Prol.*, 18.

2. *Prologus lectionarii*, quem memorat *Ant.*, c. 16, 10: « De duodecim noctibus (inter Nativitatem Domini et eius Epiphaniam) scripsi in prologo lectionarii ».

3. *Antiphonarius*, cuius ordinem constitutionemque singillatim describit *Ant.* Memoratur quoque, anno 838, a Floro diacono Lugdunensi, *Opusculum adversus Amalarium I*, n. 2, PL, 119, p. 73CD: « Protulit quoque antiphonarium, velut a se digestum atque correctum, cui talia ex suo sensu inseruit, ut pro eius impudenti audacia frons legentis pudore ac rubore feriatur ».

Antiphonarium illud non erat purum antiphonarium, sed responsoriale-antiphonarium, quod « mixtim responsoria et antiphonas secundum ordinem temporum in quibus solemnitates... celebrantur » complectebatur. Eundem librum Amalarius in eius *Prologo* et in toto *Libro de ordine antiphonarii* « antiphonarium nostrum » constanter nuncupat. *Prol.*, 7, 11-12; *Ant.*, c. 8, 11-13; c. 13, 31; etc. In eo autem ordinando, praeter alia complura, antiphonaria quoque romana, quae Corbeiae invenerat, et antiphonarium metense adhibuit. *Prol.*, 1-3, 8; *Ant.*, c. 8, 13; c. 10, 1; etc. Quaedam vero ipse e sacris scripturis, ut videtur, supplevit vel ad propriam sententiam ordinavit. Porro duobus modis intellegi potest illa « antiphonarii nostri » appellatio. Vel fuit illud antiphonarium liber determinatae cuiusdam ecclesiae, quem Amalarius, clero eiusdem ecclesiae adscriptus, in huius usum correxit tantummodo et complevit. « Noster antiphonarius » tunc idem valet quod « antiphonarius ecclesiae nostrae ». Liquet autem hanc ecclesiam non fuisse Metensem, quoniam antiphonarium Metense a « nostro antiphonario » fere perpetuo distinguitur. *Ant.*, c. 8, 12-13; c. 9, 6; c. 10, 1; c. 12, 3-4; c. 21, 1; c. 28, 6; c. 29; etc. Vel erat liber ex toto ab Amalario compositus,

nulli autem determinatae ecclesiae destinatus, ita ut « noster antiphonarius » non plus significet quam « antiphonarius a me compositus », nec quicquam nos prohibeat, quominus censeamus Amalarium illo tempore clero Metensi fuisse denuo adscriptum. Quin etiam, si illi re vera adscriptus erat, Metisque commorabatur, melius intellegitur cur Amalarius antiphonarium quoque huius urbis nostrum vocaverit, *Prol.* 8, et scribere potuerit fuisse tempus quo solum antiphonarium Metense sibi notum esset. *Ant.*, c. 29, 1.

Iam vero e duabus interpretationibus secundam veriorem aestimamus. Etenim: 1. Nulla est neque in *Prologo*, neque in *Libro* quorumlibet lectorum vel cantorum adlocutio, quam tamen postulat significatio quae ad priorem interpretationem voci « noster antiphonarius » attribuitur. Cantores quorum gratia antiphonarium suum ordinaverat, Amalarius semper tertia persona designat: « Idcirco precor cantores ut non despiciant nostra », « Si forte quis dignum duxerit praesens volumen frequentare », etc. *Prol.*, 9-10. – 2. Opus Amalarii factum non esse iussu vel rogatu ecclesiae alicuius, sed privata quasi auctoritate, ostendunt verba qualia haec sunt: « Unde precor, si aliquis dignatus fuerit nostra opuscula scribere — intellege antiphonarium — in fine responsoriorum dignetur eas — antiphonas — scribere ». *Ant.*, c. 70, 4. – 3. Totus *Liber de ordine antiphonarii* demonstrat operam Amalarii non constitisse in corrigendo et complendo antiphonario aliquo iam pridem composito, sed in novo quodam compingendo. – 4. Parum valet argumentum quo quidam priorem sententiam, nostrae contrariam, firmare volunt, Amalarium, si dumtaxat antiphonarium a se compositum, non vero antiphonarium ecclesiae cuiusdam proprium significare voluisset, illud non « nostrum » sed « meum » appellare debuisse, quoniam se ipse semper prima persona singulari designat. Etenim dubium non est quin Amalarius pluries, etiam id quod in novo antiphonario suum erat, pronomine possessivo primae personae pluralis notaverit, v. g., ubi scribit: « Precor cantores ut non prius despiciant nostra, quam discutiant ea... Et si invenerint minus congruere ea ordini librorum et rationi alicui, dent indulgentiam meae imperitiae; sin autem, non despiciant edere nostra olera ». *Prol.*, 9. Vel: « Duo nocturnalia officia inveni in romano antiphonario in vigilia sanctae Mariae de assumptione; idcirco et nos duplicia officia posuimus in festivitate in nostro antiphonario ». *Ant.*, c. 62. – 5. Non uni ecclesiae antiphonarium suum suppeditare volebat, Amalarius, sed unum constituere antiphonarium quo tolleretur diversitas quam inter antiphonaria suae provinciae ecclesiasticae exstitisse invenerat. *Prol.*, 1.

Antiphonarium suum Amalarius in monasterio Corbeiensi Sancti

Petri composuisse censendus est inter annum 831, quo Romam ad Gregorium IV a Ludovico Pio imperatore missus est, et annum 835, quo munus gubernandae ecclesiae Lugdunensis suscepit. V. c. 3.

4. *Liber de diurnali officio*, quem Amalarius simul cum *Libro de ordine antiphonarii* conscripsit. *Ant.*, c. 16, 10: « De duodecim noctibus (inter Nativitatem Domini et eius Epiphaniam)... cogito scribere in commentario diurnalis officii »; c. 19: « Quid de octavis Domini et sanctorum a Romanis clericis agatur, et quid nostra regio frequentet ex eis, partim scripsi in Libello officiali, partim conor scribere in libello de diurnali officio ». Fortasse commentarius hic, seu *Liber de diurnali officio*, aliud non est atque series septem priorum capitum quae ante ipsam expositionem ordinis antiphonarii in *Ant.* habentur. *Ant.*, prologus, 9: « Scripsi olim in libello qui vocatur Officialis, de tempore septuagesimae et de mysterio eiusdem numeri, et de ceteris officiis quae aguntur in ecclesia per annum, sive sint nocturnalia, sive diurnalia. Nunc dicturus, Deo miserante, de ordine antiphonarii, cupio summatim aliquid scribere, quasi quoddam manuale, de solis nocturnalibus officiis et de his quae vocantur vulgo cursus ». Septem autem prioribus capitibus disserit Amalarius de nocturnali officio in noctibus dominicis et cotidianis, de matutinali officio in iisdem noctibus, de cursibus diei, id est de prima, tertia, sexta, nona, de synaxi vespertina, de completorio.

## *B*) Opus dubiae attributionis

*Eclogae de ordine romano et de quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa* (*Ecl.*).

De codicibus, editionibus, auctore huius operis vide eius propriam praefatiunculam, *Introductionis* c. 15.

## *C*) Opera subditiva

1. *Epistula ad Carolum imperatorem de caerimoniis baptismi* (*Caer.*).

2. *De regula sancti Benedicti praecipui abbatis* (*Reg.*).

De utriusque huius operis codicibus, editionibus, authenticitate, etc., v. proprias eorum praefatiunculas, *Introductionis* c. 16 et 17.

3. *Liber officiorum* codicis Treverensis 1, Stadtbibliothek, 1736 (88), saec. XII in., e monasterio S. Mathiae Treverensi, ff. 1r-84; cuius operis prologus, ff. 2-3, his verbis incipit: « Satis et nimium quidem divine et apostolice auctoritati ». Iam saeculo XII quidem, quo codex exarabatur, opinio erat hunc *Librum officiorum* auctorem ha-

bere Amalarium, ut apparet e nota quadam quam continet figura folii 1r: « Hamalarius Fortunatus, cardinalis Romanus, Trebirorum metropolitanus, Hoc venerabile] compinxit opus, Ecclesiasticis utile ordinibus, Ut hoc ordine laudetur Dominus, Quamdiu viget hoc mortale genus ». Qua nota nititur catalogus operum Amalarii apud Trithemium, cum priorem quendam *Librum de ecclesiasticis officiis*, verbis « Satis et nimium quidem » incipientem, eumque ex una capitulorum serie constantem, ab ipsius *Libri officialis* libellis quattuor, ad Ludovicum missis, discernit; similemque opinionem tenuerunt etiam J. Marx, *Erzbischof Amalarius Fortunatus von Trier*, et G. Morin, *Les témoins de la tradition grégorienne*, in *Revue Bénédictine*, 7 (1890), pp. 300-307, existimantes unum eundemque virum fuisse Amalarium Treverensem archiepiscopum et Amalarium Metensem, *Libri officialis* auctorem. Verumtamen dubium non est quin *Liber officiorum* aliud non sit, nisi notissimus ps. Alcuini, *Liber de divinis officiis*, PL, 101, pp. 1173-1286, is autem prologo ornatus et epilogo, commentario quoque in canonem missae auctus, totusque retractatus, ut consilio novi editoris accommodaretur, coaevos suos ob neglegentiam praescriptionum liturgiae romanae reprehendendi. Huius rei demonstrationem v. apud A. Franz, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, pp. 367-376. Quae demonstratio his indiciis compleri potest. In c. 22 *Libri officiorum* deest prima sententia c. 25 *Libri de divinis officiis*, pp. 1225-1226A; nihilo minus altera sententia huius c. 25, etsi est prima in illo c. 22, etiam in hoc signatur voce « enim ». Similiter prima c. 35 *Libri officiorum* sententia habet in principio coniunctionem « autem », quamquam nihil est in capitulo superiore cui eadem sententia opponatur; in c. 38 vero *Libri de divinis officiis*, p. 1238B, est prior quaedam sententia, cum qua sententia subsequens, quae prima est in c. 35 *Libri officiorum*, aptissime coniungitur.

Non *Librum officiorum* tantum sed ipsum *Librum de divinis officiis*, iis capitibus exceptis quae postea interpolata sunt, primam quandam *Libri officialis* Amalariani formam exhibere opinatus est C. Werner, huiusque operis auctorem Amalarium Metensem esse vult, quem ab Amalario Treverensi episcopo distinguit. *Alcuin und sein Jahrhundert*, pp. 199-216.

At vero quod neque *Liber de divinis officiis* neque *Liber officiorum* primum quoddam Amalarii opus de universis officiis liturgicis esse potest, compluribus e capitibus liquet. Etenim: 1. Multo maioribus differentiis a *Libro officiali* duo ceteri *Libri* discrepant, quam ut eundem quem ille, hi auctorem habere existimentur. – 2. Exceptis locis trium *Librorum* communibus, facile est videre ceteros omnes non rebus tantum, sed etiam modo quo scripti sunt, seu stylo, multum

inter se differre. – 3. Nulla probabilis causa afferri potest ob quam Amalarius tot res, etiam graviores, in priore opere a se explicatas, prorsus in recentiore neglexisset. – 4. Iterata invocatio sanctae crucis in c. 18 *Libri de divinis officiis*, pp. 1210C-1211A, et in c. 15 *Libri officiorum* non est nisi excerptum, in quo etiam invocationum ordo prorsus mutatus est, cum *Liber officialis*, l. I, c. 14, 2-3, textum ps. Ioannis Chrysostomi integrum sine mutatione exhibeat. Simile quid constat de compluribus aliis locis. – 5. Multa capitula *Libri de divinis officiis* et *Libri officiorum*, v. g., c. 19 et 16, sunt merae farragines, constanti Amalarii rationi ac viae omnino contrariae. – 6. E locis quos *Liber de divinis officiis* ac *Liber officiorum* communes habent cum *Libro officiali*, plures in hoc opere ad eius libellum IV pertinent: *Liber de divinis officiis*, c. 5, pp. 1179AB, vel *Liber officiorum*, c. 6, « In hac die unum amittimus... praesentis officii omisit », et *Liber officialis*, l. IV, c. 33, 1, « Unum amittimus in theophania... officii praesentis amisit »; *Lib. de div. off.*, c. 16, pp. 1203BC, vel *Lib. off.*, c. 14, « Accenduntur enim in hac nocte... Christi sepulturae », et *Off.*, l. IV, c. 22, 1, « Accenduntur in quinta... Christi sepulturae »; *Lib. de div. off.*, c. 50, p. 1279A, vel *Lib. off.*, c. 47, « Et in Libro Sapientiae de tertio... introduxit in luctum », et *Off.*, l. IV, c. 42, 3-4, « Dicitur in Libro Sapientiae de exequiis... introduxit in luctum ». – 7. Alter ex iisdem tribus locis, in *Off.*, non solum ad libellum IV referendus est, sed ad totius operis editionem III; vide locum duplicatum 34, *Introductionis* c. 14, a. 3. – 8. Aliorum complurium ex iisdem communibus locis ea ratio est, ut in *Lib. de div. off.* et in *Lib. off.* inter se binos et binos coniungant diversos textus, qui in *Off.* diversarum editionum proprii sunt; *Lib. de div. off.*, c. 17, p. 1206BC, vel *Lib. off.*, c. 14, « De eodem vero die legitur... in diem illum et reliqua », mixtos exhibet textum editionis I et II *Libri officialis* et textum editionis eius III in l. I, c. 12, 34; vide locum duplicatum 4, *Introductionis* c. 14, a. 3; *Lib. de div. off.*, c. 19, pp. 1219B-1221C, vel *Lib. off.*, c. 16, « Ad invocationem vero Spiritus Sancti », etc., textus pariter coniunctos earundem editionum in *Off.*, l. I, c. 26, 1-5; v. locum duplicatum 9, ibid. – 10. *Lib. de div. off.*, c. 18, pp. 1211D-1215B et *Lib. off.*, c. 15, continent quoddam *Responsum ad quaestionem cur natalicia sanctorum in laetitia, parasceve vero in tristitia celebremus*, quod auctorem habet Helpericum Autissiodorensem monachum; hic autem non ante annum 880 scripsit, et fortasse multo post; I. A. Fabricius, *Bibliotheca latina*, t. III, p. 188; H. Hurter, *Nomenclator*, t. I, p. 909; R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 211-213; A. Franz, *Die Messe*, pp. 368-369; M. Manitius, *Geschichte*, t. I, pp. 446-449. Brevis expositio missae vero quam praebet

*Lib. de div. off.*, c. 40, pp. 1246C-1271B, ac *Lib. off.*, c. 37, magnam partem excerpta est e FLORI LUGDUNENSIS *Opusculo de actione missarum*, PL, 119, pp. 15-72, et hoc, ut videtur, opera Remigii Autissiodorensis pariter monachi, qui anno circiter 908 vita functus est. H. HURTER, *Nomenclator*, t. I, p. 878. Iam dudum igitur ipse Amalarius ex hoc mundo decesserat, cum compositus est *Liber de divinis officiis*, e quo postea ortus est *Liber officiorum*. Poterat ergo novus ille officiorum divinorum explanator sui decessoris opus pro voluntate compilare, et hoc libere fecit, cum ab eo non solum complures notiones atque interpretationes mutuatus est, sed integras quoque sententias vel sententiarum contextus ad verbum descripsit.

4. *Epistula ad episcopum anonymum*, « Sufficere quidem », aliud non est quam prima pars epistulae PS. HIERONYMI, *De septem ordinibus ecclesiae*, PL, 30, pp. 152A-167D. Ceterum sic inscripta est in cod. Vaticano R3, f. 112v: *Epistola sancti Hieronymi de gradibus ecclesiasticis*. Fragmentum novum edidit G. MORIN, *Pages inédites de deux pseudo-Jérômes des environs de l'an* 400, in *Revue Bénédictine*, 40 (1928), pp. 310-318.

5. *Responsio cuiusdam de corpore et sanguine Domini*. Inc. « Intuentes sententiam apostoli »; des. « et per quemcumque elegerit, tibi satisfacturus erit ». Edit. L. D'ACHERY, *Spicilegium*, t. XII, pp. 39-41; in edit. nova, t. I, 1723, pp. 149-150. In margine autem alterius huius editionis apponitur, auctore L. F. J. DE LA BARRE, haec nota: « Anno circiter 830 », et in ima pagina: « Amalarii, ait Baluzius in margine. Quod qua ratione deprehenderit, haud equidem novi, nisi quod huius opusculi stilus aliorum Amalarii librorum simillimus est. Florebat ille scriptor circa annum 830. Monet Acherius Responsionem hanc repertam esse in ms. cod. Gemblacensi, eiusque meminisse Anonymum apud Cellotium ». *Historia Gotteschalci Praedestinatiani*, pp. 541, 543, 547, 548, in opusculi « Anonymi » prooemio, c. 4, c. 5 et c. 7. Cum autem a consueto Amalarii sermone alienissimum sit genus scribendi quo utitur huius *Responsionis* auctor, nedum illi simillimum sit, eam e numero genuinorum Amalarii operum sine ulla dubitatione excludimus. Ab « Anonymo apud Cellotium » idem *Responsionis* auctor constanter nomine « Sapientis cuiusdam » designatur; cuius tamen nomen se ignorare fatetur, etsi illum « moderno tempore » scripsisse affirmat.

6. *Liber de usibus ecclesiasticis*. Inc. « In septuagesima legitur »; des. « baculo enim sustentat, custodit, erigit ». In codice Sanctaudomarensi, Saint-Omer, Bibl. municipale, c. 119, s. XIII, ff. 37v-49r. *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départements*, t. III, 1861, pp. 68-69. Hoc opusculum, licet inscribatur *Liber Ama-*

*larii de usibus ecclesiasticis*, vix quidquam commune habere videtur cum genuinis Amalarii operibus.

7. *Expositiones in offitiis ecclesiasticis*. Inc. « Quia IIII$^{or}$ elementis Deum die et nocte offendimus »; des. (?) « et opere implere studeatis prestante domino... amen ». In codice Parisiensi AB, Paris, Bibl. de l'Arsenal, c. lat. 371 (565 T. L.) B, s. xii; cfr commentarium similem in codice Escorialensi 1, Escorial, c. lat. e. IV. 13, s. xii, ff.117$^{v}$-125$^{v}$. G. Antolín, *Catálogo de los Códices latinos*, t. II, pp. 100-102. Cum *Libro officiali* (l. II, c. 2, 3 ss.) quibusdam similitudinibus coniungitur.

8. *Excerpta Amalarii monachi*. Inc. « Legitur in ecclesiastica historia Nabuchodonosor regem Babilonie Ierusalem bellando destruxisse »; des. « dicat diaconus: Ite missa est, et completum est ». In cod. Burdigalensi, Bordeaux, Bibliothèque municipale, 11, s. xii, ff. 100$^{v}$-103$^{r}$. Cfr. commentarium similem in cod. Escorialensi 3, Escorial, c. lat. R. III. 15, s. xiii-xv, ff. 110$^{r}$-111$^{r}$; des. « et secundum ea non vivere »; G. Antolín, *Catálogo de los Códices latinos*, t. III, pp. 508-509; alium in cod. Parisiensi AC, Paris, Bibl. de l'Arsenal, 371 (565 T. L.) C, s. xii, ff. 92$^{v}$-98$^{v}$, et in Vaticano R1, Città del Vaticano, Bibl. Apost. Vat., Reg. lat. 73, s. xii, ff. 52$^{v}$-54$^{r}$. Haec excerpta, etiam in codice Burdigalensi, multum a textu *Libri officialis* discrepant; adde quod in hoc dumtaxat codice Amalario adscribuntur.

9. *Explanatio offitii et secrete maioris ab Amalario archidiacono sancte Romane sedis sub Leone episcopo eiusdem apostolicae sedis*, in cod. Parisiensi 14, Paris, Bibl. nat., c. lat. 5386, s. xiii, ff. 258$^{v}$-264$^{v}$.

Alia minoris momenti. V. etiam in *Introductionis* c. 13, a. 1, recensitas complures *Libri officialis* retractationes.

## II – *OPERA NON LITURGICA*

### *A*) Opera genuina

#### *a*) Opus servatum

*Versus marini*. Postrema editio est E. Duemmler, MGH, *Poetae latini aevi carolini*, t. I, pp. 426-428.

#### *b*) Opus deperditum vel latens

*Epistula ad Pardulum Laudunensem episcopum de praescientia et praedestinatione*. Amalarium de praescientia divina et de praedestinatione scripsisse testatur ipse Pardulus Laudunensis in epistula

quam de ea re ad ecclesiam Lugdunensem misit. Vide *De tribus epistulis librum*, c. 39, PL, 121, p. 1052A: « Ita ait [in epistula sua Pardulus]: Plures inde apud nos scripserunt. Et cum quinque ex eis [idem Pardulus] nominasset, inter quos etiam Amalarium scripsisse memoravit, subiunxit dicens: Sed quia haec inter se valde dissentiebant, scotum illum qui est in palatio regis, Ioannem nomine, scribere coegimus. Et paulo post: Quae autem inter nostros inde sit maxima contentio vobis significo ». Quod autem in illa controversia etiam Amalarii et Ioannis Eriugenae sententia a Remensibus expetita erat, Lugdunenses vehementer deplorarunt, cum in eodem *De tribus epistulis libro*, c. 40, PL, 121, p. 1054D, Flori diaconi, ut videtur, iracundo calamo utentes, scripserunt: « Quod autem inter ceteros qui de tanta quaestione, divinae videlicet praescientiae et praedestinationis apud eos scripsisse memorantur, etiam Amalarius ponitur, et scotus Ioannes ab eis ad scribendum compulsus esse refertur, multum moleste et dolenter accipimus, ut ecclesiastici et prudentes viri tantam iniuriam sibimet ipsis fecerint, ut Amalarium de fidei ratione consulerent, qui et verbis et libris suis mendaciis et erroribus et phantasticis atque haereticis disputationibus plenis omnes pene apud Franciam ecclesias et non nullas etiam aliarum regionum, quantum in se fuit, infecit atque corrupit, ut non tam ipse de fide interrogari, quam omnia scripta eius, saltem post mortem ipsius, debuerint igne consumi, ne simpliciores quique, qui eos multum diligere et legendo frequentare dicuntur, eorum lectione et inaniter occuparentur, et perniciose fallerentur ac deciperentur. Et quod maioris est ignominiae atque opprobrii, scotum illum ad scribendum compellerent ».

*De tribus epistulis liber* anno 852 vel 853 exaratus est, controversia vero quam spectat Amalarii epistula exorta erat anno 849. B. Lavaud, *Prédestination*, IV, in DTC, t. XII, pp. 2901-2920.

Amalarium autem illum esse ipsum *Libri officialis* auctorem, cui viginti circiter annis antea commissa erat ecclesiae Lugdunensis procuratio, fere singula huius convicii verba declarant.

### *B*) Opera dubiae attributionis

1. *De institutione canonicorum.*
2. *De institutione sanctimonialium.*

Ambas regulas postremo edidit A. Werminghoff, MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, pp. 307-464. Compositionem libri *De institutione canonicorum* — de regula enim sanctimonialium prorsus silet

— solus ADEMARUS CABANNENSIS, *Historia Francorum*, l. III, c. 2, PL, 141, p. 29BC, duobus circiter saeculis post eventum Amalario adscribit, cum neque Patres synodi Aquisgranensis anni 816, in utriusque regulae prologo, pp. 312-313 et 422, neque Ludovicus imperator, in suis litteris ad archiepiscopos, pp. 458-464, neque *Annales Laurissenses minores*, ad annum 816, edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. I, p. 122, neque *Vita Hludowici*, c. 28, item, t. II, pp. 621-622, ullam mentionem operae Amalarii faciant. Porro mire concordat Ademari affirmatio cum capite *De regula sancti Benedicti praecipui abbatis*, cum, sicut hoc, Amalarium quasi praeconem atque commendatorem institutorum sancti Benedicti exhibet, probabileque est eam ob causam Ademarum compilationem regulae sanctimonialium non item Amalario attribuere, etsi Patres synodi utrumque librum eodem modo esse confectum significant. Iam vero satis compertum est commentariolum de regula sancti Benedicti esse ab ipso Ademaro scriptum ab eoque Amalario affictum. Multum insuper differunt ratione scribendi eae partes utriusque *Institutionis* quas ipse compilator exaravit, a *Libro officiali* et a *Libro de ordine antiphonarii*, ita ut negandum videatur illas partes posse esse Amalarii opus. Inter historicos hodiernos alius alium ambarum *Institutionum* auctorem esse putant, nemo tamen Amalarium. Vide praesertim A. WERMINGHOFF, *Die Beschlüsse des Aachener Concils im Jahre* 816, in *Neues Archiv*, 27 (1902), pp. 605-675 (praecipue pp. 608-623).

### C) OPUS SUBDITIVUM

*Tractatus de Trinitate.* Inc. « Cum tam innumerabilia bona sint quorum tam multa »; des. « necesse est ut pari amore uterque se diligat et alterum ». In cod. Sanctaudomarensi, Saint-Omer, Bibliothèque municipale, 119, ff. 50v-60r; quae attributio non aliunde nata est, nisi e phantasia hominis cuiusdam saeculi XVI, qui titulo huius tractatus verba subiunxit: « Amalarius de Trinitate ».

## CAPITULUM III

### Amalarii vita

Prope innumerabilia sunt scripta antiqua vel recentia quae, alia brevius, alia fusius, Amalarii vitam exponunt. [1] Nobis autem in animo non est hic ea omnia quae de eodem viro ab illis scriptoribus

---

[1] Haec vitae Amalarii narratio magna e parte eius propriis scriptis ac documentis in ceteris huius *Introductionis* capitulis memoratis innititur. Quo-

unquam dicta sunt examinare, et hoc eo minus quod multa sunt in istis narrationibus quae mere commenticia apparent, nec disquisitione digna. Consilium vero nostrum est, ea tantum, ad instar cuiusdam commentarii, ex ipsis documentis colligere quae satis certa sunt et ad Amalariana opera illustranda idonea.

Natum igitur censemus esse Amalarium anno circiter 775; hoc enim suadet quod certe anno 812 et 813 episcopus Treverensis erat, et anno fere 850 mortem obiit. Patriam vero nactus est eam regni Carolingici partem quae ab anno 817 ad annum 840 in ditione ac potestate ipsius Ludovici Pii imperatoris posita, praeter Saxoniam atque Alemanniam, praeter romanas provincias Germaniae inferioris et superioris, praesertim provincias Galliae Belgicae, Lugdunensis ac Narbonensis complectebatur, seu, ut pressius loquamur, ipsa Gallia Belgica illum oriundum fuisse putamus. Hanc enim provinciam nomine « nostrae provinciae », « nostrae regionis », « nostrae ecclesiae », « nostrae Galliae » appellare censendus est. [2] In ea fere totam vitam deguit; in eadem, in Gallia Lugdunensi, in Alemannia meridionali, in Italia praecipue propagata sunt eius opera. Quin etiam probabiliter demonstrari potest Amalarium primam lucem Metis vel ad hanc civitatem aspexisse. Etenim non solum clero Metensi plures annos adscriptus fuisse videtur, in eadem urbe vel apud eam aliquam diu habitasse, ultimaque sua opera conscripsisse, sed non desunt rationes existimandi eum in illa etiam munus episcopale vicaria potestate sustinuisse, actoque supremo vitae die, proprio sepulcro esse inlatum.

Nomen habuit Amalheri, ut videre erat in nota propria eius manu exarata in codice quodam *Excerptorum Augustinianorum* Eugippi abbatis, quem ecclesiae Treverensi S. Eucarii (hodie S. Mathiae) in perpetuum dono dederat: « Amalheri episcopus civitatis Treforensis,

---

niam autem ea omnia facillime a lectore suis quaeque locis reperiri possunt, eadem hic singillatim indicare supersedimus. E recentioribus biographis totam Amalarii vitam exponit G. Morin, *Amalaire, esquisse biographique*, in *Revue Bénédictine*, 9 (1892), pp. 337-351; item R. Sahre, *Amalarius von Trier, Amalarius von Metz*, in *Encyklopädie für protestantische Theologie*, 1 (1896), pp. 428-431 et A. Hauck, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, 1912, pp. 186-188; 662, nota 4, sed hi enarratam vitam inter duos Amalarios partiendo; vitam Amalarii Metensis dumtaxat praebent idem R. Sahre, *Der Liturgiker Amalarius*, in *Programm des Gymnasiums zum heiligen Kreuz in Dresden*, 1893, pp. I-LII et R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, 1893, pp. 15-64.

[2] *Off.*, l. III, praef.; c. 6, 5; *Ep.* I, 1; *Prol.* 1, 8; 10; 13; *Ant.*, c. 5, 18; c. 18, 6; c. 21, 2; c. 28, 1; c. 35, 1; 5; c. 44, 1; c. 54, 14; c. 57, 2; c. 58, 1-2; c. 67, 2; c. 80, 1.

quem adquisivi parvitate mea, trado partibus ecclesiae sancti Eucharii Treforensis. Successorum quisquis futurus sis, sive potens in saeculo, sive pauper, sive scholasticus, sive idiota, te precor per Dominum Christum, qui nos iudicaturus est, ut ne auferas illum a supradicta ecclesia. Et ut firmius cognoscatur, mea manu subscripsi et in principio et in fine libri ».[3] Idem nomen praebet, etsi aliquantum depravatum, altera quaedam nota, quae in quibusdam codicibus titulo *Eclogarum* adiungitur: « Haec Amalhere abbas aedidit » (SGa6, p. 232), « Sequentia Amalhere abbas edidit » (SGa5, p. 18; Ein2, p. 19), « Haec Mialheri abbas aedidit » (Bam1, f. 1r), « Haec Malheri abbas edidit » (SPa1, f. 15r). Denique occurrit etiam, aliquantum latinizatum, in utroque lemmate epistularum *Car. I* et *Bapt.* in codice Atrebatensi 2, f. 130r-v: « Interrogatio Karoli... ad Amalherum episcopum »; « Responsio Amalheri episcopi ad Karolum », et in lemmate *Epistulae ad Hilduinum*: « Epistula Amalherii abbatis ad Hilduinum abbatem ». Latine vero nomen Amalheri uno eodemque modo in omnibus antiquioribus ac gravioribus documentis vocabulo Amalarius redditur: hoc nomine se ipse vocat Amalarius in epistula sua ad Petrum Nonantulanum; eodem eum appellant Carolus imperator, Petrus Nonantulanus, Florus diaconus Lugdunensis,[4] Agobardus eiusdem civitatis archiepiscopus,[5] auctor libelli e codice Metensi 3,[6] Berno Augiensis, Ademarus Cabannensis, Bernoldus Constantiensis, Rupertus Tuitiensis, Radulfus Tongrensis, scriptores epistulae Treverensium ad Leodienses;[7] eodem designatur in titulis quibus eius opera in compluribus iisque optimis codicibus inscribuntur; eodem in « additionibus Metensibus » martyrologii Bernensis.[8] Reliquae omnes nominis latini scripturae corruptione formae Amalarius ortae sunt, quales sunt Amelarius, Amularius, Amalerius, Amallarius, Amellarius, Amalharius,[9] Hamelarius, Hamularius, etc.

---

[3] C. Browerus et I. Masenius, *Antiquitatum et Annalium Trevirensium libri XXV*, l. VIII, n. 55, t. I, pp. 400-401; *Gallia christiana*, t. XIII, p. 390BE; cfr. PL, 62, pp. 548 ss. De nomine Amalarii v. R. Sahre, *Der Liturgiker Amalarius*, pp. vi-vii; xi.

[4] *Opuscula adversus Amalarium*, PL, 119, pp. 71-96; *Invectio canonica*, 1-2; 39; *Liber de divina psalmodia*, PL, 104, pp. 325-330. Florum, non Agobardum esse huius libelli auctorem demonstravit R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 60-62.

[5] *Contra libros quattuor Amalarii*, PL, pp. 339-350.

[6] Ed. in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 239-244.

[7] V. huius *Introductionis* c. 4.

[8] Quaere documentum ad finem huius capituli.

[9] Epistola V, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, p. 111.

Non uno sed geminatis nominibus Symphosii Amalarii vocatur bis auctor *Libri officialis* in codice Parisiensi 2400, qui ex parte iussu Ademari Cabannensis, ex parte propria eius manu exaratus est: « In nomine domini nostri Iesu Christi incipit prefatio Simphosii Amalarii clerici in libro de divinis officiis ad Ludovicum imperatorem » (fol. 1r), « Explicit liber Simphosii Amalarii presbiteri venerabilis de divinis officiis... quem librum in hoc corpore transcribi curavit Ademarus indignus monachus in honorem Dei et sancti Eparchii ». Qua auctoritate nitatur singulare et tardum istud indicium plane ignoramus; aegre tamen crediderimus nomen Symphosii esse ab Ademaro ipso sine ullo fundamento Amalario affictum. Symphosius, seu Symposius, erat nomen poetae cuiusdam, cognomine Scholastici, qui, ut tenet probabilior sententia, annis 533-534 circiter in Africa floruit. [10] Eius *Aenigmata* per plura saecula (VII-IX) et imprimis in Academia palatina, tempore Alcuini, celebriora fuerunt. Valde igitur veri simile est Amalarium eo tempore quo illam academiam frequentabat, ut se huius consuetudini accommodaret, pro qua singuli academici cognomen aliquod sibi eligebant, ad hoc sibi Symphosii nomen adsumpsisse. Porro graeco huic cognomini aequale videtur nobis esse nomen latinum Fortunati quod *Gesta Treverorum* (saec. XII in.) cum nomine Amalarii copulantur: « Eo [Wiomado] mortuo, Richbodus ordinatur episcopus [Treverensis], deinde Wazzo; post quem Hamularius [*var.* Amularius, Amualarius] Fortunatus, cardinalis Romanus, qui librum officiorum conscripsit... Post Fortunatum Trebirorum ecclesiae Hetti praefuit », [11] quodque exhibet titulus *Libri officiorum* in codice Treverensi 2, saec. XII, fol. 1r: « Hamalarius Fortunatus cardinalis Romanus, Trebirorum metropolitanus, Hoc venerabile compinxit opus, Ecclesiasticis utile ordinibus, Ut hoc ordine laudetur Dominus, Quamdiu viget hoc mortale genus ». [12] Gemina autem dicimus duo illa nomina Symphosii et Fortunati, quia vocabulum Symphosius non multum dissimile apparet voci Symphorosus, huius vero instar vix aliud est inter cognomina latina, atque Felix vel Fortunatus. Aliam certe rationem non videmus cur saeculo XI demum, numquam autem antea, Amalario cognomen Fortunati imponi coeptum sit. Attamen in investiganda origine huius cognominis non est neglegendum quod ubicum-

---

[10] M. MANITIUS, *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters*, t. I, pp. 136-137; 191-193; 205-206; 284; cfr. M. SCHANZ, *Geschichte der römischen Litteratur*, t. VII, pp. 74-76.

[11] C. 25, edit. G. WAITZ, MGH, *Scriptores*, t. VIII, p. 163.

[12] Vide huius *Introductionis* c. 2.

que episcopus Treverensis Fortunatus nuncupatur, etiam cardinalis Romanus fuisse dicitur. Quin etiam in epistula s. Ludgero episcopo Monasteriensi adscripta, sed reapse saeculo XIV vel XV in. exarata, de canonizatione s. Suitberti (anno 804), idem Amalarius, solo nomine Fortunati designatus, cardinalis archiepiscopus declaratur, eiusque mentio media ponitur inter nomina duorum cardinalium episcoporum suburbicariorum et ante nomina trium cardinalium presbyterorum. [13]

Memorat quidem ipse Amalarius se aliquamdiu eodem loco cum Alcuino vixisse; verum quis fuerit ille locus, quo tempore ita vixerit, quaenam sibi cum Alcuino ratio intercesserit, non definit. Scribit namque, *Ant.*, c. 58, 2: « Audivi illos [responsorios] canere in isto ordine, quando videbar puer esse ante Albinum doctissimum magistrum totius regionis nostrae. Cuius auctoritate delectatus ac fretus, postquam libertatem usus sum canendi quae congrua mihi videbantur, coepi illos canere tempore suprascripto, id est ab octavis pentecostes usque in kalendas iulii ». Verba autem « cum videbar puer esse » nequaquam necessario significant Amalarium tunc reapse puerum fuisse, id est non plus quattuordecim vel quindecim annos natum, sed possunt etiam sic intellegi, quasi dicat Amalarius se illo tempore fuisse coram Alcuino tamquam puerum, quippe qui tunc esset iuvenis imperitus atque auctoritate carens. Nec quidquam est in ipsis Amalarii verbis quod potius monasterium Turonense S. Martini quam regium palatium, vel hoc magis quam illud indicet. Nihil denique quod demonstret Amalarium verum Alcuini discipulum fuisse, seu hunc in schola quadam docentem audivisse; affirmatur tantum illum responsorios de psalmis certo quodam ordine ab Alcuino constituto cani audivisse. Huc accedit quod nulla e compluribus Alcuini epistulis Amalario scripta est, vel aliquam eius mentionem continet. Non tamen talis fuisset Amalarius discipulus de quo potuisset non gloriari etiam magister qualis erat Alcuinus.

Sed fuerit Amalarius in sua pueritia verus Alcuini discipulus, nobis tamen integrum restat existimare id non in scholis Turonensi monasterii fuisse, quibus Alcuinus non ante annum 796 praefuit, sed in schola palatina quam ab anno 782 ad annum 790 et iterum a 792 ad 796 moderatus est. [14] Quin haec dumtaxat sententia perfecte

---

[13] Epistula s. LUDGERI ad Rixfridum Traeictensem ep., IX, apud L. SURIUM, *De probatis sanctorum vitis*, t. II, 1618, p. 20.

[14] De schola palatina v. H. LECLERCQ in DACL, t. IV, *Ecole*, XLIII. *L'académie et l'école du palais*, pp. 1875-1876; de Turonensi, XLIV. *L'école de Saint-Martin de Tours*, pp. 1876-1879. V. etiam MONACHUS SANGALLENSIS, *Gesta Karoli Magni*, l. I, 1-3, MGH, *Scriptores*, t. II, pp. 731-732. Eo autem quod in

in reliquam chronologiam vitae Amalarii quadrat, et explicat cur hic per totam vitam cum ipsis principibus, Carolo Magno praesertim et Ludovico Pio, cumque regia vel imperiali domo, perpetuum commercium habuerit, ita ut etiam aliquantum temporis palatium incoluerit.

Prorsus verisimile fit nostrum quoque Amalarium fuisse clericum illum Metensem cuius opera, annuente Carolo Magno imperatore, usum se esse testatur Leidradus Lugdunensis, cum, anno 800 vel paulo post, ordinem psallendi in sua ecclesia secundum ritum palatii instauraret.[15] Ceterum Amalarium illa epistula indicari prope certum eo fit, quod in uno saltem codice in locum verborum: « unum de Metensi ecclesia clericum per quem », substituta esse videntur haec: « reditus qui ab antiquo fuerant de Lugdunensi ecclesia, per quam ». Pro pertinacissima videlicet ira qua quidam saltem e clero Lugdunensi ob causam quam mox dicturi sumus, Amalarium prosequebantur, fas iis non videbatur agnoscere ecclesiam suam boni quidquam illi debere.

Estne umquam Amalarius vitam monachicam professus? Id nullo certo indicio demonstratur. Fratres namque, quorum frequentissime mentio fit cum in *Off.*, tum in *Ant.*, modo sunt communitatis ecclesiasticae clerici seu clerici canonici, modo eiusdem fideles omnes, nusquam autem apparet eos esse monachos, quorum Amalarius abbas esset. Quod *Ant.*, c. 3, 6, Beda sanctus pater noster nuncupatur, hoc aliud non est quam unus ex illis titulis quibus Amalarius altam suam Bedae venerationem exprimebat; *Off.*, l. I, c. 37, 1; c. 39, 1; l. IV, c. 39, 7; etc.; qua autem ratione nomen patris a se Bedae datum intellexerit, ipse satis declarat, v. g., *Off.*, l. I, c. 27, 1-2. Immo pluribus locis *Libri officialis* et *Libri de ordine antiphonarii* Amalarius se apertis verbis clero « ecclesiastico » seu saeculari aggregat. V. g., *Off.*, l. II, c. 4, *De clericis quo nomine generaliter nos vocamur*; c. 15-26, in quibus agitur de « sacrorum ducum », id est clericorum, habitu; l. IV, c. 8, 1; c. 33, 17, « et nos clerici »; *Ant.*, c. 1, 4; c. 3, 1-4; c. 4, 3; etc.

Annis 812 et 813 Amalarius ecclesiae Treverensi praeerat. Hoc

---

ecclesia Turonensi in vigiliis paschatis hymnum *Benedicite* post lectiones cantari audivit Amalarius, *Off.*, l. IV, c. 17, 13, etiam si quo modo significari videretur illum monasticae Sancti Martini scholae aliquando alumnum fuisse, nequaquam demonstratur illum in eadem iis annis studuisse quibus eam moderabatur Alcuinus.

[15] LEIDRADUS Lugdunensis ep., *Epistula ad Karolum imperatorem* (scripta post a. 812), edit. E. DUEMMLER, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. II, pp. 542-543. Leidradus sedit Lugduni annis 798-814, mortem autem obiit anno 816.

clare demonstrant praeter alia documenta binae litterae illi a Carolo Magno missae et epistula quam ipse, imperatoris iussu, de scrutinio et baptismo exaravit. Verum tamen, res mira, nomen Amalarii in duobus tantum ex novem antiquioribus Treverensium episcoporum catalogis comparet, quos constat esse ambos compluribus episcoporum nominibus, saeculo XII, ut videtur, interpolatos. [16] Nec latet unde nomen Amalarii in illos catalogos penetraverit: ratio enim qua hoc nomen scriptum est, id est Hamelarius, ostendit illud esse e *Gestis Treverorum* sumptum. [17] Porro cum absentia nominis Amalarii in antiquis catalogis episcopalibus ecclesiae Treverensis, cohaeret quod, quamquam illa sedes annis 812 et 813 certe metropolitana censebatur [18] — secus Carolus ad eius praelatum de baptismi sacramento non scripsisset — nihilo minus Amalarius episcopos suae sedi suffraganeos (Metensem, Virdunensem, Tullensem) ausus non est interrogare, sicut ab imperatore iussus erat facere (*Bapt.*, 55-56). Haec omnia nobis persuadent Carolum, ut agere consueverat, [19] Amalarium archiepiscopum Treverensem de proprio arbitrio constituisse, verum illam nominationem episcopos illius provinciae ratam non habuisse. A quo anno Amalarius sedem Treverensem occupaverit, non plene determinari potest. Certe id non ante finem anni 809 egit, quoniam hoc anno e vita migravit eius decessor Wizo. Satis autem probabile est episcopum illum « e remotis Galliae partibus », Amalarium nomine, qui iussu Caroli Magni, anno 811, primam ecclesiam trans Albiam dedicavit, nostrum fuisse Amalarium. [20] Ubi vero affirmant scriptores *Galliae christianae* Amalarium, cum episcopus Treverensis esset, anno 813 ineunte, una cum Wannico Tullensi episcopo et suo ipsius chorepiscopo Adalmato, Austrannum Virdunensem episcopum consecrasse, documentorum indiciis contradicunt quibus demonstratur hanc consecrationem non ante mensem septembrem anni 813 fieri potuisse, id est cum Amalarius a pluribus

---

[16] Edit. O. Holder-Egger, MGH, *Scriptores*, t. XIII, pp. 296-301.

[17] N. 25, edit. G. Waitz, MGH, *Scriptores*, t. VIII, p. 163; PL, 154, pp. pp. 1155B-1156A.

[18] In *Breviario* anno 811 a Carolo Magno dictato, quo decernebat qua ratione essent post suam mortem distribuendi eius thesauri, pecuniae, vestes, quodque ad nos transmisit Einhardus, *Vita Caroli imperatoris*, 33, PL, 197, pp. 58B-62A, sedes Treverensis nona est unius et viginti « metropolitanarum civitatum » imperii (p. 58C).

[19] Monachus Sangallensis, *Gesta Karoli Magni*, l. I, n. 1-25, MGH, *Scriptores*, t. II, pp. 731-742.

[20] *Vita S. Anscharii*, n. 12, edit. D. F. Dahlmann, MGH, *Scriptores*, t. I, pp. 18-20; *Diploma Ludovici Pii* d. 15 maii 834, PL, 118, p. 1033C; cfr. I. F. Böhmer, *Regesta imperii*, t. I, p. 1098, n. 928.

mensibus profectus erat et in Graecia commorabatur. [21] Fide dignior est FLODOARDUS, *Historia Remensis ecclesiae*, cum refert Amalarium « Trevericae urbis archiepiscopum... cum Adalmaro ipsius coepiscopo (*sic*, *pro* chorepiscopo, *ut videtur*) et Herilando (postea Virdunensi episcopo, 818-822), a Carolo imperatore iussum, a Wulfario vero Remensi metropolitano convocatum, anno 813 Remos ivisse, ut illic cum eodem Wolfario illius civitatis archiepiscopo Frotharium, Treverensem presbyterum et Wannici in sede Tullensi successorem, episcopum consecraret »; [22] nihil namque nos prohibet quominus censeamus istam consecrationem ineunte anno 813 actam esse.

Interea enim Amalarius a Carolo Magno electus erat, ut cum Petro Nonantulano abbate pacis confirmandae causa Constantinopolim ad Michaelem I imperatorem legatus iret. [23] Verno tempore eiusdem anni 813, parum post festa paschalia, quae in finem mensis martii inciderant, Amalarius eiusque socius, uterque cum suo comitatu, iter una aggressi sunt. [24] Per Istriam, quae tunc fere tota intra fines imperii Carolingici sita erat, duce legato quodam Michaelis imperatoris, in civitatem Iaderam ditionis byzantinae pervenerunt. Huius autem urbis episcopus (Amalarius eum ex errore archiepiscopum nuncupat) non erat iam Donatus ille qui anno 805 Aquisgranum venerat, ut Caroli imperatoris patrocinio suam ecclesiam suamque patriam commendaret, anno vero 810 inter eundem Carolum et Nicephorum Byzantinum imperatorem pacem primum conciliaverat; duobus enim ante annis ad beatam demigraverat immortalitatem. [25] A novo autem Iaderensi episcopo Amalarius non sine miratione comperit episcopos ecclesiarum quae ad imperium byzantinum pertinebant, etsi ritu latino utebantur, consuetudinem non habere in ordinationibus agendis tempora definita ac fixa observandi. Ipse enim, cum paulo prius a diacono quodam Romano, quem, ut videtur, in itinere invenerat, etiam atque etiam rogatus esset, ut

---

[21] *Gallia christiana*, t. XIII, pp. 967DE; 1174CD.

[22] FLODOARDUS, *Historia Remensis ecclesiae*, l. II, c. 18, MGH, *Scriptores*, t. XIII, p. 466; cfr. *Libellus de rebus Treverensibus saeculo VIII-X*, MGH, *Scriptores*, t. XIV, pp. 101[39] ss. Contra est *Gallia christiana*, t. XIII, p. 968AB.

[23] EINHARDUS, *Annales*, ad ann. 813, MGH, *Scriptores*, t. I, p. 200.

[24] De hoc itinere v. ipsius Amalarii *Versus marinos*, edit. E. DUEMMLER, MGH, *Poetae latini aevi carolini*, t. I, pp. 426-427; cfr. PL, 101, pp. 1287-1288, et eiusdem *Epistulam ad Hilduinum*, 5-8. *Versus marinos* nomine « odoporici scripti » memorat HERIMANNUS AUGIENSIS (o. 1054), *Chronicon*, ad ann. 813, edit. G. H. PERTZ, MGH, *Scriptores*, t. V, p. 102.

[25] D. FARLATUS, *Illyrici sacri* t. V, pp. 30-39; A. SEIDER, *Donatus, hl., Bischof v. Zara*, 800-801, in LKT, p. 410.

eum in pervigilio festi sancti Petri (28 iunii) sacerdotio initiaret, quamquam legatus imperialis preces suas interposuerat, rem concedere non erat ausus. Reliquum iter navigando perfecerunt. Cum autem iam ad Hydruntinum fretum pervenissent, orta saevissima procella, ad Dyrrachium repulsi sunt, at circumnavigata nihilo minus feliciter tota Graecia, insulae denique Aeginae appulerunt, unde mox in vicinam Atticam transierunt. Hic, nisi rem iam antea audiverant, compertum habuerunt milites Constantinopolitani praesidii, seditione facta et abrogato Michaeli I imperio (10 iulii), imperatorem constituisse Leonem Armenum (11 iulii), Bulgarorum vero exercitus, usque ad moenia urbis progressos, hanc in obsidione tenere. Iter, ut liquet, interrumpendum fuit. Ineunte demum hieme, certiores facti hostes subsidionem solvisse, conscensa denuo nave, Constantinopolim pervenerunt. Cum autem imperator abesset, Amalarius et socii eius concesso sibi otio ac libertate usi sunt, ut urbem assidue peragrarent. Semel saltem, fortasse die festo Theophaniae, Amalarius in ecclesia Sanctae Sophiae missae celebrationi interfuit (*Ant.*, c. 21, 4). Post duos fere menses, [26] quia invisi Franci quid de Constantinopolitanis moribus sentirent liberiore ore manifestaverant, vel quia alio modo suspicionem publicorum ministrorum excitaverant, domum quam incolebant, appositis etiam vigilibus, egredi prohibiti sunt, hac interposita causa quod monachorum non erat per civitatis vias vagari, sed potius officiorum celebrationi operam dare. Reversus denique Leo V imperator legatos arcessivit et blandis quibusdam verbis erga Carolum eiusque liberos, erga dignitates atque universum populum Francorum pronuntiatis, propositis quoque expletioribus pacis condicionibus, illos comiter dimisit. [27] Hieme nondum vel vix elapsa, Amalarius eiusque comites una cum Christophoro spatario ac Gregorio diacono, quos Leo legatos ad Carolum mittebat, reversionis iter aggressi sunt. [28] Ad Italiam usque cursus eorum totus maritimus fuisse videtur, isque pluviarum ac procellarum iniuriis, Maurorum vero atque Slavorum periculis obnoxius. In portu aliquo Italiae meridionalis, post vernum tempus, de navi egressi, per Lucaniam Romam petierunt, ubi sedebat Leo papa III (795-816) (*Off.*, l. III, c. 42, 5; l. IV, c. 7, 18; c. 40, 1). Haec scilicet fuit prior Amalarii commoratio in Urbe et, quamvis brevis mansio

---

[26] Vers. 38: « Bisque quaterque decim hanc (Constantinopolim) noctes possedimus ambo ».

[27] *Versus marini*, vers. 46-50.

[28] *Vita Hludowici imperatoris*, auct. Astronomo, n. 23, MGH, *Scriptores*, t. II, p. 619.

fuerit, aliquam illi usuum liturgicorum ipsius ecclesiae Romanae notitiam iam praestitit.

Sed Amalarium diu latere non potuerat luctuosissimum eventum, quod totum vitae suae cursum erat mutaturum, obitus Caroli Magni, qui die 28 ianuari e vivis decesserat. Per Nonantulam igitur, cum Petro et duobus legatis imperialibus, in patriam denique remigravit, menseque iulio quattuor iidem viri a Ludovico in palatio Aquisgranensi admissi sunt. Maiore autem pompa recepti sunt die 1 augusti in sollemni conventu qui in eadem civitate illis diebus habitus est.[29]

Amalarium in patriam reversum ecclesiae Treverensis gubernacula resumpsisse, ob causas quas supra exposuimus, nobis valde dubium videtur. Certe medio anno 816 eandem ecclesiam iam regebat in eaque metropolitani munere fungebatur Hetti archiepiscopus,[30] idemque in omnibus catalogis episcopalibus Treverensis ecclesiae qui interpolati non sint, Wizonis, anno 809 vita functi, successor exhibetur.[31] Amalarius vero ipse ultimis *Versuum marinorum* verbis dictisque quibusdam in *Epistula ad Hilduinum* difficilem vitae condicionem in quam ob Caroli discessum inciderat, non obscure confitetur.

Nec dubium est quin post reditum suum ad studia liturgica duplicato ardore incumbere inceperit. Ad illud usque tempus scripserat quidem epistulam de scrutinio et de baptismo, sed hoc iubente imperatore et ex quadam necessitate, cui etiam ceteri archiepiscopi obtemperare debuerant; alterum quoque opusculum de ritibus missae «inter equoreas comminationes» Constantinopolitani itineris exaraverat, sed quasi temporis fallendi causa et sine ullo cuiuslibet libri auxilio. Patriae vero demum redditus, priori huic missae explicationi, quae in nostra editione est *Missae expositionis codex I*, alteram supplevit, quae tota est in exponendis ritibus missae secundum ipsum *Ordinem romanum* et apud nos est eiusdem *Missae expositionis codex II*, simulque composuit, ut videtur, interpretationem quandam canonis, qua simile opusculum, non multo ante ab

---

[29] *Annales Laurissenses minores*, ad ann. 814, MGH, *Scriptores*, t. I, p. 122; Einhardus, *Annales*, ad ann. 814, *Scriptores*, t. I, p. 201; *Vita Ludowici imperatoris* auct. Thegano, n. 9, MGH, *Scriptores*, t. II, p. 593; *Vita Hludowici imperatoris* auct. Astronomo, n. 23, ibid., p. 619.

[30] Hetti, Treverensis archiepiscopus, *Epistula ad Frotharium Tullensem episcopum*, edit. E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 277-278; *Diploma Ludovici Pii* d. 27 aug. 816, *Gallia christiana*, t. XIII, Instrumenta, n. XVIII, p. 305; PL, 104, pp. 1054B-1055D; cfr. J. F. Böhmer, *Regesta imperii* I, p. 262, n. 626 (606).

[31] Edit. O. Holder-Egger, MGH, *Scriptores*, t. XIII, pp. 296-301.

anonymo auctore editum, corrigere studet. Cum utraque missae expositio, tum canonis interpretatio ad Petrum Nonantulanum dirigitur, quem pluries nomine fratris adloquitur; neque est hoc merum artificium, sed tria eadem opuscula, unius Petri gratia conscripta, Amalarius, amici carissimi petitioni obsecundans, ad eum reapse misit, illisque proprias litteras de scrutinio et baptismo, duas epistulas olim a Carolo imperatore ad se missas, carmen quoddam hodoporicum de communi legatione Constantinopolitana seu *Versus marinos*, apographum epistulae a Petro nuper acceptae, responsum denique huic a se datum recto ordine adiunxit. Attamen neque in his commentariis conscribendis operam suam continuit Amalarius, sed iam ad alia argumenta, quae ad officia nocturnalia ac diurna, et ad celebrationem tridui sacri pertinebant, sollertes suas investigationes converterat. Hae porro origo fuerunt epistulae eius ad Hilduinum, quam constat exaratam esse annis 822-830, et *Libri officialis*, cuius prima editio anno 823 vel non multo post, altera anno 830 vel 831 in lucem prodiit. Etenim hoc anno 831 Amalarius a Ludovico imperatore Romam missus est, ut mox dicemus. Iuvat interea definire, quantum fieri potest, quo munere ecclesiastico Amalarius duodeviginti illis annis (814-831) functus sit, et quis fuerit eius habitationis locus.

Quaedam de his rebus indicia habemus:

1. Epistulam suam ad Hilduinum abbatem de diebus ordinationis et quattuor temporum scripsit Amalarius annis 822-830 in palatio quodam imperiali; hoc significant ipsa illius verba (par. 8), ubi dicit: « Audivi hic, in isto palatio, proferre tempore domni Karoli quod consuetudo romanae ecclesiae licentiam nobis daret » etc. Palatium autem illud, tam nobile ut effata quae in eo pronuntiabantur, tanto graviora haberentur; quod viventis Caroli imperatoris consuetum domicilium fuerat, Hilduino vero archicappellano praeter cetera notum erat, vix aliud esse poterat quam Aquisgranense. Hoc eo tempore quo scribebat Amalarius, per excellentiam quandam palatium nuncupabatur et erat. [32] Etiam Ludovici Pii eiusque aulae praecipuum domicilium fuit sedesque plurium synodorum (816, 817, 819, 836 vel 837).

2. Ministrum imperialis aulae demonstrare videntur etiam Amalarii dicta, quibus in praefatione *Gloriosissime Libri officialis*, anno 823 exeunte, vel non multo postea, Ludovicum imperatorem adloquitur (par. 4): « Insuper etiam me cognovi debitorem vestri servitii,

---

[32] H. Leclercq, *Palais impériaux et royaux*, IX. *Palais des rois francs*, in DACL, t. XIII, pp. 549-585.

quamvis absens degerem, et non vacuum redire ad vestram gloriosissimam et piissimam praesentiam debere ». Cfr. *Ant.*, c. 15, 11.

3. Ex *Epistula IV* et *V* apparet Amalarium annis 825-831 vitam studiis debitam traduxisse, sibique iamiam viri docti adquisivisse existimationem. Ex *Epistula VI* porro probabiliter deduci potest illum eodem tempore iuvenes theologicis disciplinis erudivisse. *Epistula I*, *II*, *III* quidem nobis illum ostendunt non aliorum quaestiones solventem, sed sententias exquirentem; at epistulae hae multo ante annum 825 scribi potuerunt, quin etiam prius quam Amalarius Treverensis ecclesiae gubernacula suscepit.

4. *Epistula I*, *III* et *IV* ad viros missae sunt qui omnes episcopi fuerunt in Gallia Belgica (Suessione, Novioduni) vel in Gallia Lugdunensi (Aureliani); *Epistula* vero *V* ad monachum Augiensem (Augiae Divitis, Reichenau) in Alemannia seu Raetia, quae annis 829-833 pars fuit regni Caroli Calvi. Cum autem haec epistula *Libro officiali* in secunda tantum editione ab Amalario adiuncta sit, illae iam in prima eidem *Libro* sunt adnexae.

5. Praefatiuncula ante libellum III *Libri officialis* his verbis inchoatur: « Domino opitulante, intercedente beato Medardo confessore, cuius festivitas hodie [8 iunii] apud nos celebratur in gaudio sanctorum, prompti sumus animo ad suscipiendum Dei munus ». Iam vero etiam ineunte saeculo IX cultus sancti Medardi episcopi (o. 557) praecipuum quidem domicilium suum habebat in ea Galliae Belgicae parte quae ad urbem Suessionem sita erat (Suessione in abbatia S. Medardi, Novioduni, Compendii, Remis, etc.). Eum tamen eodem tempore saltem ad viciniores ecclesias iam propagatum esse significare videtur Amalarius, cum scribit in *Ant.*, c. 28, 6: « Addidimus etiam pauca quae nostra regio sola continet, ut sunt antiphonae de sancto Medardo et de sancto Mauritio ». Cultus enim s. Mauritii Agauni ad fines Galliae Narbonensis, Transpadanae, Raetiae et Germaniae superioris incunabula sua habuit.

6. Negat Amalarius se ante annum 831 vel 832, quo Corbeiae ipsa ecclesiae Romanae antiphonaria cognovit, aliud quoddam authentici romani usus exemplum notum habuisse atque antiphonarium metense. *Ant.*, c. 29, 1: « Olim, quando solus antiphonarius metensis erat mihi notus... postea repperi in romano antiphonario », etc.

7. Non parvam vim in nostra quaestione dirimenda habet propagatio duarum priorum *Libri officialis* editionum. Etenim prima editio vulgata non est nisi intra fines illarum regionum imperii carolingici quae ab ipso imperatore Ludovico Pio gubernabantur: in *Gallia Belgica*, Lau, Par6, ParN1, Trev1, cod. Sancti-Amandi (L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque nationale*, t. II, p. 452,

n. 105), cod. Vallis clarae (apud Laudunum) 7. X. 2 (B. De Montfaucon, *Bibliotheca bibliothecarum*, t. II, p. 1302D); in *Germania superiore et inferiore*, Lug$_2$, Par$_1$, Trec, Guel$_2$; in *Gallia Lugdunensi*, Abr$_1$, And, Lug$_1$ (?), cod. Malleacensis (L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits*, t. II, p. 507, n. 87), Aur$_2$, Par$_4$, VatR$_3$, in *Saxonia orientali*, *Franconia*, *Alemannia*, *Raetia occidentali*, Bam$_2$, Erf, Ful$_1$, Ful$_2$, Guel$_1$, cod. Naumburgensis Sancti Mauritii (G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, C. 129, n. 87, p. 271; M. Manitius, *Geschichtliches aus alten Bibliothekskatalogen*, *Neues Archiv*, 41, 1917-1919, pp. 717-718), Par$_5$ (?), Stu$_2$, cod. Weingartensis Ss. Martini et Oswaldi F. 69 (K. Löffler, *Die Handschriften des Klosters Weingarten*, p. 96). Extra eosdem limites vero perpauci migraverunt codices vel ibi exarati sunt. Angliam domicilium nacti sunt CanC$_2$, CanP, LonC, cod. incerti monasterii Anglici (G. Becker, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, C. 96, n. 27, p. 216); Bavariam (Raetiam orientalem) Mon$_3$ atque Mon$_4$. Etiam exemplo quodam primae editionis usus est Gulielmus Malmesburensis in ordinanda sua *Abbreviatione Amalarii*.

Alterius autem *Libri officialis* editionis, quae anno 830 vel 831 conscripta esse videtur, codices aliquot in Raetia occidentali exarati sunt: Ein$_1$, Ein$_2$, SGa$_4$; unus Pannoniam, ut videtur, patriam habuit: Vin$_1$, unus Bavariam (Raetiam orientalem): Mon$_2$; plerique vero ad Italiam pertinebant: Bon, Cas$_1$, Flo$_1$, RomC, RomVE$_1$, Vat$_1$, Vat$_2$, Vat$_3$, Ven; ex eadem secunda redactione orta est *Retractatio III*, quam exhibet codex Franconicus Bam$_3$ ac Bavaricus (in Raetia orientali) Vin$_2$, et *Retractatio IV* codicis Franconici Bam$_4$; denique alteram quoque editionem continebat, ut videtur, cod. Sancti Pontii Tomeriarum in Gallia Narbonensi (L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits*, t. II, p. 540). Anno 830 autem vel 831, Franconia et Gallia Narbonensis ipsius Ludovici Pii imperatoris gubernationi subdebantur; Raetia occidentalis vero in dominio parvuli Caroli Calvi sita erat, cum Italia a Lothario regeretur, Bavaria et Pannonia a Ludovico Germanico.

Porro quoniam origini primae editionis viciniores apparent codices qui in Gallia Belgica exarati sunt, origini alterius editionis ii qui in Raestia, probabiliter existimari potest primam editionem *Libri officialis* esse ab Amalario in Gallia Belgica, alteram in Raetia occidentali compositam vel primum vulgatam; ex his deinde regionibus, tamquam e centris quibusdam, utramque ab ipso auctore propagatam esse. In Raetia autem Amalarius, etiam plures menses, commorari potuit, cum in itinere erat Romam versus, quo a Ludovico imperatore missus erat. Hanc coniecturam confirmat quod dua-

rum epistularum quae cum secunda *Libri officialis* editione ab Amalario coniunctae sunt, prior, seu V, ad monachum quendam Augiae Divitis (Reichenau) in Raetia occidentali missa est, altera, seu VI, Amalarium in itinere constitutum nobis ostendit.

8. Praefuitne aliquando Amalarius abbas alicui monasterio? Hoc suaderi videtur pluribus illis locis *Libri de ordine antiphonarii* quibus obiter narrat se solitum fuisse officium in choro celebrare cum iis quos modo suos, modo fratres suos appellat, sibique fuisse subditos simul significat. *Ant.* c. 3, 4: « Nos, fratres, cantemus in nocturnali officio totidem psalmos, quot horae sunt in nocte aequinoctiali »; c. 29, 1: « Coepi inquirere antiphonas de diversis locis quae congruerent memoratae festivitati [Praesentationis Domini in templo] atque eas coepi canere cum meis fratribus in choro »; c. 58, 1: « Mos vero nostrae humilitatis apud nostros obtinet, ut canamus illos [responsorios de psalmis]... ab octavis pentecostes usque in kalendas iulii ». Amalarium numquam quidem abbatem regularem fuisse certum est, quippe qui numquam fuerit monachus, sed nonne potuit abbas monasterio alicui canonicorum praeesse, vel saltem, sicut tot e suis coaevis ac paribus, in clero saeculari manens, titulo abbatis ac monasterii alicuius reditibus donari, postea quam sedi archiepiscopali Treverensi valedixit? Res per se veri similitudine non caret, sed nullo documento etiam vera demonstratur.

Etenim numquam Amalarius se ipse abbatem vocavit, neque quisquam ex eius coaevis vel ipse Ademarus Cabannensis id unquam egit; documenta autem in quibus illi nomen abbatis datur, ea non sunt quae fidem facere possint. Sunt nimirum: 1. Lemma seu titulus quo saeculo x librarius quidam Amalarii epistulam ad Hilduinum ornavit; 2. lemma quod in uno codice Lugdunensi, Lyon, Bibl. de la Ville, c. lat. 111, s. xi-xii, Agobardi scripto *Contra IV libros Amalarii* additum est; 3. duplex titulus quo inscribitur, f. 1v, farrago illa quam continet codex Parisiensis 13 saeculi xii: « Thomus Amallarii abbatis de divinis officiis. Continentia secuturę causę Amalharii abbatis scriptionis »; 4. nota denique quam saeculo ix/x lector quidam titulo *Eclogarum de ordine romano* adiecit: « Haec Amalhere abbas aedidit », etc. Inscitam vero nominum confusionem admittunt, qui existimant ipsum Amalarium nostrum esse Amalardum illum qui annis 803-813 una cum Widone quodam et tota congregatione monasterii Hornbacensis Sancti Petri ad Riculfum Moguntinum archiepiscopum scripsit, [33] cuiusque nomen cum nomine Wirundi abbatis in *Libro confraternitatum Augiensi*, anno 826 exarato, ante cetera

[33] MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. II, p. 551.

fratrum eiusdem coenobii Hornbacensis nomina positum apparet: « Amalhart abb. Wirundus abba ». [34] Dicta vero Amalarii supra allata re vera maiorem libertatem atque auctoritatem demonstrant, quam quae abbatis canonici et praesertim beneficiarii esse poterat, aliamque nullam, nisi episcopalem potestatem, significare videntur. [35]

9. Epistula annis 825-830 scripta Einhardus, nomine Ludovici Pii, « reverentissimum Christi famulum Amalharium » iubet imperatoris reditum, celebrato domi sancto paschatis die, in palatio exspectare. [36] Quo loco iterum palatium Aquisgranense designari videtur, e quo, ut diximus, eodem circiter tempore Amalarius epistulam suam ad Hilduinum abbatem misit. Etenim nomine « domus ad Lateranis » vocabatur illud palatii Aquisgranensis aedificium quod « cappellae » seu basilicae sanctae Dei genetricis Mariae continens erat; in eoque fortasse habitabant cappellani ceterique clerici eiusdem ecclesiae ministerio addicti. [37]

Verum quidem est ex diversissimis iis documentis nihil certi simul atque omnino definiti deduci posse de loco quo Amalarius annis 814-831 vitam degit, neque de munere quod tunc sustinuit. Nihilo minus dubium non est quin facta quae iisdem documentis significantur, cuncta et singula quam optime explicentur atque illustrentur, si admittimus Amalarium illis annis docendi provinciam in ipsa schola palatina Aquisgranensi aliquamdiu obiisse.

Licet non paucis, ut diximus, nec levibus dubiis obnoxia sit Ademari Cabannensis narratio, negandum tamen non est ipsam operam, quam asseverat ab Amalario in synodo Aquisgranensi anni 816, iussu Ludovici Pii imperatoris, susceptam esse, aptissime in totam eius vitam quadrare. Scribit enim Ademarus in *Historia Francorum*, libro III, n. 2: « Ubi [Aquisgrani] habito concilio, id est indictione decima, anno imperii sui tertio, ab incarnatione Domini 816, iussit [Ludovicus Pius] fieri regulam canonicis excerptam de diversis patrum scripturis, decrevitque eam observandam a canonicis, ut, sicut monachi respiciunt ad librum regulae sancti Benedicti, sic perlegant canonici inter se librum vitae clericorum. Quem librum Amalerius

---

[34] *Libri confraternitatum Sancti Galli, Augienses, Fabarienses*, edit. P. Piper, MGH. Nomina fratrum de coenobio quod vocatur Hornbach, p. 252; cfr. p. 148.

[35] H. Leclercq, *Chanoines*, VIII-IX, DACL, t. III, pp. 240-247.

[36] Epistula IV, *Ad Amalarium*, edit. E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, p. 111.

[37] Concilii Aquisgranensis a. 817 constitutiones, *Capitula monachorum*, *Prooemium*, PL, 97, p. 381A; cfr. MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, p. 464; Concilium Aquisgranense a. 836 [vel 837], *Prooemium*, MGH, ibid., p. 705.

diaconus, ab imperatore iussus, collegit ex diversis doctorum sententiis. Dedit ei imperator copiam librorum de palatio suo, ut ex ipsis ea quae viderentur congrua excerperet, et ita cum decretis episcoporum qui ibi fuerunt, vita clericorum roborata est. Scripsit eidem imperatori supradictus Amalerius librum de officiis divinis et de varietatibus eorum et de ordine psalmorum iuxta clericorum usum antiquum ». [38] Verum quod Amalarium regulae canonicorum compilatorem ac *Libri officialis* auctorem diaconum nuncupat, non maiorem fidem meretur, quam quod illum in principio huius libri clericum, in fine presbyterum declarat. *Introductionis* c. 13, a. 1. Hac nempe de causa, ut videtur, Amalarium diaconum appellavit, quod aestimavit eundem virum quem presbyterum fuisse censebat, cum suum *Librum officialem* exarabat, paucis ante annis, seu tempore quo regulam canonicorum compilavit, alium esse non potuisse atque diaconum.

Multo probabilius censeri potest nostrum Amalarium fuisse episcopum illum, Amalarium nomine, qui ab episcopis synodi Parisiensis, anno 825, una cum Halitgario Cameracensi episcopo Aquisgranum ad Ludovicum Pium missus est, ut collectionem quandam locorum, ad cultum imaginum spectantium et cura concilii e patrum scriptis excerptorum, imperatori traderet. [39] Hunc ambo episcopi die 6 decembris adierunt suaque legatione functi sunt. Consilium porro Ludovici fuisse videtur eos ambos, fortasse iam sequenti vere, Constantinopolim legatos mittere, qui de controversia super imaginibus componenda cum Michaele II (820-829) imperatore agerent. Ad hanc enim legationem referenda videtur epistula Einhardi quam paulo supra memoravimus. Iubetur namque Amalarius cum suo comitatu imperatori in palatio paratus praestolari, ut, post illius reditum, mandatis acceptis et ratione suae legationis cognita, sine mora posset iter suum adgredi. Haec autem iam anno 813 ab Einhardo scribi certe non potuerunt, nec possunt ad missionem Romanam anni 831, de qua mox dicemus, referri, quoniam constat hanc veram legationem non fuisse, neque Amalarium ullum in ea comitatum habuisse. Reapse tamen legatio Constantinopolitana effecta non est nisi primis anni 828 mensibus, eaque functi sunt Halitgarius Cameracensis episcopus et Ansfridus Nonantulanus abbas. [40]

---

[38] *Historia Francorum*, l. III, n. 2, edit. G. Waitz, MGH, *Scriptores*, t. IV, p. 119; PL, 141, p. 29BC.

[39] *Libellus synodalis Parisiensis*, 1 nov. 825; MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, p. 483; Hludowici et Hlotharii imperatorum *Epistola ad Hieremiam Senonensem archiep. et Ionam Aurelianensem ep.*, a. 825 ex., ibid., p. 533.

[40] Einhardus, *Annales*, ad ann. 828, MGH, *Scriptores*, t. I, p. 217; PL, 98, pp. 1302; 1348-1350.

Cur anno 831 vel ultimis anni prioris mensibus a Ludovico Pio Romam missus esset ad Gregorium IV (827-844) Amalarius nusquam aperte, ut videtur, exposuit. Sine dubio in Urbem venit, ut usus liturgicos huius ecclesiae perfectius cognosceret, sibique exemplum aliquod antiphonarii compararet, quod in corrigendo et complendo antiphonario suae regionis opus ei erat. Attamen verisimile est eius missionem etiam ad compositionem spectasse gravissimi dissidii imperatoris triumque eius filiorum, quod vertente anno 830 ad tempus tantum et pro specie rerum sedatum erat. Missionem suam ipse Amalarius pluries memoravit. Sic in prologo sui antiphonarii, 2: « Quando fui missus Romam, inquit, a sancto et christianissimo imperatore Hludovico ad sanctum et reverendissimum papam Gregorium, de memoratis voluminibus retulit mihi ita idem papa », etc. Distinctius vero in capite 58, 3, *Libri de ordine antiphonarii*: « Veniens Romam anno ab incarnatione Domini octingentesimo tricesimo primo, indictione nona, sub imperio domini et piissimi imperatoris Hludovici et apostolatu gloriosissimi apostolici Gregorii, interrogavi de ordine responsoriorum », etc. Denique in praefatione tertiae editionis *Libri officialis*, 1: « Postquam scripsi libellum qui a mea parvitate vocatur de ecclesiastico officio, veni Romam, interrogavique ministros ecclesiae sancti Petri », etc. Aliis autem locis compluribus breviorem eiusdem eventi mentionem facit.

Amalarium Romae tempus non inutiliter trivisse testantur eius opera; authenticorum tamen antiphonariorum quos quaerebat, ne unum exemplum quidem obtinere posuit. Nec mirum. Etenim paucis ante annis, mense aprili anni 823, vel ultimis mensibus anni 824, Wala Corbeiensis abbas, cum Lotharium regem Romam comitatus esset, [41] tam felicem nactus opportunitatem bibliothecae sui monasterii ditandae, arreptos quotquot in scriniis pontificiis reppererat antiphonarios, secum in Franciam asportaverat.

Roma igitur necesse fuit Amalario Corbeiam se conferre, ubi copiam antiphonariorum romanorum invenit: tria volumina quae nocturnale officium, unum quod diurnale tantum continebat. Neque unius diei labor esse potuit ex his libris ea omnia documenta excerpere ac colligere, quae ei ad instruendam novam antiphonarii editionem necessaria erant. Non pauca enim haec fuisse nec parvi momenti ostendit *Liber de ordine antiphonarii*. Quare nobis probabilissimum videtur Amalarium suum antiphonarium Corbeiae composuisse. Porro eum ibi etiam tertiam *Libri officialis* editionem pa-

---

[41] B. Simson, *Jahrbücher des Fränkischen Reichs under Ludwig dem Frommen*, t. I, pp. 200; 232-234; 238.

ravisse eo suadetur, quod optimi codices huius editionis, iidemque inter se cognati, in Gallia Belgica septentrionali exarati sunt, quodque antiquissima retractatio, seu *Retractatio I*, in eadem regione conscripta est. Certe antiphonarii compositio et tertia editio *Libri officialis* ante initium anni 835 parata erat.

Duabus notis insignia apparebant Amalarii opera liturgica, praesertim vero *Liber officialis*: singulari quadam et tunc inusitata liturgiae romanae notitia atque amore, nova quoque ac propria quadam ratione et via usus liturgicos explicandi, indagando quaenam sit eorum intima et permanens causa, seu quaenam mens fuerit antiquorum qui illos instituerant. Praecipuum illud studium atque amorem romanae liturgiae Amalarius sine dubio perpetuae necessitudini debebat qua a puero, ut videtur, cum Carolo Magno et Ludovico Pio, cum aulae, scholae, cappellae palatinae institutis atque hominibus coniunctus vixerat; artem vero expositionis sibi excogitaverat, hac simpliciore nitens opinione, ultimam rituum liturgicorum causam aliam esse non posse, nisi eorum mysticam seu symbolicam significationem; hanc igitur dumtaxat mentibus antiquorum institutorum obversari potuisse. Pro mente ergo Amalarii haec expositionis via ac ratio vere historica atque scientifica dicenda est, utpote quae ritibus liturgicis non allegoricas tantum significationes affingere studeat, sed eos historicis suis causis explicare conetur; non tam interpretari, quam demonstrare velit. Praefatio *Gloriosissime*, 5; Praefatiuncula *Continentia*, 4; *Epistula ad Hilduinum*, 36; alii loci. Certe Amalarii explanationes non pro earum merito iudicat vulgata opinio, cum nihil nisi pias quidem, at simul commenticias futilesque rerum interpretationes, et eas quidem ad libidinem excogitatas, in iis agnoscere vult.

Anno ineunte 835 Amalarius existimare potuit se tandem aliquando eximiam nactum esse opportunitatem cogitata sensusque suos de rebus liturgicis cum clero ac fidelibus praeclarissimae cuiusdam ecclesiae communicandi, in qua ad illud tempus opera eius minus nota fuisse videntur. Etenim mense februario vel ineunte martio anni 835 concilium apud Theodonis Villam (ad Mosellam inter Metas et Treveros) congregatum, remoto a sede sua Agobardo archiepiscopo, vacantem Lugdunensem ecclesiam Amalario commisit administrandam. [42]

---

[42] De hoc negotio v. Flori Lugdunensis *Opuscula adversus Amalarium*, PL, 119, pp. 7-96; edit. E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 267-273; ed. A. Verminghoff, MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, pp. 768-782. Vide etiam articulum *De Flori Lugdunensis Opusculis contra Amalarium*, in *Ephemerides liturgicae*, 47 (1933), pp. 15-31.

Ante autem quam officium suum iniret, voluit Amalarius, ut erat vir prudens, tertiam editionem *Libri officialis* et antiphonarium suum archiepiscoporum atque episcoporum, qui in concilio numero circiter quadraginta praesentes erant, approbatione communire. Plenam atque unanimem, ut videtur, librorum suorum consecutus approbationem, Lugdunum reversus est, vel tunc primum illuc se contulit, et, convocato sine mora presbyterorum conventu, praesentibus chorepiscopis atque archidiaconis, aliisque de clero, per tres dies doctrinam suam de explicandis ritibus liturgicis patefecit, ordinisque romani libellum fideliter interpretatus est. Mox ipsum *Librum officialem* et antiphonarium in medium protulit, asseverans, si malignis Flori Lugdunensis verbis credendum est, sese Patres ad Theodonis Villam convocatos suis persuasionibus in generali synodo ad hoc perduxisse, ut omnes manu propria libris suis subscribere, horum doctrinae consentire, eorundemque normas observare parati essent. Quin libros suos, utpote qui omnibus valde utiles essent, non solum clero Lugdunensi obtulit, sed chorepiscopum quendam transcribere iussit.

Verum novi sui praelati dicta atque scripta non omnibus Lugdunensibus placuerunt, immo acerrimum adversarium sibi suscitarunt, Florum, illius ecclesiae diaconum et magistrum. Hunc ipsis Amalarii praelectionibus interfuisse dubium est, at certe de eius doctrinis mox a praesentibus admonitus, illius libros cursim legere incepit, cumque eos « mendaciis plenos deliramentisque » invenisset — sic ille — non solum ab iis describendis clerum dehortatus est, eumque admonuit ut Amalario quamprimum sua scripta restituerentur, sed ipse quaedam collegit quae erant ab ecclesiae Lugdunensis novo praelato in generali presbyterorum concilio proposita, explicata, commendata, eaque, in ordinem digesta, propriis sermonibus illustravit. Porro haec et ipsum *Librum officialem* ad Patres apud Theodonis Villam congregatos simul misit, ut Amalarii errores atque ineptiae ab iis diiudicarentur et condemnarentur. Nihil tamen assecutus esse videtur, sive eius accusationum tardius certiores facti sunt episcopi, sive illas non receperunt, accusatumque praelatum absolverunt. Tres certe anni sexque menses elapsi sunt quibus Amalarius Lugdunensis ecclesiae gubernacula retinuit, novumque volumen exaravit cui nomen dedit *Embolis opusculorum meorum.*

At neque Florus otiosus mansit, sed contra praelatum suum alterum illum libellum conscripsisse videtur qui nobis servatus est in *Invectione canonica Martini papae in Amalarium officiographum*. V. huius *Introductionis* c. 12. Praeterea accuratius libris Amalarii studens, ex iis non paucos excerpsit locos, quos condemnatione di-

gniores arbitrabatur; cuius laboris indicium sunt, ut videtur, furibondae ac contumeliosae notae quas suis marginibus continet textus *Libri officialis* in codice Parisiensi N1.

Rerum autem condiciones Amalario mutatatae sunt, cum adversus eum eiusque doctrinam ipse Agobardus efficienter agere incepit. Namque non solum scripsit hic, ut videtur, commentarium quendam *Contra quattuor libros Amalarii*, id est contra eius *Librum officialem*, in quo satis sedate et fere sine iniuriis singulos aliquot huius operis locos redarguit,[43] sed, cum mense septembri anni 838 in Carisiacensi palatio novum episcoporum concilium congregatum esset, apud Ludovicum imperatorem, qui conventui aderat, litteris, vel fortasse etiam coram, de doctrinis inceptisque Amalarii conquestus est.[44] Carisiacum certe se contulit Florus, novum secum ferens libellum, priore multo diligentiorem ac pleniorem, in quo contra Amalarium suas criminationes iterabat. Eum vero non universo concilio inscripserat, sicut illum, sed paucis modo episcopis unique abbati, quos in ecclesiam Lugdunensem propensiores, vel adversario suo infensiores, sentiebat. Etiam Amalarius concilium adivit, sive hoc, ut ecclesiae Lugdunensis praelatus erat, participare debebat, sive se praesens apud imperatorem et patres defendere volebat, sive etiam a principe illuc arcessitus erat. Hic enim totam rem cognitioni ac iudicio concilii subici iusserat. Porro, ad causae suae defensionis instar, Amalarius secum tulerat opus suum recentissimum seu *Embolim suorum opusculorum*. Huius volumen apud Lugdunum ornate indutum ac vittis sericeis distinctum — sunt haec verba Flori, — ipsi Ludovico Pio vel Drogoni sacri consilii magistro atque archicappellano offerre volebat. Sed Amalario non iam donorum tempus fuisse videtur; concilii iudicio se subicere coactus est. Facta hoc modo refert Florus, cuius narratio, quod ad ipsam rem pertinet, veridica omnino apparet:

« Cumque in eorum [Patrum] auribus tam inepta et prophana novarum adinventionum commenta [ex Amalarii libris] recitarentur, ipso quoque qui ea de cordis sui audacissima vanitate protulerat praesente, et res blasphemas religiosus horreret auditus, exigunt ab eo si haec vere sua esset doctrina. Negare non potuit, utpote quae in libris quamplurimis ab ipso editis fere ubique vulgata sit. Interrogant ubi haec legerit. Tunc ille, maximo constrictus articulo, rem quae neque de scripturis sumpta est, neque de catholicorum patrum dogmatibus tracta, sed nec ab ipsis etiam haereticis praesumpta,

---

[43] PL, 104, pp. 339-350.

[44] Florus, *Opusculum II*, 6, PL, 119, p. 81CD.

quia aliud quod diceret, penitus non habebat, in suo spiritu se legisse respondit. Sed mox tam superbam et fatuam responsionem veneranda synodus execrans: dixit: Vere ille fuit spiritus erroris... ».

« Cumque, illo reticente ac de mendaciorum suorum deprehensis fallaciis confuso, veneranda synodus plurima loqueretur, deliberatum est doctrinam hanc esse omnino damnabilem et ab omnibus catholicae fidei cultoribus funditus respuendam, praecipiente nobis apostolo ac dicente: *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci*; diversam esse istam doctrinam a sinceritate verae fidei, et omnino ab ecclesia peregrinam, quippe quam nemo orthodoxorum patrum novit, nulla veritatis ratio fulcit, sed novicius atque adventicius error induxit; umbras et figuras in caeremoniis testamenti veteris extitisse, novum adventus Christi veritate fulgere, et fidei puritate atque observantiae simplicitate consistere, testante apostolo: *Vetera transierunt, ecce facta sunt nova. Omnia autem ex Domino qui reconciliavit nos sibi per Christum*; omnia igitur, id est et vetera et nova, et typum legis et evangelii veritatem, unius et solius Dei, non cuiusquam hominis aut angeli auctoritate constare; unde nemini omnino post utriusque testamenti ministros divino spiritu illustratos, divina auctoritate subnixos, in quibus et per quos ea quae diversis temporibus ad salutem populi sui congrua iudicavit, evidenter Deus et operatus est et locutus, licuisse aut licere nova figurarum genera vel mysteriorum sacramenta sancire, et ideo rationabile obsequium ecclesiae, sive in ornatu vestium, sive in multiplici vasorum ministerio, in simplicitate veritatis et fidei puritate, procul omni superstitionis fantasmate, remota omni nebulosi dogmatis vanitate, pure Deo et simpliciter exhibendum esse; in his honorem religionis, reverentiam divini cultus, laetitiam christianae devotionis, non figuras aliquas vel mysteria vanitatis ».

« Iam vero illud, quod corpus triforme et tripartitum dicere, immo tria Christi corpora inauditae temeritatis audacia asserere praesumpsit, in tantum sacerdotes Domini execrati sunt, ut hoc, sicut supra ostensum est, de spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum sumptum dicere minime dubitarint, tamquam cum angelo Domini detestantes Satan, qui dextris Iesu, magni et veri sacerdotis, adversari conatur, et exsufflantes dicerent: *Increpet Dominus in te, Satan, et increpet in te qui elegit Hierusalem* ».

« Corpus autem Domini, quod in mysterio a fidelibus sumitur, absit ut tam sordida vel tam superstitiosa mente quis appetat, ut aliquid horum quae immundissime auctor doctrinae confinxit, in suo animo et cogitationibus versari permittat. Quapropter cum omni desiderio et supplicatione pietatis divinam misericordiam implo-

randam, ut non solum ab auribus, verum etiam a cordibus nostris talium fantasmatum ac sordium labe remota, sempiternum munditiae suae, mentes nostras emundet, quatenus tam divinum gloriosumque mysterium puro sensu cogitantes, pura pietate sumentes, incorruptae purificationis gratiam consequamur... ».

« Haec, prout Deo annuente potui, de concilio venerabilium episcoporum ad aedificationem ecclesiae Dei et confirmationem catholicae fidei nuper habito, brevi paginula annotare curavi, verba eorum et sensus quibus valui verbis et scripturarum testimoniis explicans, et excogitati nuper et execrandi erroris confutationem in omnium qui haec legere vel audire voluerint, notitiam perferens... ». [45]

Hanc condemnationem, vel saltem reprehensionem, operam Amalarii graviter affecisse negari non potest. Si non ab eodem concilio Carisiacensi gubernatione ecclesiae Lugdunensis privatus est, huic muneri certe mense maio sequentis anni renuntiare debuit, quoniam eo tempore Agobardus, iubentibus Ludovico Pio et Lothario imperatoribus, sedem suam recepit. [46] Propagatio quidem principalis eius operis, *Libri officialis*, perempta non est, sed haec in iis tantum regionibus carolini imperii continuata est, in quibus multo ante auctoris condemnationem eius liber late iam divulgari potuerat, omniaque eius exempla ad primam et ad alteram editionem pertinent. E contrario, exempla tertiae editionis sunt paucissima: tria in septentrionali parte Galliae Belgicae, ubi Amalarius anno 831 vel paulo post tertiam *Libri officialis* editionem paravit, exarata sunt; quartum, saeculo XI vel XII, in abbatia S. Benigni Divionensi; quintum saeculo XI in abbatia S. Martialis Lemovicensi. Sexto quodam usus est Hittorp in editione sua *Libri officialis* paranda. Alia pauca, ut ex antiquis bibliothecarum catalogis apparet, perierunt. V. huius *Introductionis* c. 13, a. 1. *Libri* autem *antiphonarii* nullum adhuc repertum est exemplum.

Quid egit, quo secessit Amalarius postquam se ecclesiae Lugdunensis procuratione, annos circiter 64 natus, abdicavit?

Studia liturgica utique non deseruit. Illa namque aetate conscripsit *Librum de ordine antiphonarii*, quem ante annum 844 non absolvit. Simul autem cum illo opere composuit etiam *Librum de diurnali officio*, eodemque fere tempore *Librum de ordine cantatorii* et *Prolo-*

---

[45] FLORUS, *Opusculum II*, 6-7, PL, 119, pp. 81D-84B; edit. A. WERMINGHOFF, MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, pp. 778-782; 770[38]-778.

[46] B. SIMSON, *Jahrbücher des Fränkischen Reiches unter Ludwig dem Frommen*, t. II, p. 137, nota 7.

*gum lectionarii*, quorum omnium mentio fit in *Libro de ordine antiphonarii*. Si eius re vera sunt *Eclogae de ordine romano et de quattuor orationibus in missa*, potuerunt hae quoque istis annis conscribi.

Quin etiam studium quo tenebatur purae liturgiae romanae ubique dilatandae ac confirmandae eum impulit, si Floro credendum est, ut ecclesiae Lugdunensi dictis suis atque scriptis (quibus?) non cessaret obicere quod divinum cultum non celebraret secundum traditionem a Patribus acceptam. [47] Cuius accusationis haec certe potuit esse causa, quod, etsi antiphonarium gregorianum in eam ecclesiam anno circiter 800 a Leidrado archiepiscopo introductum erat, Lugdunenses complurium tamen antiphonarum ac responsoriorum, quae romanus liber exhibebat, canere omnino recusabant, quippe quae non essent ex ipsis scripturis sumpta, nec cum recta doctrina, ut aiebant, congruerent. Quapropter iam ante annum 835, vel cum primum in sedem suam, anno 839, est restitutus, Agobardus munus sibi assumpserat novum antiphonarium componendi, quod tamen aliud non esset quam gregorianum antiphonarium « omnibus humanis figmentis et mendaciis expurgatum, et per totum anni circulum ex purissimis sanctae scripturae verbis sufficientissime ordinatum ». Ita ipse Agobardus in prologo sui antiphonarii scribebat. [48] Utrum autem necne idem Agobardus inchoatum opus absolvere atque edere potuerit, nobis non constat. Hoc potius cura atque opera Flori diaconi pluribus post annis actum esse censemus, nempe ut, edito cum ipso antiphonario etiam Agobardi prologo, ecclesia Lugdunensis ab Amalarii insimulationibus defenderetur. Hoc utique asseverat Florus in *Libro de divina psalmodia* tunc ab eo exarato, cum, Amalarium solitis contumeliis onerare non omittens, haec scribit: « Quia nuper stultus et improbus, ipsaque stultitia et improbitate sua omnibus notus calumniator erupit, qui sanctam ecclesiam nostram, id est Lugdunensem, non solum verbo, sed etiam scriptis lacerare non cessat, quasi non recte, nec more paterno sive usu, divinae cantationis solemnia peragentem, necesse fuit omnem sacrorum officiorum seriem, quae solito cantorum ministerio per totum anni circulum in ecclesiasticis conventibus exhibetur, sicut in eadem ecclesia favente Dei gratia custoditur, diligentius et plenius in libello quem usitato vocabulo antiphonarium nuncupant, colligere atque digerere, praemissa scilicet praefatione pii et orthodoxi patris, cuius probatissima fides atque doctrina in munere Domini Dei nostri omnibus examinata ac declarata celebriter innotuit; ut omnes pacifici et

---

[47] *Liber de divina psalmodia*, PL, 104, pp. 325-326. Cfr. notam 4.

[48] *Liber de correctione antiphonarii*, n. 19, PL, 104, p. 338C.

prudentes ecclesiae filii, in quorum manus eiusdem libelli textus venerit, verissime et evidenter agnoscant praefatam Christi ecclesiam... nec a recto fidei tramite deviasse, et paternum morem, quem statuta ecclesiastica declarant, fideliter custodire, ac per hoc ab antiquo ecclesiae Dei usu nullatenus discrepare, nec contemnere alicuius diversum morem, si constat esse probabilem, sed iuxta apostolum, ea quae utiliora et potiora sunt, sequi »... « Quod si praedictus calumniator humiliter et oboedienter pensare studuisset, nequaquam ad tantam deveniret fatuitatem, ut verba quorunlibet hominum, quorum nec nomina, nec sensum, nec fidem novit, tamquam divinas scripturas defenderet, et per phantasticas ac ridiculosas allegorias explanare conaretur. Certe si quid sanum cogitare vellet, sufficeret ei ad omnem emendationem et silentium quod, sicut diebus ad missas non nisi divina generaliter eloquia decantantur, ita et in noctibus ad sacras Deo vigilias exhibendas eadem procul dubio lex debeat observari ». [49]

Amalarium saltem extremos aetatis suae annos Metis transegisse omnium paene historicorum sententia est. Huius autem fundamentum esse videtur quod in *Libro de ordine antiphonarii* pluries demonstrat se in redigendo suo antiphonario praeter antiphonarium romanum etiam metense adhibuisse, hoc autem in *Prologo* sui antiphonarii nostrum antiphonarium vocat. At vero, praeterquam quod haec indicia potius annos 831-835 spectant, dictum Amalarii in *Prologo* nequaquam significat antiphonarium metense praecipuo quodam modo suum fuisse, sed illud principalem locum tenuisse inter antiphonaria ab ecclesiis provinciae ecclesiasticae Treverensis vel totius Galliae Belgicae orientalis usurpata. Multo autem efficacius argumentum praebere ducimus *Additiones Mettenses* antiqui martyrologii Bernensis. [50] Nam inter has, quarum recentissima consecrationem Adventii episcopi Metensis, die 7 augusti 855 actam, memorat, apposita est ad diem 29 aprilis seu III kalendas maias haec nota: « Obiit Amalarius episcopus ». Valde autem probabile nobis est hunc episcopum esse ipsum Amalarium, qui, ut mox dicemus, anno circiter 850 supremum diem obiit. Alia vero ratio cur eius mors in martyrologio adnotata sit, esse non potest, nisi quod Amalarius ultimos vitae suae annos Metis vixit, eiusdem ecclesiae administrationi operam suam navavit, ibidem mortuus est. Quod plane cum

---

[49] *Liber de divina psalmodia*, PL, 104, pp. 325C-327C.

[50] AA SS, Oct., t. XIII, p. XII; nov., t. I, pp. IX-X. Nulla additio anno 855 recentior est. Cfr. etiam editionem E. DUEMMLER, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, t. XIII, pp. 596 ss.

ea quae tunc erat ecclesiae Metensis condicione congruit: haec enim episcopum habebat Drogonem (826-855), qui cum ab anno 834/5 esset etiam archicappellanus et sacri consilii magister, saepe a sede sua abesse cogebatur. Quid igitur mirum illum sibi in gubernanda ecclesia sua vicarium quendam constituisse, ad hancque provinciam obeundam Amalarium elegisse, qui his regionibus, ut videtur, oriundus, episcopus erat, isque liber seu nulli ecclesiae addictus, gubernationis tamen aliorumque officiorum usu valde exercitatus. [51] Amalarium Metis ultimam aetatem deguisse ibique vitam deseruisse demonstrant etiam legendae quae eius sepulturam spectant. [52]

Postremum Amalarii opus fuit eius *Epistula ad Pardulum Laudunensem episcopum de praescientia divina et praedestinatione*, quae non ante medium annum 849, nec multo post initium anni 852 scribi potuit. In ea Amalarius partibus Remensium (Hincmari Remensis, Parduli Laudunensis) contra Gottescalcum et praedestinatianos accedebat.

Medio autem anno 852, vel hoc ad finem vertente, vel, si tardius, anno 853, id est eo tempore quo a Lugdunensibus conscribebatur *Liber de tribus epistulis*, Amalarius, confecto operosae ac vexatae vitae suae curriculo, in ecclesia monasterii Sancti Arnulfi apud Metas honorifica donatus sepultura, locum denique quietis et pacis iamiam nactus erat. [53]

---

[51] Cfr. H. Leclercq, *Metz*, XIV, *Liste épiscopale*, in DACL, t. XI, pp. 834; 837 ad fin.

[52] *Incipit tractatus sive relatio gestorum quorundam imperatorum, regum.. episcoporum, archiepiscoporum, abbatum, qui de genere lecali Arnulphi processerunt, necnon et aliarum multarum... personarum, quomodo et qualiter hanc ecclesiam sancti Arnulphi fundaverunt... De vita sancti Amalarii et de eius glorioso sepulchro et de eius miraculis sanctis*, ed. G. Waitz, MGH, *Scriptores*, t. XXIV, p. 535; cfr. pp. 491-492.

[53] *De tribus epistulis liber*, c. 40, PL, 121, p. 1054D. De loco sepulturae Amalarii cfr. *Gallia christiana*, t. XIII, p. 911B; St. Beissel, *Geschichte der Trierer Kirche*, pars I, pp. 227-228; R. Sahre, *Der Liturgiker Amalarius*, p. xlii; I. Mabillon, *Annales Ordinis sancti Benedicti*, l. XXVIII, n. xxvi, ed. Lucensis, t. II, p. 386; C. Browerus et I. Masenius, *Antiquitatum et annalium Treverensium libri XXV*, l. VIII, n. 65, t. I, pp. 403-404. Nobis longe probabilior apparet sententia quae tenet Amalarium non Treveris sed Metis, in ecclesia Sancti Arnulphi, sepultum esse.

## CAPITULUM IV

### De Amalarii auctoritate apud coaevos eius et posteros

1. Quantam auctoritatem sibi Amalarius scriptis suis iam ante mortem suam consecutus esset, eloquentissime, quamvis invite, testificati sunt ipsi eius adversarii. « Certe, scribebat Florus Lugdunensis in epistula sua ad quosdam episcopos concilii Carisiacensis (838), [Amalarii] libri ipsi fere ubique dispersi, fere omnibus noti sunt », *Op. I*, PL, 119, p. 74B. Et in relatione de Amalarii condemnatione ab eodem concilio acta: « Auctor huius inauditi exsecrandique erroris, Amalarius, omnibus notus est », *Op. II*, 3, PL, 119, p. 80C. Celebratissimam quoque fuisse fatetur eiusdem doctrinam, « utpote quae, ait, in libris quamplurimis ab ipso editis fere ubique vulgata sit », ibid., 6, p. 82A. Maxime vero simpliciorum animos doctrinae Amalarii alliciebant, cumque primum in ecclesia Lugdunensi ab auctore suo propositae et explicatae sunt, etiam apud simplices, ut refert idem Florus, disseminari coeptae sunt. Ibid., p. 81CD. Nec Lugduni solum sed, teste *Libri de tribus epistulis* auctore, c. 40, PL, 121, p. 1054D, in omnibus ecclesiis Franciae et in non paucis aliis simpliciores quique, ut ferebatur, assidua operum eius oblectabantur lectione.

2. Fueruntne Amalarii opera liturgica reapse pervulgatissima? Plura quidem non ideo ab illo scripta sunt, ut in vulgus prodirent; nam ipse Amalarius, cum ad Petrum Nonantulanum abbatem *Expositionis missae geminum codicem* et simul, ut videtur, *Canonis interpretationem* dono misisset, amicum suum obsecravit obtestatusque est, ne ista scripta in publicum ederentur, illiusque voluntati re vera tam fideliter obtemperatum est, ut ambo uno tantum codice, eoque, ut opinamur, Nonantulae scripto, servata sint. Etiam *Epistula ad Hilduinum* scriptum privatum haberi potest, in quo Amalarius ab archicappellano imperiali solutionem dubii cuiusdam sciscitabatur, nec mirum est quod haec quoque uno dumtaxat codice ad nos usque transmissa est. Alia opera, quamquam pro consilio auctoris pervulganda erant, ab eo quidem ex integro vel ex parte exarata sunt, at non edita, ita ut quasi ab ipsa sua origine penitus interierint. Hoc accidit *Libro de ordine cantatorii*, *Prologo lectionarii*, *Antiphonario*, *Libro de diurnali officio*. *Epistula de scrutinio et baptismo*, utpote quae esset ipsi imperatori rescripta, de rebus quae ad archiepiscoporum officium attinebant, secreta manere debebat. Nihilo minus, cum longe pleraque responsa a ceteris archiepiscopis de

eodem negotio exarata perierint, ex iis vero quae servata sunt, singula singulis, vel binis, vel certe paucissimis codicibus contineantur, Amalarii epistula novem codicibus ad nos pervenit, e quibus quattuor in Raetia (Tur, SGa$_5$, Ein$_2$, Stu$_1$), duo in Gallia Belgica (ParN$_2$, Atr$_2$), singuli in Gallia Lugdunensi (VatR$_5$), in Bavaria seu Raetia Orientali (Mon$_7$), in Norico (SPa$_1$) scripti sunt. V. J. M. Hanssens, *Deux documents carolingiens sur le baptême*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 69-82.

Opus autem quo Amalarius amplissimam sibi famam acquisivit, est eius *Liber officialis.* Hic certe cito ac latissime in multis regionibus divulgatus est. Primae editionis undetriginta codices superstites sunt, quorum unus et viginti textum operis integrum, tres eundem textum aliquantum abbreviatum, quinque excerpta tantum continent. Secundae editionis duodecim sunt codices, e quibus duo excerpta dumtaxat praebent. Tres codices textum mixtum complectuntur, id est libros I-III primae editionis et librum IV secundae. Tertiae denique editionis quinque tantum sunt codices. Prima editio maxime in Gallia Belgica, in Germania inferiore et superiore, in Gallia Lugdunensi, in Franconia, Alemannia, Raetia, Anglia divulgata est; altera in Raetia, Franconia, Pannonia, Italia. Exempla mixta exarata sunt in Germania superiore, in Raetia occidentali, in Anglia. Tertia editio aliquantum in Gallia Belgica septentrionali viguit; unum exemplum Divione, alterum Lemovici exaratum est.

Verum tamen multo plures olim fuisse codices *Libri officialis*, seu eorum permultos interiisse manifestum facit comparatio critica lectionum variantium quas textui illius operis ipsa eius traditio ingeneravit; facile enim constat complures esse in ista traditione lacunas. Eandem codicum *Libri officialis* copiam demonstrant catalogi antiquarum bibliothecarum. In iis enim persaepe mentio fit exemplorum *Libri officialis* primae, secundae vel tertiae editionis, quae hodie deperdita sunt. Periit quoque codex e bibliotheca ecclesiae Sancti Stephani Moguntinae, quo usus est Ioannes Cochlaeus in edendo tertio libello *Libri officialis.* Continebat autem textum prioris cuiusdam editionis. E quattuor codicibus quibus innititur editio Hittorpiana unus textum tertiae editionis exhibebat, duo editionis primae (I*), unus secundae, nisi hic textum editionis mixtae praebebat. Porro cuncti prorsus evanuerunt. Idem accidit exemplis quibus usi sunt *Libri officialis* retractatores.

Multum quoque lectae ac crebro descriptae sunt olim *Eclogae de ordine romano et de quattuor orationibus in missa*, quae etsi certo Amalario adscribi non possunt, saeculo tamen x illius opus iamiam existimabantur. Viginti tres codices quos novimus in Gallia Belgica,

Anglia, Aquitania, Germania superiore, Raetia, Franconia, Thuringia, Pannonia, Carinthia, Italia exarati sunt.

3. Nec breve modo tempus viguit Amalarii *Liber officialis*, sed codicum qui hunc exhibent, complures saeculo XI scripti sunt, quidam etiam saeculo XII; unde apparet auctoritatem illius operis prope ad finem huius saeculi perstitisse. Eadem circiter aetate etiam *Epistula de scrutinio et baptismo* et *Eclogae de ordine romano et de quattuor orationibus in missa* describi desitae sunt. *Eclogae* tamen codices saeculo X antiquiores habere non videntur.

4. Aliud indicium auctoritatis quam *Liber officialis* Amalario apud coaevos eius et posteros conciliavit, praebent eiusdem operis retractationes, quae a saeculo IX usque ad saeculum XII non parvo numero conscriptae sunt. Eas percensemus in propria *Libri officialis* praefatiuncula.

5. Antiquis non nullis annalium scriptoribus editio *Libri officialis* eventum tanti momenti visa est, ut illam in suis chronicis memorandam esse existimaverint. Ut auctor *Gestorum Treverorum*, qui, cum inter Treverenses episcopos Amalarium nominat, eum eundem fuisse significat qui *Librum officialem* exaravit: « Hamularius Fortunatus cardinalis Romanus qui librum officiorum conscripsit », PL, 154, p. 1155B, eiusque verba describit ALBERICUS TRIUM FONTIUM, *Chronica*, ad annum 810, p. 726. Idem factum SIGEBERTUS GEMBLACENSIS (o. 1112), in sua *Chronographia*, ad ann. 827 memorat: « Amularius librum de officiis ecclesiasticis ad imperatorem Ludovicum scribit », PL, 160, p. 158C. Quam mentionem iisdem verbis iterant EKKEHARDUS URANGIENSIS (o. post 1125), *Chronicon universale*, et ANNALISTA SAXO (o. post 1139), *Chronicon*, sed rem ad annum 831 referentes. MGH, *Scriptores*, t. VI, p. 172 et p. 574. Antiquiorum denique annalium narrata in unum componit IOANNES TRITHEMIUS (o. 1516), *Chronica insignis monasterii Hirsaugiensis*, ad ann. 847, t. II, p. 11: « Amularius Fortunatus, monachus Luxoviensis, postea Trevirensis archiepiscopus, ac deinde sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis, scripsit his diebus ad Ludovicum imperatorem libros de divinis officiis ».

Praesertim vero mentionem Amalarii eiusque operum constanter faciunt etiam antiquiores historiae litterarum christianarum scriptores. SIGEBERTUS GEMBLACENSIS (1112), *De scriptoribus ecclesiasticis*, c. 87, PL, 160, p. 567B « Attularius [*alias*: Amularius] monachus, ait, brevem libellum de officiis ecclesiasticis scripsit. Postea scribens de eadem re ad Ludovicum imperatorem, ordinem et causas ecclesiasticorum officiorum quattuor libris planius digessit, e de mysteriis missae librum unum »; qui brevis « libellus de officiis

ecclesiasticis » et « liber unus de mysteriis missae » priores esse videntur *Libri officialis* editiones et *Eclogae de ordine romano*; ANONYMUS MELLICENSIS (scr. p. 1135), *De scriptoribus ecclesiasticis*, c. 81, PL, 213, p. 977A: « Amularius venerabilis Trevirorum archiepiscopus scripsit inter alia de officiis eximium opus. Huius operis, imo et huius auctoris, meminit beatae memoriae Rudwertus abbas Tuitiensis in libro suo, quem scribit de officiis ». HONORIUS AUGUSTODUNENSIS (o. p. 1150), *De luminaribus ecclesiae sive de scriptoribus ecclesiasticis*, l. I, c. 3, PL 172, 230A: « Amalarius Metensis episcopus sub Ludovico scripsit libros quatuor de divinis sacramentis »; IOANNES TRITHEMIUS (o. 1516), qui tribus operum suorum locis, auctore praesertim Sigeberto Gemblacensi, scripta Amalarii percenset, ipsum hominem ultra merita mirificis laudibus cumulans. In *Libro de ecclesiasticis scriptoribus*, ed. 1601, t. I, p. 253: « Hamularius Fortunatus archiepiscopus Treverensis, natione Teutonicus, monachus Lexoviensis, et Romanae ecclesiae cardinalis, vir doctus et eloquentissimus, graeca et latina eloquentia insignis, missus a Carolo imperatore Magno Constantinopolim ad imperatorem Michaelem, pacem et amicitiam inter eos mirabili industria et eloquentia sua confirmavit, sicut in Gestis Treverorum continetur. Scripsit autem inter cetera:

« De ecclesiasticis officiis lib. 1. *Satis et nimium quidem.*
« Ad Ludovicum de eadem re lib. 4.
« De mysteriis missae lib. 1.
« Ad diversos epistolas lib. 1.

« Moritur sub Ludovico imperatore, anno Domini 813, indictione 6, episcopatus sui anno circiter 16 ».

Iterum in *Catalogo illustrium virorum Germaniam... exornantium*, ed. 1601, pt. I, p. 125: « Hamularius Fortunatus tertius et sexagesimus a sancto Euchario Treverorum archiepiscopus et sacrosanctae Romanae ecclesiae (ut ferunt) cardinalis, vir in divinis scripturis eruditissimus et in saecularibus literis egregie doctus, graecae ac latinae peritus, scripsit non spernendae lectionis opuscula. De quibus feruntur subiecta: De divinis officiis lib. 1. Ad Ludovicum Imperatorem de eadem re lib. VII (*sic*). De mysteriis sacris lib. 1. Variae quoque ad diversos epistolae. Hic per Carolum Imperatorem ad Constantinopolim missus ad Michaelem Imperatorem Graecorum, sua mirabili sapientia et industria pacem et amicitiam inter eos et veram et perpetuam composuit et firmavit. Claruit sub Carolo Magno et Ludovico eius filio imperatoribus. Anno Domini DCCCX ». Denique in *Libro de viris illustribus Ordinis sancti Benedicti*, l. IV,

c. 82, *De Hamulario Treverensi*, edit. Busaeo, p. 129: « Hamularius Fortunatus, monachus Luxoviensis et Treverensis Archiepiscopus, et Romanae Ecclesiae Cardinalis, vir doctus et ad regimen Ecclesiasticum satis idoneus: missus ad Constantinopolim ad Michaelem imperatorem a Carolo Magno, inter eos pacem reformavit. Hic etiam librum officiorum conscripsit, quem in synodo publicavit. Moritur anno Domini 813. Indictione 6. Episcopatus sui anno circiter 16 ».

Porro locum atque existimationem quam Amalarius apud antiquiores de re litteraria christiana scriptores constanter obtinuit, apud recentiores nequaquam amisit, sed firmius possessit, postea quam saeculo XVI eius opera typis edi coepta sunt. Ex his recentioribus scriptoribus principaliores in capitulo 1 huius *Introductionis* percensemus.

6. Praecipui vero testes auctoritatis qua diu excelluit Amalarius, sunt ipsi liturgistae qui post illum novos libros de officiis ecclesiasticis composuerunt, sive eius mentionem nominatim faciunt vel proprias eius sententias atque opiniones aperte proferunt, sive has tacite usurpant suasque faciunt. De occulta autem hac propagatione seu continuatione doctrinae amalarianae apud liturgistas a saeculo IX usque ad nostra tempora non est hic locus inquirendi vel disserendi; restat igitur ut breviter in praesentia illos scriptores rerum liturgicarum recenseamus, qui in suis operibus ipsum Amalarium vel huius doctrinam manifeste commemorant.

Amalarii coaevus fuit Walafridus Strabo (o. 849), qui suum *Librum de exordiis et incrementis quarundam in observationibus ecclesiasticis rerum* annis 840/842 edidit. In primis Amalarii libros spectare videntur haec ex illius operis praefatione verba: « De ecclesiasticis officiis multi multa dixerunt, ita ut pauca vel paene nulla remanserint, quae non iam per inluminationem Spiritus Sancti sint demonstrata, non solum qualiter debeant fieri, verum etiam quomodo singula mystice debeant vel possint intellegi, diligenti examinatione discussa ». PL, 114, p. 919AB; MGH, *Capitularia*, t. II, p. 47. Gerhardus presbyter in sua *Epistula ad Frithericum Moguntinum ep.*, annis 937/954 scripta, edit. Ph. Jaffé, *Monumenta Moguntina*, p. 341, integrum hunc locum e *Libelli officialis* l. I, c. 12, 27-31, « Dicit libellus romani ordinis... cotidie eam salutamus », exhibet. Berno Augiensis abbas (1048) in suo *Libro qualiter adventus Domini celebretur quando nativitas Domini feria secunda evenerit*, c. 2, PL, 142, pp. 1081C-1083A, cum Amalarii laude totum paene caput quoddam e *Libro officiali* describit: « Ait nempe Amalarius divinorum officiorum scrutator non contemnendus: In antiquis libris missalium... a parte totum solet implere ». *Off.*, l. III, c. 4, 1-8. Quam

mentionem iterat, omissa tantum ultima sententia, in *Libello de quibusdam rebus ad missae officium pertinentibus*, c. 4, PL, 142, pp. 1064C-1065D, eique, cum copiosiore Amalarii laude, alterum quendam atque amplum ex eodem *Libro officiali* locum adiungit, *Libellus de quibusdam rebus*, c. 7, pp. 1067B-1077C et *Dialogus de ieiuniis quatuor temporum*, c. 4, pp. 1093C-1094C: « Igitur Amalarius, divinorum officiorum indagator solertissimus, cuius dicta catholicorum virorum sententiis fulgent munita, cum de iisdem disputaret ieiuniis [quattuor temporum], sic inter alia dicit: Primi apostolici semper in decembri mense... si ipse bis computetur, quatuordecim inveniuntur ». L. II, c. 1, 8-14. Etiam diversa Amalarii dicta in *Libro officiali* spectant alia haec Bernonis verba, *Libellus de quibusdam rebus*, c. 4, pp. 1078D-1079A, et *Dialogus de ieiuniis quatuor temporum*, c. 7, p. 1096CD: « Sic in quodam libello de hoc ordine legi... Dominum Iesum Christum ». *Off.*, l. II, c. 13, 12; l. I, c. 13, 17-18. Item in eodem *Dialogo*, c. 3, pp. 1090C-1092A, ex *Off.*, l. II, c. 2; c. 3; c. 1. Bernoldus Constantiensis (o. 1100), *Micrologus*, praeter duo Amalarii dicta, c. 4 et c. 9, PL, 151, p. 908A et p. 983BC, etiam eius explicationem, de diebus qui ieiuniis quattuor temporum destinantur, breviter commemorat atque improbat. « Sed, adiungit, in hac causa Amalarius non adeo notandus est, qui non tam aliquam consuetudinem instituere, quam de instituta competentem aliquam figuram elicere consuevit ». C. 25, pp. 997C-998A.

Venerationis quoddam officium Amalario ceterisque antiquioribus liturgistis praestat Rupertus Tuitiensis abbas (o. 1135), cum in *Prologo* sui operis *De divinis officiis per anni circulum*, PL, 170, pp. 13-14, scribit: « Neque enim auctoritati veterum quidquam detrahimus, Amalarii scilicet et aliorum, si forte scripserunt de huiusmodi, sed licuit, semperque licebit cuique dicere, salva fide, quod senserit ». Quae fuerat ipsius Amalarii constans norma. Eiusdem Amalarii doctrinae mentionem faciunt Treverenses in sua *Epistula ad Sigebertum Gemblacensem* (o. 1112) *ac Leodienses de ieiuniis quattuor temporum*, PL, 160, p. 826A: « Quod putamus intendisse Amularium, qui et primam martii hebdomadam accepit in figura primae generationis, quae est Abraham, et ultimam decembris in figura ultimae generationis, quae est Christus, et tres consecrationes ieiuniorum tres appellavit tesserescedecadas hebdomadarum, quae sunt interstitia eorum ». Novissimus inter antiquiores liturgistas, Amalarium nominat eiusque sententiam quandam adducit Radulphus de Rivo, Tongrensis canonicus (o. 1403), *De canonum observantia liber*, Propositio VIII, edit. M. Hittorp, 1610, p. 1111D, e *Libro officiali*, l. IV, c. 3, 14-16.

Ps. Alcuinus vero (s. ix-x), *Liber de divinis officiis*, PL, 101, pp. 1173-1286, Hildebertus Cenomanensis (o. 1135), *Liber de expositione missae*, PL, 171, pp. 1153-1176, Honorius Augustodunensis (o. p. 1150), *Gemma animae* et *Sacramentarium*, PL, 172, pp. 541-738, 737-806, etsi libenter *Libro officiali* utuntur, neque hunc neque eius auctorem unquam nominant. Eodemque fere pacto silent Ioannes Abrincensis episcopus (o. 1079), *Liber de officiis ecclesiasticis*, PL, 147, pp. 27-62 (de quo R. Delamare, *Le « De Officiis ecclesiasticis » de Jean d'Avranches*, pp. xxxviii-xlvii), auctor *Expositionis divinorum officiorum*, pp. 199-212 (de qua v. A. Franz, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, p. 426), Maurilius Rotomagensis archiepiscopus (1055-1067), *Liber de officiis ecclesiasticis* (ineditus, in cod. Oxoniensi Bibliothecae Bodleianae, lat. 843, s. xiii, ff. 126-141; de quo R. Delamare, o. c., pp. xlviii-lix), Hugo de Sancto Victore (o. 1141), *De sacramentis christianae fidei*, PL, 176, 173-618, quamquam in l. II, parte VII, c. 6, p. 462A-C, integrum locum e *Libro officiali*, l. I, c. 40, 1-2, profert; Robertus Paululus Ambianensis Magister (s. xii), *De caeremoniis, sacramentis, officiis et observationibus ecclesiasticis*, PL, 177, pp. 381-456; Ioannes Belethus (o. p. 1231), *Rationale divinorum officiorum*, PL, 202, pp. 13-166; Siccardus Cremonensis (o. 1215), *Mitrale seu de officiis ecclesiasticis summa*, PL, 213, pp. 13-436, Innocentius III (o. 1216), *De sacro altaris mysterio*, PL, 217, pp. 763-916; Praepositinus Cremonensis (o. p. 1231), *Tractatus officiorum* (in cod. Salisburgensi Sancti Petri VI-32, ff. 1-50, et in aliis cod.); Gulielmus Autissiodorensis (o. 1231/1237), *Summa de officiis ecclesiasticis* (in cod. Parisiensi, Bibliothèque Nationale, lat. 14145, s. xiii, ff. 41a-76c, et in pluribus aliis); Gulielmus Durandus (o. 1296), *Rationale divinorum officiorum*. *Ordo romanus antiquus*, edit. M. Hittorp, 1610, praeter alia plura, interposita habet, p. 75C, haec verba e duabus prioribus editionibus *Libri officialis*, l. I, c. 15, 2: « Sanctificatur enim vinum non consecratum per sanctificatum panem. Postea communicant omnes ». Unde transierunt, aliquantum mutata, in *Ordinem officiorum ecclesiae Lateranensis*, edit. L. Fischer, p. 58.

Igitur inde a saeculo xii ineunte libri ceteraque Amalarii scripta auctoritatem quam eo usque constanter obtinuerant, cito, ut videtur, amiserunt, adeo ut eodem saeculo ad finem vertente iamiam paene oblivioni data essent. Nova nimirum tempora orta erant.

Sed non omnes coaevos suos Amalarius amicos habuit et admiratores. Immo in nullo fere opere non fatetur plures habere se suarum interpretationum adversarios illosque non parum timere. Quas autem iras in uno saltem viro, Floro Lugdunensi diacono, scriptis

suis excitaverit, quae ab eodem vituperia, quas obtrectationes, insectationes, insimulationes in se converterit, adeo ut a concilio quodam condemnaretur, breviter in vita Amalarii memoravimus. Hic satis erit ex ordine temporum praecipua scripta percensere, quae sua aetate contra Amalarium eiusque libros ac doctrinam, fortasse ab uno Floro Lugdunensi, edita sunt.

1. Flori Lugdunensis, *Opusculum adversus Amalarium III* seu *Epistola Flori Lugdunensis diaconi ad Theodonis villae concilium adversus libros Amalarii*, PL, 119, pp. 94D-96C; MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, pp. 769-770[37]. Etenim non est haec, ut volunt R. Mönchemeier et A. Werminghoff, prior pars orationis cuiusdam a Floro, in concilio Carisiacensi anno 838, mense septembri, dictae, sed epistula ad Patres in concilio ad Theodonis villam anno 835, mense februario ac martio, congregatos. I. M. Hanssens, *De Flori Lugdunensis* « *Opusculis contra Amalarium* », in *Ephemerides liturgicae*, 47 (1933), pp. 17-23; 27-30.

2. *Invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum*, quae, excepta absurdissima eius praefatiuncula atque inscriptione, a Floro quoque exarata aestimari potest annis 835/838, inter concilium Theodonis villae et Carisiacense. De ea v. huius *Introductionis* c. 12. Novam editionem eius praebemus ad num. VII, A.

3. Adnotationes marginales codicis ParN1, auctore, ut videtur, eodem Floro, anno 835, cum primum Amalarii libros « ex parte aliqua » legit. De iis v. huius *Introductionis* c. 14, a. 1. Textus exhibetur ad num. IX, ultimo loco.

4. *Contra quattuor libros Amalarii abbatis*, PL, 119, pp. 339A-350B, auctore Agobardo Lugdunensi ep. (o. 840), vel Floro, ut putat A. Wilmart, *Un lecteur ennemi d'Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 36 (1924), p. 327; J. M. Hanssens, *Un document* « *antiamalarien* », in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), p. 240. Quod opus annis 835/838 scriptum esse putamus.

5. Flori Lugdunensis *Opusculum adversus Amalarium I* seu *Epistola Flori totius veritatis plena contra falsiloquas adinventiones Amalarii quondam Lugdunensis chorepiscopi de corpore Domini tripartito*, PL, 119, pp. 71D-80A; MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 267-273. Hanc epistolam Florus ad concilium Carisiacense mense septembri anni 838 misit. I. M. Hanssens, *De Flori Lugdunensis* « *Opusculis contra Amalarium* », in *Ephemerides liturgicae*, 47 (1933), pp. 16-17; 23-26.

6. Flori Lugdunensis *Opusculum adversus Amalarium II* seu *Opusculum de causa fidei apud Carisiacense episcoporum concilium nuper habitum*, PL, 119, pp. 80A-94C; MGH, *Concilia aevi karolini*,

t. I, pp. 778-782; 770[38]-778. Nam manifesto falsa est sententia R. Mönchemeier et A. Werminghoff, alteram huius opusculi partem esse cum *Opusculo III* in unum coniungendam, quod illa et hoc sint duae partes unius eiusdemque orationis a Floro in concilio Carisiacensi habitae. Re vera *Opusculum III* terminatur verbis « optata gaudeant sanitate », pp. 96C, 770[37], totum vero *Opusculum II* est condemnationis Amalarii a concilio Carisiacensi decretae narratio, idemque monitio qua ecclesiae Lugdunensis magister suos a falsa doctrina avertere veraque altius imbuere satagit. I. M. Hanssens, *De Flori Lugdunensis « Opusculis contra Amalarium »*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 17-23; 27.

7. *Liber de divina psalmodia*, PL, 104, pp. 325C-330A, quae est editio Baluziana e cod. Parisiensi Bibl. Nat., lat. 2853, ff. 213-216. Continetur idem liber, sed sine ulla inscriptione, codice Fuldensi, 113[r]-115[r]. Nulla autem ratio est existimandi textum quem praebet uterque codex non esse integrum, etsi R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 60, 61-62, contrarium constare asseverat; sed idem vir certo demonstrasse dicendus est auctorem *Libri de psalmodia divina* non esse Agobardum sed Florum. Ibid., pp. 60-61; J. M. Hanssens, *Un document « antiamalarien »*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), p. 238. (Tollantur autem quae ibi dicuntur de titulo Agobardus, *Tractatus de veteri ritu psalmos in ecclesia canendi*; haec enim vel similia in codice Fuldensi saeculo xvii tantum vel xviii adscripta sunt, deinde e parte erasa). *Librum de divina psalmodia* sequitur in eodem codice Fuldensi, ff. 115[r]-124[r], *Liber de correctione antiphonarii*, PL, 104, pp. 325B-340A, at hoc solo titulo inscriptus: *Incipit prefatio antiphonarii ecclesiae Lugdunensis*. J. M. Hanssens, *Un document « antiamalarien »*, p. 238. (Hic quoque corrigatur quod de titulis affirmatur).

8. Scriptum anonymum codicis Metensis 3, Bibl. municip., 65, ff. 435[v]-437[r], de quo v. J. M. Hanssens, *Un document « antiamalarien »*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 237-244. Non improbabilis esset sententia quae etiam hunc libellum Floro adscriberet. Certe post Agobardi librum *Contra quattuor libros Amalarii abbatis*, PL, 104, pp. 339A-350B, exaratus est.

## CAPITULUM V

### De universa huius editionis ratione

1. Non edimus hic nisi scripta Amalarii liturgica. Haec autem inter tres tomos sic partimur, ut primus opera illius minora, alter *Librum officialem*, tertius *Librum de ordine antiphonarii* complectatur. Porro iisdem operibus, certe authenticis, *Eclogas de ordine romano et de quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa* adiungimus, epistulis vero ab Amalario exaratis paucas quasdam ab aliis ad eum missas, sed quae ab illis separari non poterant. Epistulas ab ipso Amalario libello III *Libri officialis* adiectas suo loco exhibemus. Continet praeterea editio nostra appendicis instar quaedam opera quae cum amalarianis artissime cohaerent: *Epistulam ad Carolum imperatorem de caeremoniis baptismi*, commentarium *De regula sancti Benedicti praecipui abbatis*, *Ordinis totius missae expositionem priorem* et eiusdem *Expositionem alteram*.

II. Ad vocabulorum scripturam seu orthographiam referimus assimilationem vel dissimilationem in scribendis vocibus quibusdam compositis, usum diphtongi ae vel, pro ea, simplicis litterae e sive ę, insertionem vel omissionem litterae p inter litteras m et n, usum vel omissionem litterae h, promiscuum usum litterarum m et n, e et i, i et y, o et u, t et c, etc., in quibusdam vocibus, leviores varietates in scribendis verbis hebraicis. Porro scripturam sive ab ipso Amalario sive a librariis eius usurpatam, quantum fieri poterat, ad fidem codicum restituere conati sumus. Quare in terminationibus casus genitivi vel dativi singularis, nominativi vel vocativi pluralis, vel in praepositione « prae » semper diphtongo ae utimur, quem usum indicant omnes meliores codices. In ceteris vero vocabulorum scripturis rationem meliorum codicum sequimur, et, ubi hi inter se differunt, eum modum qui in maiore eorum numero servatur. In solvendis compendiis IHC, IHS, ihs, ihu, ihm, notam H vel h sola littera e reddidimus, quia, quidquid de ea re opinabantur homines medii aevi, illa est una eiusdem notae vera vis, nec nobis aliud scribendum erat, nisi quod erat scriptum.

III. Apparatus variarum lectionum positivus est, id est omnes et singulas lectiones textus in omnibus et singulis codicibus adesse testatur, quorum series in capite apparatus ponitur, iis codicibus exceptis qui, utpote lectiones a textu alienas praebentes, post has singulas in eodem apparatu indicantur. Ex apparatu tamen exclu-

simus minuta illa ac singularia menda, eadem plerumque absurda, quibus foedatur textus codicum quorundam.

Si qui codex propter lacunas vel omissiones partes tantum textus continet, vel ad vicem deficientis codicis fungendam per partes tantum adhibetur, versus in quo idem incipit vel desinit, numero suo indicatur, adiecto signo – post vel ante codicis notam. Si vero codex in eadem pagina incipit et desinit, vel desinit et incipit, hoc binis versuum numeris et uno vel gemino signo – demonstratur. Uno denique numero sine ullo adiecto signo, vel cum gemino signo –, si codex in eodem versu incipit ac desinit, vel desinit et incipit.

A (3–) : codex A incipit in versu 3.
A (–3) : » » desinit in versu 3.
A (3–9) : » » incipit in versu 3, desinit in 9.
A (–3,9–): » » desinit in versu 3, incipit iterum in 9.
A (3) : » » incipit in versu 3, in eodem desinit.
A (–3–) : » » desinit in versu 3, incipit iterum in eodem.

In ipso autem textu locus in quo codex incipit vel desinit lineola ' signatur.

Quod vero ad orthographiam attinet, apparatus positivus minime est, sed verborum scriptura ad regulam quam supra definivimus determinatur. Quare indicationes quales hae: presbyter] *suppl.* A, presbyter magnus] *inv.* A, nihil significant de orthographia vocis « presbyter » in codice A. Attamen in ipso lectionum variarum apparatu verba quae uno tantum codice praebentur, cum sua propria orthographia proponuntur; quae autem in pluribus codicibus, sed cum eadem orthographia, pari modo exhibentur; denique quae pluribus codicibus, et cum varia orthographia, eo modo scribuntur quo scripta sunt in primo ex indicatis codicibus, nisi quando utile videatur diversas istas orthographias demonstrare.

IV. De significatione signorum ⌜ ⌝ vide praefatiunculas *Eclogarum de ordine romano* et *Libri officialis*. Verba quae nobis contra codicum testimonium in textu supplenda visa sunt, intra parentheses quadratas, [ ], ponuntur; e contrario verba quae in cunctis apparatus codicibus praebentur, at nihilo minus delenda videntur, parenthesibus acuminatis, ⟨ ⟩, clauduntur.

*Inverti* dicimus verba quae alio atque in textu ordine ponuntur; *converti*, quae, postquam inversa sunt, rursus eodem quo in textu ordine collocantur. Post voces *sed corr.* mente supplendae sunt « in lectionem in textu receptam »; post *e corr.*, « pro lectione in textu recepta ». Verbis *e. m.*, id est eadem manu qua scriptus est ipse textus illo codicis loco, *a. m.*, id est alia aliqua manu atque idem textus,

non librarii alicuius manum designamus, sed ipsius scripturae diversam speciem, seu diversam illius figurae, coloris, elegantiae, accurationis rationem.

VI. Ubicumque in praefationibus vel in notis opus quodvis aliquam ex suis editionibus indicando determinandum est, idemque opus in Patrologia latina vel graeca J. P. Migne adest, hanc editionem eo fine adhibendam esse censuimus. Dubium namque non videtur quin per hanc collectionem multo brevior atque expeditior sit via ad varia opera agnoscenda, quam per singulorum recentissimam quamque editionem criticam.

# PARS II

## DE SINGULIS QUAE HIC EDUNTUR OPERIBUS

Codices eo percensentur ordine, quo in constituendo textu et apparatu variarum lectionum adhibentur, eaque ratione describuntur, quae cum eorum auctoritate et momento congruat.

Exceptis iis de quibus contrarium dicitur, ceteri omnes membranei sunt.

## CAPITULUM VI

### A) – De « Epistula Petri abbatis Nonantulani ad Amalarium » (*Petr.*)
### B) – De « Epistula Amalarii ad Petrum Nonantulanum » (*Non.*)

Duo sunt codices, quorum uterque ambas epistulas continet.

Turicensis (Tur, H) – Zürich, Zentralbibliothek, Car. C 102 (nunc: 268), 275 × 187 mm., 93 fol., s. IX-X. Constat hodie e 13 fasciculis qui, ut videtur, omnes quaterniones sunt, praeter 2 ac 13, qui sunt quiniones; 3, 4 ac 6, qui terniones. Fasciculi 1, 2, 3, 4, 5, 7, 10, 11, 13, singuli singulis litteris A, B, C, D, E, H, M, N, P signantur. Antea autem plures fuerunt fasciculi; deest enim unus post fasciculum 5, unus post 9, unus vel plures post 13 seu ultimum. Praeterea in fasciculo 1 deest folium 2 et 3; in fasciculo 2 folium 5 (nunc fasciculo 4 insertum), 6, 7, 8; in fasciculo 3 folium 2; in fasciculo 4 folium 3 aliud non est quam folium 5 fasciculi 2; folium vero 4, quod ipsi ternioni adiunctum est, re vera est eiusdem fasciculi 4 folium 6 seu penultimum; verus ergo eius locus est inter folia hodie numero 24 ac 25 signata. Fasciculo 5 deest folium 6; fasciculo 6 folium 1 et 2; fasciculo 8 folium 3. Reliqui fasciculi integri videntur.

Quae videatur fuisse prima codicis constitutio, haec tabella declarat:

| Fasciculorum numeri hodierni | Fasciculorum notae | Fasciculorum constitutio |
|---|---|---|
| 1 | A | Fol. 1 X X 2 \|\| 3 4 5 6 |
| 2 | B | Fol. 7 8 9 10 20 \|\| X X X 11 12 |
| 3 | C | Fol. 13 X 14 \|\| 15 16 17 |
| 4 | D | Fol. 18 19 22 \| 23 \| 24 21 25 |

| Fasciculorum numeri hodierni | Fasciculorum notae | Fasciculorum constitutio |
|---|---|---|
| 5 | E | Fol. 26 27 28 29 \|\| 30 X 31 32 |
| (Deest) | [F] | |
| 6 | [G] | Fol. X X 33 \|\| 34 35 36 |
| 7 | H | Fol. 37 38 39 40 \|\| 41 42 43 44 |
| 8 | [I] | Fol. 45 46 X 47 \|\| 48 49 50 51 |
| 9 | [K] | Fol. 52 53 54 55 \|\| 56 57 58 59 |
| (Deest) | [L] | |
| 10 | M | Fol. 60 61 62 63 \|\| 64 65 66 67 |
| 11 | N | Fol. 68 69 70 71 \|\| 72 73 74 75 |
| 12 | [O] | Fol. 76 77 78 79 \|\| 80 81 82 83 |
| 13 | P | Fol. 84 85 86 87 88 \|\| 89 90 91 92 93 |
| (Desunt) | [Q], etc. | |

Quae vero codex contineat, singillatim percenset M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 459-464. Vide etiam C. Mohlberg, *Katalog der Handschriften der Zentralbibliothek Zürich*, I, p. 113. Complectitur, ff. 1-32v, seriem quandam benedictionum atque ordinum; ff. 33r-55v, excerptum ex Etymologiis Isidori Hispalensis, sicut in cod. Romano VE2, ff. 133v-157v, PL, 82, pp. 228-235; 296-297; ff. 55r-59r, De baptismi officio ac misticis sensibus, id est excerpta de missa et de baptismo ex operibus eiusdem s. Isidori, s. Augustini, s. Ambrosii, s. Cypriani, sicut in cod. Parisiensi 12, ff. 25v-35v et in Romano VE2, ff. 158r-161v; cfr. Vaticanum Regin. lat. 69, s. IX maiore pro parte, ff. 116r-122r, apud A. Wilmart, *Analecta Reginensia*, pp. 157-166; M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, p. 299 (de codicibus Vaticano 1, etc.); f. 59v, brevissimam quamdam symboli expositionem et initium (usque ad verba « eius audiatur. Et quando dicitur ») *Expositionis missae « Dominus vobiscum »*, 1, cuius reliquam partem continebat fasciculus qui inter hodiernum 9 et 10 desideratur. Cetera codicis folia complectuntur Amalarii opera et tres epistulas ad eum missas: ff. 60r-68r, *Canonis missae interpretationem* a vocibus « et mediatorem venisse ad convallem lacrimarum », 1; nam priorem partem praebebat fasciculus quem diximus; ff. 68r-69r, *Epistulam ad Petrum abbatem Nonantulanum*; ff. 69v-70r, *Epistulam Caroli imperatoris ad Amalarium priorem* et *alteram*; ff. 70r-76v, *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo*; f. 76v, *Epistulam Petri abbatis Nonantulani ad Amalarium*; ff. 77r-78r, Versus marinos, PL, 101, pp. 1287-1288; ff. 78r-82v, *Missae expositionis codicem priorem*; ff. 87r-93v et 83r-86v, *Missae expositionis codicem alterum.*

Textus utriusque epistulae, Petri Nonantulani ad Amalarium et Amalarii ad Petrum, quem praebet codex, integer est, sed orthographia mendosissima, verbis quibusdam ita depravatis ut vix intellegantur. Scriptura est minuscula carolingica, sed aliquantum procera, rudis, incondita, unius eiusdemque manus, e fine s. IX vel potius ex initio X. – M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 458-464; C. MOHLBERG, *Katalog der Handschriften der Zentralbibliothek Zürich*, I, p. 113.

Monachensis 7 (Mon$^{7}$, M) = Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 13581, 193 × 284 mm., 284 fol., s. IX ex. E conventu Ratisbonensi Fratrum Praedicatorum, ubi signabatur numero 181. Constat e 35 vel 36 fasciculis. Continet, ff. 1-$226^{v}$, $252^{r}$-$261^{v}$, $261^{v}$-284, tractatus exhegeticos et homilias quarum seriem describit catalogus; ff. $226^{v}$-$242^{v}$, epistulas aliquot Alcuini; f. $243^{r}$, *Epistulam Petri abbatis Nonantulani ad Amalarium*; ff. $243^{r}$-$244^{v}$, Versus marinos, PL, 101, pp. 1287-1288; ff. $244^{v}$-$251^{v}$, *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo*; ff. $261^{v}$-$262^{v}$, De vestibus pontificalibus, inc. « Incipiamus enim adiuvante domino »; des. « maiori indiget indagatione ». Orthographia multo emendatior est quam in codice Turicensi. Scriptura est carolingica minuscula, plurium manuum, e fine saeculi IX. – C. HALM, etc., *Catalogus codicum latinorum*, t. IV, pars 2, pp. 113-114.

Editiones duae sunt. FROBENIUS FORSTER, *Alcuini opera*, t. II, p. 519; eadem in PL, 99, pp. 890-892; PH. JAFFÉ, *Monumenta Carolina*, pp. 422-423; eadem apud E. DUEMMLER, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 245-246. Haec editio gravioribus quibusdam mendis vitiatur (« vestre » pro « vestris », « memorativas », pro « memoratus », « Christo » pro « Domino »), etc.

Codex Turicensis archetypo vicinior esse videtur. Etenim ordo quo Amalarii scripta atque epistulae ad eum missae in eo disponuntur, ille est quem demonstrat ipse Amalarius in sua epistula ad Petrum Nonantulanum. Voces enim « operi vobis specialiter directo » non possunt referri, nisi ad *Missae expositionis geminum codicem*. Ordinem vero codicis Monachensis secundarium esse ostendit suppressio epistularum *Car. I* ac *II* et missae expositionis *Cod. I* ac *II*; porro his suppressis necesse fuit *Petr.* et *Versus marinos* ante *Bapt.* transferre.

| In epistula Amalarii | In codice Turicensi | In codice Monachensi |
|---|---|---|
| | *Non.* | |
| | | *Petr.* |
| | | *Versus marini* |
| *Car. I* et *II* | *Car. I* et *II* | |

| In epistula Amalarii | In codice Turicensi | In codice Monachensi |
|---|---|---|
| *Bapt.* | *Bapt.* | *Bapt.* |
| *Petr.* | *Petr.* | |
| *Versus marini* | *Versus marini* | |
| *Cod. I* et *II* | *Cod. I* et *II* | |

Attamen comparatione textus *Versuum marinorum* textusque *Bapt.* in codice Turicensi cum iisdem textibus in codice Monachensi manifestum fit hunc codicem non esse ab altero ortum. V. E. Duemmler, MGH, *Poetae latini aevi karolini*, t. I, pp. 426-428 et huius *Introductionis* c. 7.

Non solum ambae epistulae authenticae apparent, sed authenticitatem quoque *Epistulae ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* (*Bapt.*), *Epistulae Caroli ad Amalarium I* ac *II* (*Car. I* ac *II*), *Missae expositionis gemini codicis* (*Cod. I* ac *II*) extra omnem dubitationem ponunt. *Canonis* vero *missae interpretationem* partem huius expositionis existimandam suo loco demonstramus.

Editio utriusque epistulae praebet ipsum textum codicis Turicensis, sed crassioribus mendis expurgatum; propria tamen codicis lectio plerumque in apparatu refertur. Quas emendationes, quod ad *Petr.* pertinet, codex Monachensis confirmat, cum in ceteris rebus vix ullam lectionem a textu codicis Turicensis aberrantem habeat. Diphtongum ae et litteram t (pro c) ad normas nostras generales restituimus.

## CAPITULUM VII

### A) – De « Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium priore » (*Car. I*)
### B) – De « Epistula Amalarii ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo » (*Bapt.*)
### C) – De « Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium altera » (*Car. II*)

Novem codices repperimus qui has epistulas continent: unum qui eas cunctas, unum qui *Car. I* et *Bapt.*, septem qui *Bapt.* tantum complectuntur. Sunt illi:

Turicensis (Tur, H), cuius descriptionem quaere in c. 6.

Monachensis 7 ($Mon_7$, M), item. In hoc autem codice ordo *Epistulae ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* valde perturbatus est; est hic: De symbolo. Simbulum autem... ita credimus, 23-27; De parvulis non loquentibus. Potest fieri ut qui... operit multitudinem peccatorum, 51-58; De caticumino. Scimus enim excellen-

tissime... a peccatis quę gessimus, 4-22; De exorcizatione. Exorcizatur id est... Hucusque Agustini, 28-50. Desideratur vero tota prima pars seu introductionis, 1-3.

Vaticanus R5 (VatR5, R) = Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Reginensis lat. 284, 180×260 mm., 32 + 2 fol., saec. IX. Constat e quattuor quaternionibus numeris I-IV signatis. Prius in monasterio Floriacensi S. Benedicti (ff. 23r; 32v); deinde in bibliotheca Petaviana, cum nota 605; postea in bibliotheca Christinae reginae, cum nota 1397 (f. 1r). Continet ff. 1r-23r Librum Theodulfi Aurelianensis ad Magnum Senonensem ep. de ordine baptismi, PL, 105, pp. 223-240; ff. 23v-32v, *Epistulam ad Carolum de scrutinio et baptismo*. Scriptura est minuscula carolingica e medio saec. IX; alia manu exarata sunt ff. 1r-23r, alia ff. 23v-32v. Folia quaedam rescripta videntur.

Sampaulinus 1 (SPa1, L1) = Sankt-Paul im Lavantthal (Kärnten), Stiftsbibliothek, 25/2/20, 38 fol., saec. X. Antea notatus XXV $\frac{a}{10}$. Olim Samblasianus? Constat e quinque fasciculis, quorum 5 (ff. 31-38) quaternio est ac numero XXX signatur, cum ceteri fasciculi numeris careant. Singulae paginae quaternionis 3 et 4 undetricenos versus constanter habent, quaternionis 5 septenos et vicenos. Continet codex, praeter alia, ff. 28r-30v, Rationem canonum paenitentiae presbyteris dandae, in qua inserta sunt *Libri officialis* l. III, c. 42, *De consueto tempore missae*, et c. 8, *De Gloria in excelsis Deo*; f. 31r vacuo, ff. 31v-38v, *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo*. Scriptura quaternionis 5 est carolingica minuscula saec. X.

Parisiensis N2 (ParN2, P) – Paris, Bibliothèque nationale, Nouv. acq., c. lat. 450, 148×173 mm., 73 f. + 1 f. tituli recentioris (s. XVIII) +2 f. externa, saec. IX/X. Olim Buherianus fuit cum nota E. 154. MDCCXXI; deinde monasterii Sanctae Mariae Claraevallensis, unde in bibliothecam publicam Trecensem et fortasse etiam in bibliothecam Scholae Medicinae Montis Pessulani (1797) migravit; postea collectione G. Libri cum nota 69 comprehensus (1845 circ.), comiti Ashburnhamensi venditus est (1847); denique anno 1888 a Bibliotheca Nationali Parisiensi recuperatus eaque occasione notis $\frac{8070}{45}$ et Acq. 8070 (Libri) signatus. Fol. 73r manu quadam e saeculo IX/X additum est breve carmen quo significatur Heiricum abbatem hunc librum ob requiem animae suae et propter vitae caelestis amorem Salvatori dedicasse; quis autem ille Heiricus sit ignoramus. Constat codex e decem fasciculis, quorum novem priores numeris XXI-

XXVIIII signantur, ultimus numero caret. Fasciculus 9 (ff. 60-69) quinio est; fasc. 10 (ff. 69-73) quinque folia habet. Codex humore corruptus est, textusque 6 priorum foliorum magna e parte periit. Complectitur: f. 1ʳ, conclusionem sermonis vel homiliae cuiusdam de festis paschalibus, cuius extrema verba sunt: « ad illam letitiam... perducere dignetur qui nos... Christus Deus noster, qui », etc.; ff. 1ʳ-6ʳ, tractatum de baptismi ritibus, qui inc. « Baptisma grecum nomen est, quod in latinam linguam »; des. « baptismus, quem dedit ille qui sacramentum dandi, cum discederet, non amiserat »; eundem vero ordinem fere sequitur quem epistula Alcuini ad Oduinum, PL, 101, pp. 611-614; ff. 6ʳ-12ᵛ, commentarium de iisdem ritibus et de symbolo editum ab E. Martène, *De ritibus*, t. I, pp. 62-63; complectitur totam epistulam Alcuini ad Oduinum, sed cum additionibus pluribus; ff. 12ᵛ-15ᵛ, *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* a verbis « Scimus enim omnes homines sub iugo peccati » (4) usque ad finem, sed omisso toto loco: « Dixistis, serenissime auguste... caelestia petere » (55-56); ff. 25ᵛ-73ʳ, homiliam S. Eligii Novioniensis episcopi, PL, 40, pp. 1169-1190; edit. B. Krusch, MGH, *Scriptores rerum merovingicarum*, t. IV, pp. 705-708; 749-761. Scriptura videtur esse unius manus e saeculo IX-X. L. Delisle, *Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois*, pp. 39-40; p. XIII, n. 1.

Sangallensis 5 (SGa5, G) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 446, 185×250 mm., 344 pag., saec. X in. Constat e 23 fasciculis, quorum 12 priores (pp. 1-168) numeris I-XII signantur, 8 sequentes (pp. 169-296) numeris I-VIII, cum 3 ultimi (pp. 297-344) numeris careant. Omnes quaterniones esse videntur, praeter 13, qui binio est (pp. 161-168). Paginae 12 priorum fasciculorum vicenos septenos versus habent, paginae 11 ultimorum pleraeque vicenos quaternos. Quae paginis 160, 161, 163 a versu 7, 164-169 continentur, saeculo XI addita sunt, cum duae fasciculorum series in unum coniunctae sunt. Sermo s. Ioannis Chrysostomi, pp. 162-163, ad vers. 7, paulo antea additus quoque videtur. Prior pars codicis continet ordines complures et paucas quasdam expositiones, inter quas, pp. 18-45, *Eclogas de ordine romano et de quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa*; pp. 85-105, *Expositionem missae « Dominus vobiscum »*, PL, 138, pp. 1163-1173; pp. 145-146, epistulam Alcuini ad Oduinum de baptismo, PL, 101, pp. 611-614; pp. 147-159, *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo*. Praeter alia quaedam minora, altera pars complectitur capitularia Theodulfi Aurelianensis et Haitonis Basileensis, PL, 105, pp. 275-282; pp. 763-768, Walafridi Strabonis Libellum de exordiis et incrementis quarundam in observa-

tionibus ecclesiasticis rerum, PL, 114, pp. 919-966; s. Hieronymi epistulam 106, Ad Sunniam et Fretelam de quibusdam verbis psalmorum, PL, 22, pp. 837-867. Scriptura in utraque parte, praeter paucas paginas, plurium manuum est e saeculo X ineunti. SCHERRER, *Verzeichniss*, pp. 144-146; M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 336-343.

Einsiedlensis 2 ($Ein_2$, E) – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. lat. 110, 200 × 269 mm., 430 pag., XI saec. Sicut codex Sangallensis 5, hic quoque e duabus partibus componitur, quarum prior, pp. 1-162, e decem fasciculis non numeratis, altera, pp. 163-430, e septemdecim fasciculis numeris I-XVII notatis constat. Prior pars, et pro rebus quas continet et pro harum ordine, priori parti codicis Sangallensis plane aequalis est, nisi quod omittit Ordinem librorum catholicorum et Denuntiationem ad electos, quam Sangallensis pp. 106-120 praebet, et ea pleraque quae in eodem hoc codice pp. 160-169 addita esse diximus. Altera vero pars *Librum officialem* praebet a l. III, c. 12 ad finem l. IV. G. MEIER, *Catalogus*, t. I, pp. 90-91; M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 135-137; J. M. HANSSENS, *Le texte*, 1933, pp. 233-234.

Stutgardensis 1 ($Stu_1$, T) – Stuttgart, Landesbibliothek, H. B. VI, 108, s. XI. Antea in bibliotheca monasterii Ss. Martini et Oswaldi Weingartensi cum nota C 1 fol. Continet praeter alia, Ordinem missae et rationum quae in ea continentur e Libro officiorum Isidori; *Epistulam ad Augustum a Deo coronatum Carolum de ceremoniis baptismi*; poenitentiale mutilum; de modo celebrandi missam. K. LÖFFLER, *Die Handschriften des Klosters Weingarten*, p. 69.

Atrebatensis 2 ($Atr_2$, A) – Arras, Bibliothèque municipale, c. 685 (741), 148×235 mm., 142 fol., quorum 4 sunt folia externa membranacea, duobus foliis externis chartaceis aucta; saec. XII. E monasterio S. Vedasti Atrebatensis, ubi notabatur 88 B. Aliae notae antiquae: 94 et B. 94. Continet, ff. 3-128, seriem capitulorum de officiis clericorum seu « Regulam canonicorum » (f. $128^v$); ff. $128^v$-$129^r$, alia capitula de continentia clericorum; f. $129^v$, genealogiam comitum Flandrensium usque ad Balduinum VII (ob. 1119); ff. $130^{r-v}$, *Epistulam Caroli imperatoris ad Amalarium I*; ff. $130^v$-$134^v$, *Epistulam de scrutinio et baptismo* usque ad verba « quę per unum hominem intravit in mundum christiano adiutorio liberetur » (50), sed ultima parte f. $134^v$ vacua; ff. $135^r$-$139^r$, expositionem quandam doctrinae catholicae « Credimus unum deum esse patrem et filium... et communicaturus satisfaciat lacrimis »; ff. $139^v$-$140^r$, epistulam VI et VII ex iis quae falso s. Augustino et Bonifacio comiti adscriptae sunt, PL, 33, p. 1096. *Catalogue général... des départements*, t. IV, pp. 272-273.

Alii duo codices epistulam priorem Caroli imperatoris praebent, eam tamen non ad Amalarium missam, sed, ut est in priore codice, ad Odilbertum Mediolanensem directam, ut in altero, ad nullum determinatum archiepiscopum.

Sampaulinus 2 (SPa2, L2) – Sankt-Paul im Lavantthal (Kärnten), Stiftsbibliothek, 25/2/35, 78×172 mm., 168 fol., saec. X. Antiquior nota: XXV $\frac{a}{5}$. Continet, praeter alia, f. 138, epistulam Caroli Magni imperatoris ad Odilbertum Mediolanensem episcopum de ratione baptismi administrandi ac, ff. $139^r$-$145^v$, Odilberti responsum ad eundem Carolum. F. WIEGAND, *Erzbischof Odilbert*, pp. 19-23.

Vindobonensis 4 (Vin4, V) – Wien, Nationalbibliothek, lat. 398 (iur. can. 45), 150 f., saeculi XII (1154-1159). Prius in bibliotheca monasterii S. Crucis ad Vindobonam, deinde Universitatis fuit, postea Sebastiani Tengnagel, I. U. D. et Caesareae bibliothecae praefecti. Continet Codicem epistolarem Udalrici Bambergensis (o. 1128?); edit. PH. JAFFÉ, *Monumenta Bambergensia*, pp. 1-469; f. 13, formulam epistulae a Carolo Magno archiepiscopis mittendae de modo baptismi administrandi.

Editiones sunt:

*Epistulae Caroli I.* FROBENIUS FORSTER, *Alcuini opera*, t. II p. 520; PH. JAFFÉ, *Monumenta Carolina*, pp. 402-403; PL, 99, p. 892; E. DUEMMLER, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, p. 242.

*Epistulae Amalarii.* H. CANISIUS, *Antiquae lectionis t. VI*, pp. 369-379, e codice olim Weingartensi, hodie Stutgardensi H. B. VI, 108 (Stu1, T), et I. BASNAGE, *Thesaurus*, t. II, p. I, pp. 543-548; A. QUERCETANUS, *Beati Flacci Albini... opera*, pp. 1151-1152, e cod. Petaviano, hodie Vaticano Reginensi lat. 284 (Vat.R5, R); FROBENIUS FORSTER, *Alcuini opera*, t. II, pp. 520-524, ex ed. Canisiana et codice Turicensi Car. C 102 (Tur, H); PL, 99, 893-901; C. LECOINTE, *Annales ecclesiastici*, t. VII, pp. 209 ss.; J. N. HONTHEIM, *Historia Trevirensis*, t. I, pp. 158-163, e Canisiana edit.; M. GERBERT, *Monumenta*, t. II, pp. 264-269, e cod. olim, ut videtur, Samblasiensi, hodie Sampaulino 25/2/20 (SPa1, L1); PH. JAFFÉ, *Monumenta Carolina*, pp. 406-409; E. DUEMMLER, MGH, t. V, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 242-244, sed omissa tota ea parte quae ad scrutinia ac baptismum pertinet!

*Epistulae Caroli II.* FROBENIUS FORSTER, *Alcuini opera*, t. II, pp. 524; PH. JAFFÉ, *Monumenta Carolina*, pp. 409-410; PL, 99, pp. 901-902; DUEMMLER, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, p. 244.

E novem codicibus qui *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* continent, septem in eadem edenda adhibuimus;

codicem namque Stutgardensem tempore opportuno examinare non licuit, Atrebatensem vero neglegi posse visum est. E septem autem illis codicibus Ein$_2$ codici SGa$_5$, ut exspectandum erat, simillimus est. Sex ceterorum codicum distantias ac cognationes has demonstrant numericae lectionum rationes, adhibitis idoneis binarum lectionum locis 125, quos praebuerunt paragraphi epistulae 4-37.

Porro locis 24 Tur lectionem singularem, id est a quinque ceteris codicibus discrepantem, habet; locis 16 Mon$_7$; 19 VatR$_5$; 1 tantum SPa$_1$; 29 ParN$_2$; 19 SGa$_5$.

Locis vero 17 sex codices his rationibus plures contra plures inter binas lectiones dividuntur:

1. Par. 4. *Accepimus.* Tur, Mon$_7$, ParN$_2$, SGa$_5$.
*Accipimus.* VatR$_5$, SPa$_1$.
2. Par. 11. *Videbantur.* Tur, ParN$_2$.
*Dividebantur.* Mon$_7$, VatR$_5$, SPa$_1$, SGa$_5$.
3. Par. 12. *Cur... signum*, in titulo. Tur, Mon$_7$, VatR$_5$, SPa$_1$.
*Cur... signum*, in textu. ParN$_2$, SGa$_5$.
4. Par. 17. *Fuerant.* Tur, Mon$_7$, SGa$_5$.
*Erant.* VatR$_5$, SPa$_1$, ParN$_2$.
5. Par. 19. *Apocalypsi.* Tur, Mon$_7$, VatR$_5$.
*Apocalipsin.* SPa$_1$, ParN$_2$, SGa$_5$.
6. Par. 20. *Iudicii.* Tur, VatR$_5$, ParN$_2$.
*Iudici.* Mon$_7$, SPa$_1$, SGa$_5$.
7. Par. 23. *Simbulum... sic.* Tur, Mon$_7$, VatR$_5$, SPa$_1$.
Omis. ParN$_2$, SGa$_5$.
8. Par. 23. *In salvatorem.* Tur, Mon$_7$.
Praep. *et.* VatR$_5$, SPa$_1$, ParN$_2$, SGa$_5$.
9. Par. 23. *Vir non est.* Tur, Mon$_7$, VatR$_5$, SPa$_1$.
Invert. ParN$_2$, SGa$_5$.
10. Par. 31. *Quando... scrutinium*, in titulo. Tur, Mon$_7$, VatR$_5$, SPa$_1$.
*Quando... scrutinium*, in textu. ParN$_2$, SGa$_5$.
11. Par. 33. *Qui... habet.* Tur, Mon$_7$, VatR$_5$, SPa$_1$.
Omis. ParN$_2$, SGa$_5$.
12. Par. 33. *In obauditu.* Tur, VatR$_5$, ParN$_2$, SGa$_5$.
Praep. *et.* Mon$_7$ SPa$_1$.
13. Par. 34. *Oleas*; *oleus.* Tur, Mon$_7$.
*Eleos.* VatR$_5$, SPa$_1$, ParN$_2$, SGa$_5$.
14. Par. 35. *Designari.* Tur, Mon$_7$.
*Volumus* praep. VatR$_5$, SPa$_1$, ParN$_2$, SGa$_5$.
15. Par. 35. *Sciant.* Tur, Mon$_7$.
*Semper* add. VatR$_5$, SPa$_1$, ParN$_2$, SGa$_5$.
16. Par. 36. *Et interrogamus.* Tur, Mon$_7$, SPa$_1$.
Omis. *et.* VatR$_5$, ParN$_2$, SGa$_5$.

17. Par. 37. *Et dicimus.* Tur, SPa1.
*Et* om. Mon7, VatR5, ParN2, SGa5.

| Loci | Lectiones codicum | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Tur | Mon[7] | VatR[5] | SPa[1] | ParN[2] | SGa[5] |
| 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | 1 | 1 |
| 2 | 1 | 2 | 2 | 2 | 1 | 2 |
| 3 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 4 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 1 |
| 5 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 |
| 6 | 1 | 2 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 7 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 8 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 9 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 10 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 11 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 12 | 1 | 2 | 1 | 2 | 1 | 1 |
| 13 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 14 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 15 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 16 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 | 2 |
| 17 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 2 |

His 17 locis intervalla sunt:


| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Tur | > Mon7 | : 4 | Mon7 | > VatR5 | : 9 | VatR5 | > ParN2 | : 8 |
| Tur | > VatR5 | : 9 | Mon7 | > SPa1 | : 8 | VatR5 | > SGa5 | : 9 |
| Tur | > SPa1 | : 10 | Mon7 | > ParN2 | : 15 | SPa1 | > ParN2 | : 11 |
| Tur | > ParN2 | : 13 | Mon7 | > SGa5 | : 12 | SPa1 | > SGa5 | : 10 |
| Tur | > SGa5 | : 14 | VatR5 | > SPa1 | : 5 | ParN2 | > SGa5 | : 3 |

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Tur | > Mon7.VatR5 | : 2 | Tur | > Mon7.SPa1 | : 3 | Etc. |
| Mon7 | > Tur.VatR5 | : 2 | Mon7 | > Tur. SPa1 | : 1 | |
| VatR5 | > Tur.Mon7 | : 7 | SPa1 | > Tur.Mon7 | : 7 | |

Initio sumpto a prima ex his figuris, adhibitisque superiore tabella atque ceteris intervallorum rationibus, inter singulos codices et hypotheticum quendam archetypum a, haec intervalla definiri possunt, cum signo o lectio cum archetypo congruens, signo x lectio ab eo discrepans significatur.

| a | Tur | Mon$^7$ | VatR$^5$ | SPa$^1$ | ParN$^2$ | SGa$^5$ | Loci lectionum |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| o | x | o | o | o | x | o | 2 |
| o | x | o | o | x | o | o | 17 |
| o | o | x | o | x | o | x | 6 |
| o | o | x | o | x | o | o | 12 |
| o | o | o | x | x | o | o | 1 |
| o | o | o | x | x | x | o | 4 |
| o | o | o | x | x | x | x | 8 |
| o | o | o | x | x | x | x | 13 |
| o | o | o | x | x | x | x | 14 |
| o | o | o | x | x | x | x | 15 |
| o | o | o | x | o | x | x | 16 |
| o | o | o | o | x | x | x | 5 |
| o | o | o | o | o | x | x | 3 |
| o | o | o | o | o | x | x | 7 |
| o | o | o | o | o | x | x | 9 |
| o | o | o | o | o | x | x | 10 |
| o | o | o | o | o | x | x | 11 |
| 0 | 2 | 2 | 7 | 10 | 13 | 12 | |

Quas rationes aliquatenus demonstrat hoc stemma (v. p. 186):



In constituendis igitur textus lectionibus codicem H secuti sumus — neglectis tamen innumeris eius quisquiliis — ubicumque huius lectio alio e melioribus codicibus (M, R, L) confirmatur. In orthographia definienda praecipuum documentum fuit M.

## CAPITULUM VIII

### De « Missae expositionis gemino codice » (*Cod. I*, *Cod. II*)

Gemini missae expositionis codicis unum tantum est exemplum servatum, codex Turicensis (Tur, H), quem supra descripsimus. Expositio continetur ff. 78r-93v.

Duae sunt editiones: M. Gerbert, *Monumenta veteris liturgiae Alemannicae*, t. II, pp. 149-156 (prioris tantum partis textus, qualis hic est in codice, ff. 78r-87r); J. M. Hanssens, *Le traité de la messe du ms. Zurich C 102*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 161-173 (servato ordine capitulorum ac locorum quem habet codex).

Hanc missae expositionem ab Amalario ex parte in itinere Constantinopolitano, ex parte brevi post eius reditum in patriam redactam esse declarat epistula Petri Nonantulani et Amalarii responsum, neque alius quam Petrus esse potest ille « gloriosus sacerdos » et « frater carissimus » quem utraque expositio perpetuo alloquitur.

Geminam autem esse eandem expositionem vix necesse est demonstrare. Duo enim earum initia facile agnoscuntur. Altera inchoatur (f. 78r) vocibus « Capitula sequentis opusculi praenotamus », cum hac inscriptione: *Qualiter occurrat cantorum officium, quod agitur ad missam, sive subdiaconi vel diaconi, quod agitur in pulpito, sacramento incarnationis Christi, angelorum praedicationis, passionisque, nec non et resurrectionis.* Altera initium habet (f. 87r) a capitulo quod inscribitur *De romano ordine et de statione in ecclesia.* Prius opusculum proprium cantorum officium, quo ad missam funguntur, et officium subdiaconi et diaconi, quod in pulpito complent, cum ibi epistolam et evangelium recitant, mystice interpretatur; alterum singulas ordinis romani praescriptiones de missae celebratione, id est quidquid ab ipso episcopo celebranti, quidquid ab omnibus ac singulis ministris agatur, pari ratione ac via inlustrat. Prior expositio in secunda (c. 6,1) nomine alterius scedulae memoratur.

Neutra expositio integra est, sed ambae magnas lacunas habent; altera praeterea fine suo caret. Insuper capitulorum et horum partium quae servatae sunt, valde perturbatus est ordo. Dubium non videtur quin tota illa capitulorum series quae foliis 83r-86v continetur, id est « scedulae alterius » cc. 13-20, ad hanc alteram exposi-

tionem, non autem ad priorem pertineat; liquet enim in iis capitulis non de munere cantorum vel subdiaconi ac diaconi, prout hi lectores sunt epistolae atque evangelii, sermonem fieri, sed de ordinis romani praescriptionibus. Contextus autem qui folia $87^{r}$-$91^{v}$ obtinet, gravius permixtus est. In eo namque distinguendae sunt hae sectiones:

I. F. $87^{r}$, init. - f. $87^{v}$, vers. 9: « velit manere usque ad consummationem... in una fide, spe et caritate ».

II. F. $87^{v}$, vers. 9 - f. $88^{v}$, vers. 10: « postquam dixit: Pro vobis... sumtum statim oramus ».

III. F. $88^{v}$, vers. 10 - f. $89^{v}$, vers. 9: « quod autem dicit: Et in dimidio... dicit ipse in evangelio ».

IV. F. $89^{v}$, vers. 9 - f. $90^{v}$, vers. 5: « erecti, hoc significat... et de devocione apostolorum dicit ».

V. F. $90^{v}$, vers. 5 - f. $91^{v}$, vers. 19: « episcopo sed et subdiaconi... revertuntur ad episcopum et stant ».

VI. F. $91^{v}$, vers. 19 - f. $93^{v}$, fin.: « Scio unde veni et quo vado... ut plures salvi fiant ».

Iam vero, ut eaedem sectiones inter se aptentur, vel saltem recto ordine alia aliam sequantur, necesse est hac ratione disponantur: II, I, V, IV, III, VI. Hoc autem modo sectionem V et IV, IV et III, III et VI aptissime alteram alteri haerere liquet. Inter II quidem et I, et iterum inter I et V lacuna est; sed prior paucissimorum verborum esse videtur, qualia sunt: « ut velit manere Christus in cordibus nostris. Quare ». Alteram quoque lacunam brevem esse ostendit comparatio illius loci cum loco parallelo *Eclogae de ordine romano*, quo demonstratur caput *De introitu episcopi* et caput *De diaconibus et ceteris ministris episcopi*, alterum alterum subsequi debere. Deest igitur finis prioris ex duobus his capitibus et initium secundi; haec porro lacuna ex parte vocibus « At non solum septem diaconi intrant cum » explere potest. Extremam vero partem capitis prioris errore librarii in medium caput 7, *De Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto*, translatum esse opinamur, ubi leguntur haec verba, 3: « Christus corpus unum est et in veteri testamento et in novo. Et in hoc quoque corpore extiterunt viri perfecti, id est septem ante nativitatem, qui eius mortificationem in corpore suo portaverunt, quod est altare osculari ante episcopum dicentem: *Quia repleta est malis anima mea*, et cetera usque ad locum ubi ait: *Clamavi ad te, Domine, tota die*, et reliqua; extiterunt et quinque, propter quinque libros Moysi; extiterunt et tres, propter fidem, et spem et caritatem; et extitit et unus, propter unanimitatem ecclesiae. Qui modo non de-

sunt in novo testamento ». Res tamen magis dubia erat, quam ut haec verba prudenter loco mutarentur.

Quomodo autem illarum sectionum perturbatio orta sit, facile explicatur. Etenim censeri potest totum illum contextum scriptum fuisse in sex foliis inter se solutis: A, B, C, D, E, F; haec autem, cum a librario qui codicem Turicensem exaravit, describerentur, ex errore hoc ordine disposita esse: B, A, F, E, D, C. Sectiones namque II, III, IV, V singulae uno codicis Turicensis folio continentur, sectio VI duobus. Quod sectio I tribus tantum unius folii partibus continetur, eo fortasse explicandum est, quod in ea transcribenda plures illi versus quos diximus e fine capitis *De introitu episcopi* in caput *De Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto* translati sint.

Simili de causa factum esse existimaverimus ut in codice Turicensi folia 83-86, quae folium 93 subsequi debebant, folio 82 subiungerentur.

Nostra editio rectum capitulorum ac locorum ordinem restituit; ordinem vero codicis lector sine negotio reperiet adhibitis numeris foliorum quos in margine textui adscripsimus, nisi maluerit priorem editionem nostram adire, quam supra indicavimus. Loci signis ⌜ ⌝ inclusi ii sunt quos *Geminus codex* communes habet cum *Eclogis*. Incultam codicis graphiam correximus, quisquilias negleximus.

## CAPITULUM IX

### De « Canonis missae interpretatione » (*Can.*)

Unus tantum codex hunc commentarium exhibet:

Codex Turicensis (Tur, H), cuius descriptionem v. in c. 6.

Editio quoque una est: M. Gerbert, *Monumenta veteris liturgiae alemannicae*, t. II, pp. 269-276.

Commentarius in codice initio suo caret; hoc continebatur fasciculo L, qui medius erat inter fasciculum hodiernum 9 et 10, nunc autem deperditus est. Est nova quaedam canonis romani interpretatio et simul censura, aliquantum fastidiosa ac futilis, alterius cuiusdam similisque expositionis, quae verbis « Dominus vobiscum » inchoatur et ex. saec. viii vel in. ix conscripta est. Huius initium praebet etiam codex Turicensis, f. 59v; reliquam vero partem continebat idem fasciculus L, ita ut expositio *Dominus vobiscum* huiusque censura altera alteram subsequeretur.

Rationes *Canonis interpretationem* Amalario adscribendi hae sunt: 1. Bene congruit haec mystica ipsius canonis interpretatio cum mysticis explicationibus *Gemini codicis* de missa; – 2. ut idem

*Codex*, sic etiam haec interpretatio determinatum quendam virum alloquitur eumque fratrem appellat (6, 33, 60); – 3. modus explicandi qua ratione sex spirituum caelestium choris quos nominat praefatio communis: angelorum, dominationum, potestatum, caelorum, caelorum virtutum, seraphim, tres reliqui contineantur: archangelorum, principatuum, cherubim (5-23), in multis rebus congruit cum explicatione eiusdem rei in *Libri officialis* l. III, c. 21, 8; – 4. singularis opinio verbis « divina institutione formati » (76) significari celebrationem eucharistiae a Christo actam, qua nos docuerit quomodo ipsi illam agere debeamus, exponitur etiam, quamvis brevius, in *Off.*, l. III, c. 29, 6; – 5. sicut scriptor *Libri officialis*, *Epistulae de scrutinio et baptismo*, *Gemini codicis*, etc., auctor quoque huius interpretationis amat propria cogitata ac sententias proponere, alienisque obicere, caute tamen ac modeste, seu salvo meliore magistrorum, ut ait, aliorumque peritiorum iudicio (3, 6, 32, 41, 49, etc.); – 6. idem est huius scriptoris mos quem produnt pleraque scripta Amalariana, promiscue numerum singularem et pluralem adhibendi, ubi de se ipse scribit: « ego, nos »; – 7. etiam in hoc opusculo occurrunt eae rationes scribendi quae Amalario familiares sunt, v. g., « ac si aperte dicat » (8, 16, 39, 52, 80); « non abhorret a vero » (21, 76); « neque absurdum est tangere quid rationis habeat » (12); « quod nos congruentius possumus dicere » (31); « quod similiter dicimus » (36), etc.; – 8. quamvis, ut diximus, molestior sit ac saepe etiam vana antiquioris expositionis censura quam agit haec nostra expositio, semper tamen blanda apparet ac benigna, talis scilicet quae miti et pacato Amalarii animo conveniebat; – 9. ad Amalarium huius interpretationis parentem demonstrandum sufficit, ut nobis videtur, vel una haec sententia (61-62): « Verum in hac scriptione neque diximus, neque dicere propositum habemus aliquid, quod non cupiamus ab eruditis corrigi, ubi oportet, et ubi non oportet, fraterna dilectione precamur ne propter invidiam scintilla alicuius humilis cordis extinguatur. Potens enim [est] Deus per quemcumque vult servorum suorum ministrare magna sive parva. Qua de re ponamus super his quae dicta sunt, ab eo loco ubi dicit: Per quem haec omnia, Domine, bona, usque ad locum Per omnia saecula saeculorum, a nobis intellecta; quae si alicui placuerint, agat una mecum Deo gratias, et si displicuerint, corrigat ea quae corrigenda sunt, et sanctae fidei catholicae concordanda non velit extinguere, quoniam quidem saepe contingit ut ea quae doctiores parvi pendunt, inferiores pro magno munere sumant »; quae comparari possunt, v. g., cum iis quae Amalarius petit in sua epistula ad Petrum Nonantulanum; – 10. codex Parisiensis 21 (Bigotianus 268), qui in commentarium *Do-*

*minus vobiscum* (pp. 139-140), inter par. 13 et 14, locum quendam e *Canonis missae interpretatione* excerptum inserit, idem illum commentarium titulo *Super canonum misse secundum Alarium* (p. 137) inscribit; unde probabiliter deduxerit quis *Canonis missae interpretationem* in codice e quo sumptus est ille locus, nomine Amalarii inscriptam fuisse. Etiam recentioribus temporibus duorum commentariorum, *Expositionis* « *Dominus vobiscum* » et *Canonis missae interpretationis*, admissa est confusio, ut apud SCHERRER, *Verzeichniss*, pp. 144-146.

Attributioni quam proponimus, adversari videtur quod in codice Turicensi *Canonis missae interpretatio* non cum ceteris Amalarii scriptis post huius epistulam ad Petrum Nonantulanum posita est, sed ante eam. Attamen haec dispositio etiam in nostra hypothesi explicatur. Censeri videlicet potest librarium qui codicem Turicensem exaravit, *Expositioni missae* « *Dominus vobiscum* », iamiam a se descriptae, huius censuram subiungere voluisse, quam inter Amalarii opuscula suo loco collocatam, at in propriis iisque solutis scidis scriptam, reppererat. Nihil igitur nos impedit quominus existimemus canonis interpretationem una cum altera missae expositione ab Amalario indicari ubi ad Petrum Nonantulanum scribit, 10: « Vos precor ut non pigeat dilectionem vestram perlegere ea quae modo addimus, et ille non legit, ut, sicut et ea quae ipse legit, sic et haec quae vobis leguntur, ex vestra sancta auctoritate corrigantur quae corrigenda sunt, et firmentur quae firmanda sunt ».

Editione nostra ipsum codicis textum praebemus, nisi quod horridam huius graphiam aliquantum emendavimus. Ut autem lectori facilior evaderet eiusdem opusculi intellegentia, huic adiunximus textum expositionis antiquioris, quam corrigere vult, et eum quidem ita dispositum, ut, quantum fieri potuit, singulae partes alterius opusculi singulis alterius partibus respondeant.

*Expositionem missae* « *Dominus vobiscum* » continent praeter alios hi codices:

Abrincensis 2 (Abr2) – Avranches, Bibliothèque et archives de la Ville, c. 86, saec. XI, ff. $125^{v}$-$131^{r}$. – *Catalogue général... des départements*, t. IV, pp. 467-468; *Catalogue général... de France. Départements*, t. X, pp. 39-40.

Augustodunensis (Aug) – Autun, Bibliothèque du Séminaire, G. III, saec. IX, ex abbatia Augustodunensi Sancti Martini. Continet etiam expositionem missae gallicanae s. Germano Parisiensi (o. 576) adscriptam; edit. E. MARTÈNE et U. DURAND, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. V, pp. 85-100. F. 123 ss. exhibetur Expositio « Dominus vobiscum ». *Catalogue général... des départements*, t. I, pp. 39-40.

Aurelianensis 1 (Aur1, O) – Orléans, Bibliothèque d'Orléans, c. 116 (94), saec. IX/X, 190×138 mm., 105 fol. Expositionem bis continet: ff. 11r-20v et 88r-105v. Alter autem textus mutilus est, terminaturque verbis « ex substantia Patris ante omnia tempora » e par. 59. – *Catalogue général... de France. Départements*, t. XII, pp. 45-48; L. DELISLE, *Notice sur plusieurs manuscrits de la bibliothèque d'Orléans* (*Notices et extraits*, 31, 1ère partie), Parisiis, 1884, pp. 366-369; J. M. HANSSENS, *Deux documents carolingiens sur le baptême*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 72-78; 81-82.

Einsiedlensis 2 (Ein2, E) – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. 110, saec. XI; pp. 93-114. V. huius *Introductionis* c. 7.

Escorialensis 2 (Esc2) – Escorial, Bibliotheca del Escorial, L. III. 8, saec. X (a. 954), ff. 14r-25r. G. ANTOLÍN, *Catálogo de los códices latinos*, t. III, pp. 28-34.

Florentinus 2 (Flo2, F) – Firenze, Reg. Biblioteca Medicea Laurenziana, cod. Libri 29, saec. IX, 72 fol. Textus autem expositionis, ff. 1r-5v, initio carens, inchoatur verbis « Pater noster qui es in caelis. Unigenitus patri coaeternus », ex eadem par. 59, praeter priores versus. E bibliotheca comitis Ashburnhamensis, cod. libri 82. – *I codici Ashburnhamiani della R. Biblioteca Mediceo-Laurenziana di Firenze* (Ministero della Pubblica Istruzione. Indici e cataloghi, VIII, Romae, 1887, pp. 42-44. Cfr. L. DELISLE, *Notice sur des manuscrits du fonds Libri conservés à la Laurentienne à Florence* (*Notices et extraits*, 32, 1ère partie), 1886, pp. 39-40; *Notice sur plusieurs manuscrits de la bibliothèque d'Orléans* (*Notices et extraits*, 31, 1ère partie), 1884, pp. 366-368. Pars *Expositionis* quam continet hic codex ea ipsa est quae in fine alterius exempli in codice Aurelianensi 1, post f. 105v, desideratur. Namque verba « Pater noster qui es in caelis. Uni », instar primi cuiusdam versus atque initii textus, in margine superiore adscripta esse constat, manu, ut opinamur, vel iussu G. Libri.

Leningradensis (Len) – Leningrad, Государственная Публичная Библiотека им. Салтикова Щедрина, c. lat. Q. v. I. 34, saec. IX/X; ff. 33v s. E musaeo Petri Dubrovski. Constat e foliis 2-46, 102-146 antiqui Sangermanensis 686, qui prius erat Corbeiensis 230. A. STAERK, *Les manuscrits latins du Ve au XIIIe siècle conservés à la Bibliothèque impériale de Saint-Pétersbourg*, n. LVI, t. I, 1910, pp. 173-192. Cfr. L. DELISLE, *Le cabinet des manuscrits*, t. II, p. 43.

Martisburgensis (Mart) – Merseburg, Bibliothek des Domstiftes, c. 58, saec. IX.X, in quo codice commentarius Rabano Mauro adscribitur. – *Handschriftenverzeichnisse*, IV (WAITZ), 15, in *Archiv der Gesellschaft für deutsche Geschichtskunde*, 8 (1843), p. 665; K. MÜL-

LENHOF et W. SCHERER, *Denkmäler der deutschen Poesie und Prosa aus dem 8.-12. Jahrhundert*, 3 ed., E. STEINMEYER, t. II, p. 321.

Parisiensis 10 (Par10) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 1008, saec. XII. Ex abbatia S. Dionysii apud Parisios; notae antiquae: XXVI.VIII^c^XXV. Colbertinus 6122. Ff. 15^r^ ss. *Expositio in missam. Primum omnium quando coepit.* Cfr. DACL, t. V, p. 1020; sed videtur error. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. I, pp. 359-360.

Parisiensis 11 (Par11) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 1012, saec. IX ex. Sancti Martialis Lemovicensis LXXIII. Ff. 36^v^-55^v^. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. I, p. 362.

Parisiensis 12 (Par12) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 1248, saec. XI. Sancti Martialis Lemovicensis LXXIIII; cuius codicis descriptionem v. in c. 15 huius *Introductionis*. Ff. 5^r^-23^v^. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. I, p. 462.

Parisiensis 17 (Par17, P1) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2796, saec. IX (a. 813). Bigotianus 383. Ff. 58^r^-65^v^. – L. DELISLE, *Le cabinet des manuscrits*, t. III, Planche XXII, 3; pp. 243-244; DACL, t. XIII, pp. 2098-2099.

Parisiensis 20 (Par20, P2) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 4281, saec. IX. Sancti Martialis Lemovicensis CXCVI. Ff. 116^v^ ss.

Parisiensis 21 (Par21) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 3832, saec. XIII. Olim Bigotianus 268. Pp. 137-150, usque ad ipsa verba: « petimus ut misereatur nostri dicentium: Miserere nobis » (par. 73).

Parisiensis 16 (Par16) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 15612, saec. XIII.XIV. E bibliotheca Sorbonae, in qua notabatur 1480. Ff. 11^v^-20^r^.

Parisiensis 18 (Par18) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 9490 (Voisin), ff. 10^r^ ss. (e cod. Sangallensi 1, ut videtur).

Parisiensis 19 (Par19) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 9494 (Voisin), ff. 98 ss. (e cod. Sangallensi 5).

Romanus C (RomC) – Roma, Biblioteca Casanatense, c. lat. 1405. V. *Le texte*, pp. 313-315; huius *Introductionis* c. 15. Ff. 9^r-v^, expositionis postrema pars, a vocibus « dicitur, eoque pedibus teritur » (par. 61).

Romanus V1 (RomV1) – Roma, Biblioteca Vallicelliana, B. 66, saec. XII, e duabus partibus compositus (ff. 1-88; 89-152), in quarum priore forma litterarum est beneventana. Ff. 59^r^-75^v^, hac inscriptione: « Incipit ordo misse. Vel (!) rationibus quibus oblata deo sacrificium consecratur exposita a sancto hieronimo presbitero ».

Romanus VE2 (RomVE2) – Roma, Biblioteca nazionale Vittorio-

Emanuele, c. lat. 2096 (Sessor. 52), s. XI ex. (ff. 104-177; 191-205) et XII (ff. 1-103; 178-190), ff. 166r-173r. – M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 387-394.

Sangallensis 1 (SGa1, G1) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 40, saec. VIII et IX, pp. 305-322. – A. SCHERRER, *Verzeichniss der Handschriften*, p. 18.

Sangallensis 5 (SGa5, G2) – Sankt Gallen, Stifstbibliothek, c. lat. 446, saec. X in., pp. 85-105. – A. SCHERRER, *Verzeichniss der Handschriften*, pp. 144-146; cfr. huius *Introductionis* c. 15.

Turicensis (Tur, H) – Zürich, Zentralbibliothek, Car. C 102, saec. IX/X, qui expositionis initium tantum praebet (quinque versus), f. 59v. V. huius *Introductionis* c. 6.

Vaticanus 1 (Vat1) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1146, saec. XI, ff. 20v-25r. De hoc codice, de Vat2, Vat3, Vin1, v. M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 294-300.

Vaticanus 2 (Vat2) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1147, saec. XI, ff. 22v-27v.

Vaticanus 3 (Vat3) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1148, saec. XI, ff. 21v-26v.

Vaticanus 5 (Vat5) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 7818, saec. XII, ff. 143r-156v (usque ad verba « remissionem peccatorum nusquam legimus », par. 72).

Vaticanus P1 (VatP1, V) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Palatinus lat. 485, saec. X, e monasterio Laurissensi S. Nazarii; ff. 27v-36v. – H. STEVENSON et I. B. DE ROSSI, *Codices Palatini latini Bibliothecae Vaticanae*, t. I, 1886, pp. 155-158.

Vindobonensis 1 (Vin1) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 914, saec. XI, ff. 14v-21r.


*Expositio* eadem a Rabano Mauro inclusa est in *Librum de sacris ordinibus*, quem post annum 847 composuit, tamquam huius c. 19, PL, 112, pp. 1179C-1192A, mutatis tamen in illa locis compluribus. In codice Parisiensi 12, f. 5r, inscripta est *Expositio missae a quodam doctore*; in Parisiensi 21, p. 137, *Super canonum misse secundum Alarium*; in Romano V1, f. 166r, *Expositio super missam canonicam*; etc.

Plures sunt opusculi editiones: C. GUILLARD, *Exegesis in missae canonem*, e codice quodam (nunc amisso; cfr. H. NARDUCCI, *Catalogus*) Bibliothecae Alexandrinae in Romana Universitate Sapientiae, Parisiis, 1548; I. PREVOT, *Ioannis Abrincensis episcopi, deinde Rotomagensis archiepiscopi, Liber de officiis ecclesiasticis*, Rotomagi, 1679, pp. 361-385; iterata in PL, 147, pp. 20AB; 191-200; e codice Bigotiano 268 (Par 21); D. GIORGI, *De liturgia Romani pontificis*, e codice Vaticano 1 et Vaticano P1, t. III, 1744, pp. 394-412; M. GER-

BERT, *Monumenta veteris liturgiae Alemannicae*, e codice Einsiedlensi 2, t. II, 1779, pp. 276-282; iterata in PL, 138, pp. 1163-1173; F. AREVALO, *Sancti Isidori Hispalensis episcopi opera omnia*, e codice Escorialensi 2, ut videtur, t. VII, 1797, pp. 221-231; iterata in PL, 83, pp. 1145-1154; cfr. editoris *Isidoriana*, c. 84, 1-18, t. II, pp. 44-51, PL, 81, pp. 608C-614D; CH. CUISSARD, *Théodulphe, évêque d'Orléans, sa vie et ses œuvres*, e codice Aurelianensi 1, 1892, pp. 332-343.

De *Expositione missae « Dominus vobiscum »* et de *Canonis missae interpretatione*, v. praesertim A. WILMART, *Expositio missae*, in DACL, t. V, pp. 1019-1020; A. FRANZ, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, pp. 344-348.

In paranda editione *Expositionis « Dominus vobiscum »* adhibuimus codices Aur1 ac Flo2, Par17, SGa1, SGa5, VatP1 et, secundario modo, codicem Par20 ac textum Rabani Mauri. Codicum praecipuae rationes (sunt enim hae implicatiores atque incertiores) hoc stemmate fere demonstrantur:




## CAPITULUM X

### De « Epistula ad Hilduinum abbatem de diebus ordinationis et quattuor temporum » (*Ord.*)

Unus est codex, Einsiedlensis 3 (Ein3, E) – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. 168 (Fol. num. 25), 270×187 mm., 183 pag. (sed omissa nota 102), saec. x; pp. 134-160. – G. MEIER, *Catalogus*, t. I, 1899, p. 134.

Una quoque est editio, G. Meier, *Amalarii Fortunati episcopi Trevirensis Epistula de tempore consecrationis et ieiunii*, in *Neues Archiv*, 8 (1888), pp. 305-323; iterata ab E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 247-257.

De authenticitate huius epistulae nulla videtur causa dubitandi. Facta enim quae paragraphis 5 ss. narrantur, certe ad legationem Constantinopolitanam referenda sunt, qua Amalarius, tunc Treverensis archiepiscopus, cum Petro Nonantulano abbate anno 813-814 functus est. Mens quoque atque animus, quem eadem epistula manifestat, amor quaestionum liturgicarum, ratio scribendi Amalarii propria est. Adde quod *Epistula ad Hilduinum* complures locos cum *Libro officiali* communes habet. V. huius *Introductionis* c. 1.

Scripta autem est eo tempore quo Hilduinus Sancti Dionysii, Sancti Medardi (Suessione), Sancti Germani Pratensis abbas, etiam Ludovici I imperatoris archicappellanus erat, id est annis 822-830; quod declarat ipsa epistulae inscriptio summaque reverentia qua Amalarius, etsi episcopus, Hilduinum alloquitur. In palatio quodam imperiali exarata est (par. 8), quod Aquisgranense fuisse ducimus (*Introductionis* c. 3), fortasse ad annum 824, quo Hilduinus Lotharium I Romam comitatus est. Potuit nimirum occasione illius itineris Hilduinus aliquantum temporis in Raetia commorari, ibique epistulam Amalarii accipere; sic explicatur cur haec uno codice Einsiedlensi servata sit. De Hilduini a palatio Aquisgranensi absentiis v. Frotharii epistulam ad Gerungum sacri palatii ostiarium, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, p. 292; B. Simson, *Jahrbücher des Fränkischen Reichs*, t. I, p. 216, n. 2.

Cum epistula ad Hilduinum conferri potest opusculum *De ieiuniis quattuor temporum* quod inc. « Ieiunia quattuor temporum a Kalixto papa instituta sunt »; des. « apostoli de nece sui domini », in codice Treverensi 3, Seminarbibliothek, c. 136, XII. XIII. XIV saec., ff. $109^v$-$110^r$. Vide *Trierisches Archiv*. Ergänzungsheft XIII. *Handschriftenverzeichnis der Seminarbibliotek zu Trier*, bearbeitet von J. Marx, 1912, p. 100.

Editio nostra accuratissimam editionem G. Meier sequitur, eam tamen a R. P. Pio Niederberger OSB, Einsiedlensis tunc bibliothecae praefecto, iis locis de quibus dubium quoddam nobis exstiterat, diligenter collatam. Quod officium humanissime praestitum docto benignoque viro in acceptum grato animo referimus.

## CAPITULUM XI

### De « Prologo antiphonarii » (*Prol.*)

Hic prologus qui incipit verbis « Cum longo tempore », desinit vero « sollemnitates nostrae celebrantur », huc usque in nullo codice reperiri potuit, sed sicut *Liber de ordine antiphonarii* ex una Hittorpiana editione notus est. In hac autem in principio eiusdem *Libri* collocatus est, ita ut eius prologus esse videatur. M. Hittorp, *De divinis catholicae ecclesiae officiis ac ministeriis*, Coloniae, 1568, pp. 263-264.

Eum ipsius antiphonarii ab Amalario concinnati, non *Libri de ordine antiphonarii* prologum esse his argumentis demonstratur: 1. Ipse eius titulus hoc significare videtur: *Prologus de ordine antiphonarii*; – 2. tota eius ratio est in explicanda compositione ipsius antiphonarii; – 3. complura verba manifeste idem spectant; v. g., 6, « ubi talem ordinem reperi deficere, addidimus illum ex utrisque voluminibus, ut se demonstrabunt feriae » etc.; 9, « idcirco precor cantores, ut non prius despiciant nostra, quam discutiant ea... Et si invenerint minus congruere ea... dent indulgentiam meae imperitiae...; sin autem, non despiciant edere nostra olera »; 10, « In versibus, quos pene mutatos reperiet, si forte quis dignum duxerit praesens volumen frequentare, laboravit... sacerdos Dei Elisagarus », etc.; – 4. ipse Amalarius, cum in *Libro de ordine antiphonarii*, c. 28, 6, prologum hunc memorat, non eum vocat illius operis prologum sed antiphonarii; – 5. mos erat eorum qui librum liturgicum aliquem a se ordinatum edebant, huic prologum addere, in quo exponebant quamnam rationem in illa ordinatione tenuissent. Ita egerunt, praeter alios, ps. Hieronymus, PL, 30, pp. 501C-504B, Carolus Magnus imperator, PL, 95, pp. 1159-1160, Alcuinus, edit. L. A. Muratori, *Liturgia romana vetus*, Venetiis, 1748, t. II, pp. 271-272, nota s, Anonymus quidam (Helisachar?), edit. I. M. Thomasio, *Opera omnia*, cura A. F. Vezzosi, t. V, p. 314 et *Revue Bénédictine*, 29 (1912), pp. 342-343, Agobardus Lugdunensis, PL, 104, 325B-340A, ipse Amalarius, *Ant.*, c. 16, 10.

*Prologum antiphonarii* in editione Hittorpiana ad eas usque quas diximus voces pertinere, reliqua vero, a titulo *De his quae meo interrogatui*, etc., usque ad verba « coniungitur caelestibus et spiritalibus », ad *Librum de ordine antiphonarii* esse referenda clare significant voces « nunc dicturus Deo miserante de ordine antiphonarii, cupio summatim aliquid scribere » etc. Porro alterum hunc prolo-

gum Amalarius memorat, ubi, c. 52, 2, scribit: « De eodem versu scriptum habemus in *Libello officiali* et in prologo istius »; c. 57, 2: « De ordine huius officii, id est nocturnalis, in festivitate pentecostes, quomodo apud Romanos celebretur, scriptum habeo in prologo huiusce opusculi » (par. 3); et iterum c. 58, 1: « De responsoriis psalmorum scripsi in prologo huius somatis » (par. 11-12).

*Prologum* autem *antiphonarii* eodem exaratum esse tempore, quo ipse antiphonarius compositus est, probabiliter aestimari potest, id est annis 831-834; etenim in ipso *Prologo*, 3, memoratur Amalarii missio ad Gregorium IV, anno 831, eiusque commemoratio in monasterio Corbeiensi. Antiphonarius vero ipse certe compositus erat, cum anno 835 Amalarius ecclesiae Lugdunensi praefectus est.

Priores *Prologi antiphonarii* editiones percensentur in c. 14. In nostra autem editione paranda eandem secuti sumus rationem ac viam, quam nobis in edendo *Libro de ordine antiphonarii* definivimus. V. idem caput.

## CAPITULUM XII

### De « Emboli meorum opusculorum » (*Emb.*)

Narrat Florus diaconus (*Op. I*, PL, 119, p. 73D) Amalarium iis annis quibus ecclesiae Lugdunensi praepositus fuit, novum quendam librum conscripsisse, quem *Embolim meorum opusculorum* nuncupabat, et rectissime quidem, adiungit idem Florus, quoniam erat ille liber « multiplicium errorum eius, velut cameli gibbus, procrescens ac redundans argumentum ». Hoc porro volumen, ornate indutum vittisque sericeis distinctum, Amalarius secum tulit Carisiacum, ut illud principi vel magistro consilii offerret, at pro exspectatis laudibus apud illud concilium doctrinae suae condemnationem recentisque sui operis exitium nactus est. Quale fuerit proprium argumentum illius *Embolis*, quae satis ampla erat, ut totum volumen impleret, et tam secundaria, ut non esset nisi complementum vel supplementum aliquod ceteris Amalarii operibus additum — haec est enim vis vocis embolis — vix definiri potest. Veri tamen simile est illo libro Amalarium suae doctrinae capita denuo explicavisse, ea ratione ac forma qua illa presbyteris Lugdunensibus exposuerat. Hanc autem expositionem ex parte nobis tradiderunt opera quaedam ab adversariis Amalarii exarata: *Invectio canonica Martini papae in Amalarium officiographum*, I[um] et II[um] e tribus Flori *Opusculis adversus Amalarium*. Neque sine causa existimaverit quis auctorem *Invectionis canonicae*, quem, ut diximus, c. 4, eundem Florum dia-

conum Lugdunensem fuisse censemus, in conscribendo suo libello ipsam *Embolim* ante oculos habuisse, quoniam plura dicta quae ab illo Amalario adscribuntur, in huius *Libro officiali* non leguntur, et nihilo minus e documento quodam scripto sumpta videntur. E contrario, sicut Agobardi *Liber contra libros quattuor Amalarii abbatis*, PL, 104, pp. 339A-350B, etiam *Libellus anonymus* codicis Metensis 3 adversus eundem Amalarium aliud non continet, nisi sententias aliquot e *Libro officiali* excerptas; ex huiusque l. I, c. 38, 11, sumptum est etiam pronuntiatum « Quando nullus hominum colebat Deum, nisi solus Abraham ».

Pro ipsa *Emboli* igitur, quam non iam habemus, Amalarii effata, qualia in scriptis quae diximus perhibentur, contextu suo contenta vel ex eo excerpta, edimus.

*Invectio canonica* servatur in codice Sangallensi 7, Stiftsbibliothek, cod. lat. 681, saec. XI, pp. 7-54. Eam, praeter ineptissimam suam praefatiunculam atque inscriptionem, a Floro Lugdunensi conscriptam esse probabilissime demonstravit R. MÖNCHEMEIER, *Amalar von Metz*, pp. 37-41; eius textum, sed mendosius, idem praebet, pp. 235-254.

De codicibus atque editionibus *Opusculorum* plura scripsimus in articulo *De Flori Lugdunensis « Opusculis contra Amalarium »*, in *Ephemerides liturgicae*, 40 (1933), in quo etiam ostendimus *Opusculum III* ex ordine temporum primum esse atque ad concilium Theodonis villae anno 835 habitum referri debere, *I* vero et *II* ad concilium Carisiacense anni 838. Ex hoc igitur chronologico ordine, non ex ordine opusculorum numerationis, dicta Amalarii disponimus. Codex unus est, Parisiensis 22, Paris, Bibl. Nat., lat. 13371, olim Harlaeanus, saec. X, qui *Op. I*, ff. 22r-33v, *Op. II*, ff. 33v-57r, *Op. III*, ff. 57r-59v continet. Alter codex quidam, seu Pelterianus, saec. X quoque, olim a I. Mabillon descriptus, nunc periit vel latet.

Primam trium opusculorum editionem, adhibito Ioannis Mabillon apographo, paraverunt MARTÈNE et DURAND, *Veterum scriptorum et monumentorum collectio*, t. IX, Parisiis, 1733, pp. 641-649, 649-666, 666-668, eamque sine ulla mutatione renovavit PL, 119, pp. 71-80, 80-94, 94-96. Editionem duorum benedictinorum secutus est etiam D. MANSI, *Ad concilia Veneto-Labbeana Supplementum*, t. I, 1748, pp. 867 ss., 875 ss., et *Collectio conciliorum*, t. XIV, 1769, pp. 663-670, 741-754, quamquam opuscula disiuncte posuit, primum et tertium ad concilium in Theodonis villa anno 835 congregatum, alterum vero ad concilium Carisiacense anni 838 referens; praeterea ordinem opusculi primi et tertii invertit, cum illum secundo, hoc priore loco posuit. Rursus exemplum MANSI fidelissime

imitati sunt I. F. SCHANNAT et I. HARTZHEIM, *Concilia Germaniae*, t. II, 1760, pp. 66-72, in edendo primo et tertio opusculo.

Novissimam vero editionem, adhibito codice Parisiensi et collata antiqua editione benedictina, curaverunt E. DUEMMLER et A. WERMINGHOFF, ille primi opusculi in MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 267-273; hic alterius et tertii in eadem collectione, *Concilia aevi karolini*, t. I, pp. 778-782 ac $770^{38}$-778; 769-$770^{37}$.

Etenim cum priores editores textum opusculorum talem qualis duobus codicibus proponebatur, fideliter servavissent, A. WERMINGHOFF, demonstratione R. MÖNCHEMEIER, *Amalar von Metz*, pp. 43-49, confisus, secundi et tertii opusculi non solum ordinem invertit, sed compositionem quoque prorsus mutandam esse duxit. Praeterea, eodem R. Mönchemeier auctore, contra opinionem omnium antiquorum historicorum et editorum, qui ad tria vel saltem ad duo distincta concilia Flori opuscula pertinere existimaverunt, ipse ea omnia uni concilio Carisiacensi, ad finem anni 838 habito, addixit.

Nos autem ostendimus utrumque virum, certo in priore et, ut videtur, etiam in altera suae sententiae parte, errorem admisisse; veram enim secundi et tertii opusculi compositionem codice Parisiensi, quocum constabat codex Pelterianus, exhiberi; neque uni concilio Carisiacensi adscribenda esse tria opuscula, sed tertium ex iis concilium anno 835 ad Theodonis villam collectum spectare.

Scriptum autem anonymum *codicis Metensis* 3, Metz, Bibliothèque municipale, c. lat. 1212, antea in bibliotheca L. Numa de Salis, cum nota 65, e saec. XII, ff. $435^{v}$-$437^{r}$, publici iuris fecimus in articulo *Un document « antiamalarien »*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 237-244; ipsum codicem descripsit G. MORIN, *Un écrivain inconnu du XI^e^ siècle: Walter, moine de Honnecourt, puis de Vézelay*, in *Revue Bénédictine*, 22 (1905), pp. 165-167; *Etudes, textes, découvertes, contributions*, pp. 466-468. Vide etiam L[ÉOPOLD] D[ELISLE], *Les manuscrits du baron de Salis*, in *Bibliothèque de l'Ecole des chartes*, 55 (1894), pp. 560-562.

*Invectionem canonicam* totam praebet editio nostra, quia, ut diximus, editio R. Mönchemeier pluribus mendis vitiatur; ex *Opusculo I* vero et *Opusculo II* sola effata amalariana exhibet.

# CAPITULUM XIII

## De « Libro officiali » (*Off.*)

### Articulus I

### « *Libri officialis* » *codices*

Codicum seriem praebemus ex ordine editionum ac retractationum quibus, primum ab ipso Amalario, postea ab aliis compluribus, subiectus est textus *Libri officialis*, ut in proximis articulis demonstrabimus. Descriptionem vero uniuscuiusque paene codicis lector reperiet in commentario nostro *Le texte du « Liber officialis » d'Amalaire*, in *Ephemerides liturgicae*, 47-49 (1933-1935) vel in proprio fasciculo, Romae, 1935. Primo autem loco codices recognitionis seu editionis Amalarianae III ponimus, utpote quam praecipue exhibeat editio nostra.

### Codices editionis III

Atrebatensis 1 ($Atr_1$, A) – Arras, Bibliothèque municipale, c. 627 (669). V. *Le texte*, 1933, pp. 228-229; Ph. Grierson, *La bibliothèque de St-Vaast d'Arras au XII$^e$ siècle*, in *Revue Bénédictine*, 52 (1940), p. 130. E duobus autem codicibus qui ibi indicantur, « 118. Amalarius de officiis » et « 119. Amalarius archiepiscopus », priorem esse nostrum Atrebatensem 1 existimat auctor. Nota 669 signatur codex apud Z. F. C. Caron, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque d'Arras*, Arras, 1860.

Divionensis (Div, D) – Dijon, Bibliothèque municipale, c. 107. V. *Le texte*, 1933, p. 233.

Parisiensis 3 ($Par_3$, $P_3$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2400. V. *Le texte*, 1933, pp. 239-240. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. II, pp. 444-445.

Parisiensis 8 ($Par_8$, $P_8$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 12033. V. *Le texte*, 1933, p. 243. Verum emendanda sunt quae in fine illius descriptionis affirmantur. Nam in codice Parisiensi, Bibliothèque nationale, c. lat. 11580 seu $Par_7$, de quo infra, epistulas I-VI non sequuntur scripta A et D, sed B et C, cum A et D reperiantur in fine libelli IV. Praeterea codex ad quem correctus est $Par_8$, non est $Par_7$, sed tertius quidam codex, nunc deperditus vel latens. De qua re vide *Le texte*, 1934, pp. 224-227, ubi quoque (in fine p. 226) aliquam duorum codicum confusionem admisimus. Collocationem

veram quattuor scriptorum quae in utroque exemplari, Par8 et Par7, secunda manu in illo, prima in hoc, textui *Libri officialis* accesserunt, ostendit haec tabella:

| Par8 | Par7 |
|---|---|
| LIBELLUS III | LIBELLUS III |
| Epistulae I-VI | Epistulae I-VI |
| | F. 59$^{r}$. B) De sententia parasceves. |
| | C) De observatione quadragesimae. |
| | Explicit liber tercius. |
| F. 123$^{r}$ Prologus libelli IV | Prologus libelli IV |
| Capitula libelli IV | Capitula libelli IV |
| Quedam repperi in codice contra quem iste correctus est, in hoc deesse, que in fine huius inveniuntur. | |
| LIBELLUS IV | LIBELLUS IV |
| F. 174$^{r \cdot v}$ A) Valet namque. Explicit. | F. 82$^{v}$-83$^{r}$. A) Valet namque. |
| Que sequuntur reperi in fine tertii libri in codice contra quem iste correctus, in hoc deesse. | |
| B) De sententia parasceves. | |
| C) De observatione quadresimae. | |
| Explicit III (!) liber | |
| D) Fratri et compresbitero. | D) Fratri et compresbitero. |
| | Explicit liber IIII$^{us}$. |

Parisiensis 7 (Par7) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 11580. V. *Le texte*, 1933, pp. 242-243 et ea quae ad superiorem codicem, Par8, adnotavimus.

### Codices editionis I

Aurelianensis 2 (Aur2, O) – Orléans, Bibliothèque d'Orléans, c. 159 (136). V. *Le texte*, 1933, pp. 237-238; 1934, pp. 223-224.

Parisiensis 5 (Par$_5$, P$_5$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2852. V. *Le texte*, 1933, p. 240.

Laudunensis (Lau, L) – Laon, Bibliothèque communale, c. 220. V. *Le texte*, 1933, pp. 235-236.

Vaticanus R$_3$ (VatR$_3$, R) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. lat. 146. V. *Le texte*, 1933, pp. 321-322.

Abrincensis 1 (Abr$_1$) – Avranches, Bibliothèque et Archives de la Ville, c. 38. V. *Le texte*, 1933, p. 230.

Andegavensis (And) – Angers, Bibliothèque municipale, c. 300. V. *Le texte*, 1933, p. 228.

Bambergensis 2 (Bam$_2$, H) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 132. V. *Le texte*, 1933, pp. 230-231.

Fuldensis 1 (Ful$_1$) – Fulda, Landesbibliothek, Aa 20. V. *Le texte*, 1933, p. 235. Hic codex in bibliotheca Weingartensi notabatur F 59 4$^{to}$. De quo v. K. Löffler, *Die Handschriften des Klosters Weingarten*, p. 95.

Guelferbytensis 1 (Guel$_1$) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 1145 (Helmestetensis 1043). V. *Le texte*, 1933, pp. 323-324.

Lugdunensis 1 (Lug$_1$, Y) – Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit, Bibl. publ. c. lat. 76. V. *Le texte*, 1933, p. 236.

Lugdunensis 2 (Lug$_2$) – Leiden, Bibliotheek der Rijksuniversiteit, Bibl. publ. c. lat. 100. V. *Le texte*, 1933, p. 236.

Parisiensis 1 (Par$_1$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 1938. V. *Le texte*, 1933, p. 238. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. II, p. 252.

Parisiensis 2 (Par$_2$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2399. V. *Le texte*, 1933, p. 239. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. II, pp. 443-444. Qui catalogus codicem saeculo xi adscribit; idemque facit M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 269-271.

Parisiensis 4 (Par$_4$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2401. V. *Le texte*, 1933, p. 240. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. II, p. 446.

Trecensis (Trec) – Troyes, Bibliothèque municipale, c. 1008. V. *Le texte*, 1933, p. 320.

Parisiensis N$_1$ (ParN$_1$, N) – Paris, Bibliothèque nationale, Nouvelles Acquisitions, c. lat. 329. V. *Le texte*, pp. 243-246. Adnotationes marginales huius codicis ad calcem *Libri officialis* edimus.

### Codices editionis I*

Cantabrigiensis $C_2$ (Can$C_2$, C) – Cambridge, Corpus Christi College, c. lat. 416. V. *Le texte*, 1933, p. 232. Inter f. 13 et f. 14 deest folium unum, quo continebatur pars l. I, c. 12, 6-13, a verbis « mos populi Dei » usque ad « XLIIII ad Principiam ».

Cantabrigiensis P (CanP, K) – Cambridge, Pembroke College, c. lat. 44. V. *Le texte*, 1933; p. 232; 1934, pp. 223-224.

### Codices editionis II

Sangallensis 4 (SGa$_4$, G) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 278. V. *Le texte*, 1933, pp. 317-318.

Romanus $VE_1$ (Rom$VE_1$, S) – Roma, Biblioteca Nazionale Centrale Vittorio Emanuele, c. lat. 1570 (Sessorianus 30). V. *Le texte*, 1933, pp. 315-316. Quae descriptio hoc modo corrigenda est. Codex constabat e 18 integris quaternionibus numeris I-XVIII notatis; ex iis autem perierunt quaterniones I, VII, VIII, XI, XII. Praeterea in quaternione IV (nunc $3^o$) desiderantur folia 3-7. Lacunarum igitur prima pertinet a principio usque ad verba: « et baptizetur unusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi », in l. I, c. 7, 11, quae sunt prima f. $1^r$; secunda continetur verbis: « Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei », in l. I, c. 22, 3, ultimis f. $18^v$, et verbis: « Quis potest adipisci regna cęlǫrum », in l. I, c. 27, 18, primis f. $19^r$; tertia verbis: « qui in ecclesia necessario habentur, isti postea magis sunt adiecti », in l. II, c. 6, 2, ultimis f. $35^v$, et verbis: « dominos nostros, filios eorum, fructus terrę », in l. III, c. 5, 33, primis f. $36^r$; quarta denique verbis: « precamur introduci per Christum dominum nostrum, per quem », in l. III, c. 26, 18, ultimis f. $51^v$, et verbis: « qui multas persecutiones in isto saeculo », in l. IV, c. 4, 7, primis f. $52^r$.

Venetus (Ven, Z) – Venezia, Biblioteca Nazionale Marciana, lit. 63 (lat. III. 114). V. *Le texte*, 1933, pp. 322-323.

Cassinensis 1 (Cas$_1$, M) – Monte Cassino, Archivio e biblioteca abbaziale, c. lat. 153. V. *Le texte*, 1933, p. 237; 1934, p. 224 (cod. Mo), Nota collocationis: NN (antea G?); notae aliae: in operimento, S 37; f. $1^r$, Iste liber est sacri monasterii Casinensis N. 688. Codex 37 fasciculos complectitur qui omnes quaterniones sunt, praeter $15^{um}$ (pp. 225-236), qui ternio, $36^{um}$ (pp. 559-566), qui binio est, $37^{um}$ (pp. 567-576), qui e quinque compactis foliis constare videtur. Praeterea ultimo folio fasciculi 16[1] (pp. 237-252) agglutinatum est

unum folium (pp. 253-254), folio ultimo fasciculi $17^{i}$ (pp. 255-270) alterum folium (pp. 271-272); hoc autem perperam; deberet namque folium pp. 271-272, non post fasciculum $17^{um}$, sed ante eundem collocari. Qua inversione factum est ut locus *Off.* a vocibus « qui evangelium praedicarent, de evangelio vivere », l. II, c. 25, 8, ad verba « et in veteri testamento et in novo », c. 26, 2, medius positus appareat inter verba « laudare Deum dum quisque » (p. 270 fin.) et « honoratur a proximo, non a semet ipso » (p. 273 init.), l. III, c. 3, 13.

Einsiedlensis 1 (Ein$_1$) – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. 109. V. *Le texte*, 1933, p. 233.

Einsiedlensis 2 (Ein$_2$) – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. 110. V. *Le texte*, 1933, pp. 233-234.

Monachensis 2 (Mon$_2$) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. $16105^{a}$. V. *Le texte*, 1933, p. 237.

Romanus C (RomC) – Roma, Biblioteca Casanatense, c. lat. 1405. V. *Le texte*, 1933, pp. 313-315. Omissa in numeratione foliorum nota 57, folia signata non sunt 163, sed 162.

Vaticanus 1 (Vat$_1$), Vaticanus 2 (Vat$_2$), Vaticanus 3 (Vat$_3$) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1146, 1147, 1148. V. *Le texte*, 1933, pp. 320-321 et huius *Introductionis* c. 9; M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 482-484 (de coniunctione horum codicum cum Bambergensi 1 et Sangallensi 5).

Vindobonensis 1 (Vin$_1$) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 914. V. *Le texte*, 1933, p. 323. Geminae lacunae binorum quaternionum quae in hac descriptione indicatur, tertia quaedam adiungenda est, unius, ut videtur, ternionis; de qua v. *Le texte*, 1934, pp. 67-68.

### Codices editionis (mixtae) I/II

Parisiensis 6 (Par$_6$, P$_6$) – Paris, Bibliothèque Nationale, c. lat. 9421. V. *Le texte*, 1933, pp. 240-242.

Stutgardensis 2 (Stu$_2$, T) – Stuttgart, Landesbibliothek, H. B. VII. 43. V. *Le texte*, 1933, pp. 318-319. Etsi ambae huius codicis partes, quarum altera praecipue libellos I-III, altera libellum IV complectitur, singulae a singulis principalibus librariis, Wolferado et Stelione nomine, exaratae dicuntur, quaedam tamen paginae, v. g., f. $179^{r}$, aliis manibus scriptae sunt. Praeterea complures libelli IV paginae vel paginae partes, non solum currenti calamo ac neglegentissime exaratae sunt, sed omissionibus, mutationibus, verborum amputationibus, mendis creberrimis depravantur. Scriptura antiquior probabiliter saeculo IX exeunti attribui potest; altera,

quae ad formam cursivam accedit, saeculum X atque Stabulense scriptorium indicare videtur.

Fuldensis 2 (Ful2) – Fulda, Landesbibliothek, Aa 22. Hic codex constat e 130 foliis. Sicut Fuldensis 1, Fuldam e bibliotheca Weingartensi Ss. Martini et Oswaldi transiit, in eaque notatus erat F 39 fol. Aliud non complectitur nisi *Librum officialem* I*, II, vel mixtae editionis. Scriptura unius manus est e saec. XI-XII. De eo v. KARL LÖFFLER, *Die Handschriften des Klosters Weingarten*, p. 93. Aliquot huius exemplaris locos R. P. S. Segewiss SI, pro officiosissima caritate sua, humanissime quoque faventibus bibliothecae Fuldensis praefectis, anno 1941 semel atque iterum, quantum sivit temporum iniquitas, nostra causa contulit.

Codices *Librum officialem* edit. I in formam breviorem redactum continentes.

Coloniensis (Col) – Köln, Erzdiözesanbibliothek, c. 153. V. *Le texte*, 1933, p. 233. Cfr. R. MÖNCHEMEIER, *Amalar von Metz*, p. 74, n. 5.

Erfordiensis (Erf) – Erfurt, Stadtbücherei, cod. Amplonianus in folio 64. V. *Le texte*, 1933, pp. 234-235.

Treverensis 1 (Trev1) – Trier, Stadtbibliothek, c. 592. V. *Le texte*, 1933, pp. 319-320.

Codices *Libri officialis* fragmenta continentes.

Augustanus (Augus) – Augsburg, Staats-, Kreis- und Stadtbibliothek, c. 8. V. *Le texte*, 1933, p. 229.

Bernensis 2 (Ber2) – Bern, Stadtbibliothek, Bibliotheca Bongarsiana, c. 225. V. *Le texte*, p. 231.

Bononiensis (Bon) – Bologna, Biblioteca Universitaria, c. lat. 2217, V. *Le texte*, 1933, pp. 231; 1935, p. 435.

Carnotensis (Car) – Chartres, Bibliothèque municipale, c. 28. – Saec. XI ex. scriptus. V. *Le texte*, 1933, p. 233.

Codices *Libri officialis* excerpta continentes.

Bambergensis 1 (Bam1) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 131. V. *Le texte*, 1933, p. 230.

Cantabrigiensis C4 (CanC4) – Cambridge, Corpus Christi College, c. lat. 265. V. *Le texte*, 1933, p. 232; 1935, p. 435.

Florentinus 1 (Flo1) – Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, c. Strozzianus VII. V. *Le texte*, 1933, p. 235.

Londiniensis C (LonC) – London, British Museum, Bibliotheca Cottoniana, Vesp. D. XV. V. *Le texte*, 1933, p. 236.

Monachensis 1 ($Mon_1$) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 14581. V. *Le texte*, 1933, p. 237.

Monachensis 8 (Mon8) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 14628. Saeculi xii; olim S. Emmerammi; notae antiquae: Em. G. 12; F. 118; 123. *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis*, t. II, pars 2, p. 205.

Parisiensis 19 ($Par_1$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 9494 (J. de Voisin, o. 1685). V. *Le texte*, 1933, p. 226.

Sampaulinus 1 ($SPa_1$) – Sankt Paul im Lavantthal, Stiftsbibliothek, 25/2/20. Saec. x, continet, ff. $29^r$-$30^v$, l. III, c. 42; 43, 8 e *Libro officiali.*

Sangallensis 3 ($SGa_3$) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 140. Saec. x, 404 pag. (fol. 1 deest). Continet, p. 255, ultimam partem praefationis *Postquam scripsi.* – A. Scherrer, *Verzeichniss*, pp. 52-53; M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 326-329.

Vaticanus $P_2$ ($VatP_2$) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Palat. lat. 495. V. *Le texte*, 1933, p. 321. – H. Stevenson et I. B. de Rossi, *Codices Palatini Bibliothecae Vaticanae*, t. I, 1886, p. 166.

Huc referantur quoque codices Romanus C, Vaticanus 1, 2, 3, Vindobonensis 1, qui praeter textum editionis II, eadem excerpta praebent, quae Bambergensis 1.

Codices *Libri officialis* nunc deperditi vel latentes.

Codex e bibliotheca Moguntinae ecclesiae Sancti Stephani quo I. Cochlaeus in edendo tertio *Libri officialis* libello, anno 1549, usus est. Continebat textum integrum editionis I*, vel II, vel mixtae. De quo v. *Le texte*, 1933, pp. 117-118; p. 324, n. 1.

Codices quattuor quos adhibuit M. Hittorp anno 1568, quo primum integrum *Librum officialem* typis vulgavit. De iis v. *Le texte*, 1933, pp. 118-120, et huius *Introductionis* c. 13. Eorum unus, quem nos Hittorpianum $4^{um}$ ($Hit_4$, $H_4$) nuncupamus, textum editionis III praebuit, ut clare apparet e M. Hittorp notis; alter, quem ipse Hittorp modo nomine « exemplaris unici », modo « alterius lectionis », modo « alterius exemplaris » designat, nos vero Hittorpianum $3^{um}$ ($Hit_3$, $H_3$) vocamus, purum editionis II textum, vel mixtum e I et II (sicut in $Par_6$ atque $Stu_2$) continebat; duo reliqui, seu exemplaria « tertiae lectionis », ut scribebat Hittorp, vel Hittorpianus $1^{us}$ ($Hit_1$,

H1) et 2us (Hit2, H2), ut nos dicimus, sine dubio editionis I* erant, nimirum, saltem libello suo IV, codici CanC2 simillimi.

Codicum quorum mentio fit in antiquis bibliothecarum catalogis, complures percensuimus in *Le texte*, 1933, pp. 325-327. Iis autem addendi sunt:

Atrebatensis saltem unus. Atrebatum, Abbatia S. Vedasti. In catalogo saec. XII. De quo v. codices editionis III.

Escorialenses duo qui in catalogo saeculi XVI « Amalarii presbyteri de divinis officiis libri quinque » (!) inscribuntur, notisque V. F. 12 et II. G. 20 signantur; periisse videntur in incendio bibliothecae anno 1671. G. ANTOLÍN, *Catálogo de los códices latinos*, t. II, p. 412; t. V, p. 337.

Gorzienses duo vel tres. Gorzia (Lotharingia). Abbatia S. Gorgonii. In catalogo medii saeculi XI. G. MORIN, *Abbaye de Saint-Gorgone, Catalogue du milieu du XI^e siècle*, in *Revue Bénédictine*, 22 (1905), *Le catalogue des manuscrits de l'abbaye de Gorze*, pp. 6-7: « Libri officiorum. Libri Amalarii duo in singulis voluminibus, cuius initia sunt: Septuagesima conputatur secundum titulationem sacramentorii. Item liber alius ita incipiens: Ubi sanctus Augustinus exponit evangelicum ».

Lucensis – Lucca, Biblioteca capitolare. Qui codex in eiusdem bibliothecae catalogis a saeculo XII usque ad finem saeculi XV constanter indicatur. Vide P. GUIDI ed E. PELLEGRINETTI, *Inventari del vescovato della cattedrale e di altre chiese di Lucca* (*Studi e Testi*, 34), 1921. In catalogo a. 1239, vers. 33, p. 123, « Item alius liber qui sic incipit: *Gloriosissime imperator* »; a. 1297, vers. 140, p. 188, « Liber Amellarii super Officiis, sub comuni volumine »; a. 1305, vers. 144, p. 194, « Liber Amellarij super officiis, sub comuni volumine »; a. 1315, vers. 203-204, p. 203, « Liber Armellarii super officiis; incipit: *Gloriosissime inperator*, et finit: *Amen* »; a. 1409, vers. 708, p. 252, « J° libro. Incomincia: *Gloriosissime inperator*; finiscie: *ut bibendo rebibamus* »; a. 1424, vers. 55, p. 274, « Liber officiorum Amalarii episcopi, numero 61 »; a. 1498, vers. 48, p. 276, « Liber officiorum. In carthis membranis ».

Stabulensis. Stabulum, Abbatia S. Remacli. In catalogo a. 1105, J. GESSLER, *Les Catalogues des bibliothèques monastiques de Lobbes et de Stavelot*, II. *Catalogue de Stavelot* (1105), n. 112, in *Revue d'Histoire ecclésiastique*, 29 (1933), p. 94: « Amularius. Rabanus super regulam ». Cfr. n. 82, p. 93: « Libellus de fide catholica. Liber officiorum »; n. 83, p. 93: « Item liber officiorum. Liber confessionum ».

Weingartensis. Weingarten, Monasterium Ss. Martini et Oswaldi, cod. F 69 8°, haec continens: Kalendarium ecclesiasticum. « Ama-

larici Fortuni (!) de officiis divinis ». Evangelia. Officium defunctorum. K. Löffler, *Die Handschriften des Klosters Weingarten*, p. 96.

Duo vero codices Sanctae Mariae Rivipullensis quos indicat catalogus saeculi xi, multo explicatius, quamvis inscite, describuntur in catalogo saeculi xviii, in eoque propriis notis signantur:

Cod. 76, qu., saec. xi. Liber officiorum Amalarici episcopi ad Carolum regem. Summa Ioannis Belet. Libellus Walafridi Strabonis de incrementis quarundam in observationibus ecclesiasticis rerum.

Cod. 162, fol., saec. xi. Liber computorum. Liber officiorum Amalarii episcopi ad Carolum regem... Prisciani Caesariensis quaedam.

P. Ewald, *Reise nach Spanien im Winter 1878 auf 1879*, in *Neues Archiv*, 6 (1881), pp. 389, 391; B. Rivas, *Bibliothek der Madrider Akademie der Geschichte*, Est. 27, Gr.-4°, E. N. 122.

Qui codices ambo perierunt. R. Beer, *Die Handschriften des Klosters Santa Maria de Ripoll*, in *Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften*, Philos.-histor. Klasse, CLV. Bd., 1906, III. Abh., p. 105.

Codex quondam Barrois 248 in bibliotheca comitis Ashburnhamensis, s. x, 109 fol., quo continetur: « Amalarius. Hetto. Walafrid de rebus ecclesiasticis. De ritibus », ex iis non est quos anno 1888 et 1901 Bibliotheca nationalis Parisiensis recuperavit vel acquisivit, neque ex iis qui annis 1900-1905 Bibliothecae Musaei Brittanici accesserunt. Anno 1901 per bibliopolam quendam Germanicum emptus est; quis autem ipse emptor fuisset, comperire hactenus non potuimus. L. Delisle, *Notice sur des manuscrits du fonds Libri conservés à la Laurentienne à Florence*, p. 112; *Catalogue des manuscrits des fonds Libri et Barrois*, p. 268; H. Omont, *Catalogue des manuscrits Ashburnham-Barrois récemment acquis par la Bibliothèque nationale*, in *Bibliothèque de l'Ecole des Chartes*, 62 (1901), pp. 557-559; 63 (1902), p. 60; *Catalogue of Additions to the Manuscripts in the British Museum in the years MDCCCC-MDCCCCV*, p. 156-163; 385-388. Breviter describitur in bibliothecae Ashburhamensis catalogis (quorum seriem videas in DACL, t. IX, p. 585), in *Neues Archiv*, 4 (1879), p. 613, et ab A. Werminghoff, MGH, *Capitularia Regum Francorum*, edit. A. Boretius et V. Krause, t. II (1897), p. xii (cfr. t. I, p. 362). In hac tamen descriptione nulla mentio fit Amalariani cuiuslibet scripti.

Bibliographia autem his dissertationibus compleatur:

De codicibus Lobiensibus. J. Warichez, *L'abbaye de Lobbes depuis les origines jusqu'en 1200*, pp. 254-256 et 271-280 (duo catalogi saec. x et xi); cfr. J. Gessler, *Les Catalogues des bibliothèques mo-*

*nastiques de Lobbes et de Stavelot*, I. Catalogues de Lobbes (972-990 et 1049), pp. 83-85.

De codice Fiderici archiepiscopi Salisburgensis, C. BECKER, *Catalogi bibliothecarum antiqui*, C. 34, n. 14; cfr. M. MANITIUS, *Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters*, t. I, p. 401, n. 2.

De codice Pomposiano. G. MERCATI, *Il catalogo della biblioteca di Pomposa* [a. 1093], in *Studi e Testi*, 76, 1937, pp. 358-388. Pag. 377: 34. Γ Lib. officiorum Amalarii episcopi.

De codicibus Rivipullensibus. R. BEER, *Handschriftenschätze Spaniens*, in *Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften*, Philos.-histor. Klasse, CXXXVIII. Bd., 1893, XII. Abh., n. 391, pp. 47-51; TH. GOTTLIEB, *Ueber mittelalterliche Bibliotheken*, p. 270.

## Codices *Retractationis I*

Parisiensis $N_3$ (Par$N_3$, Q, *Q*) – Paris, Bibliothèque nationale, Nouvelles Acquisitions, c. lat. 1983. V. *Le texte*, 1933, pp. 246-248; 1935, p. 435.

Boloniensis (Bol, B) – Boulogne s. Mer, Bibliothèque municipale, c. 82. V. *Le texte*, 1933, pp. 231-232.

Cantabrigiensis $C_1$ (Can$C_1$, F) – Cambridge, Corpus Christi College, c. lat. 192. V. *Le texte*, 1933, p. 232; 1934, pp. 224; 228-229 et nota 4.

Cantabrigiensis $T_1$ (Can$T_1$, T) – Cambridge, Trinity College, c. lat. 241. V. *Le texte*, 1933, p. 233. Non inter folia 38 et 39, sed 18 et 19 desideratur folium unum.

Alenconiensis (Al, U) – Alençon, Bibliothèque municipale, c. 14. V. *Le texte*, 1933, p. 228; 1934, p. 224. Hic codex iam saec. XII in bibliotheca abbatiae S. Ebrulfi adfuisse videtur. *Catalogue général... de France. Départements*, t. II, p. 469, e cod. Parisiensi, Bibliothèque nationale, lat. 10062, f. 80$^v$.

Holmiensis (Hol) – Stockholm, Kungliga Biblioteket, A. 145. V. *Le texte*, 1935, p. 435.

Vindobonensis 3 ($Vin_3$) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 1845. V. *Le texte*, 1933, p. 323.

## Codices *Retractationis II*

Guelferbytensis 2 ($Guel_2$) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 4159 (Wissemburgensis 75). V. *Le texte*, 1933, p. 419. Praeter *Retractationem II* continet etiam *Eclogas de ordine romano*, ff. 1$^v$-17$^v$, et *Epistulam de caeremoniis baptismi*, ff. 17$^v$-19$^r$.

Monachensis 3 (Mon3) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 19129. V. *Le texte*, 1933, pp. 414-415.

Monachensis 4 (Mon4) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 21568. V. *Le texte*, 1933, 415. Codex e duabus partibus constat, quarum prior folia 1-78, altera folia 79-89 complectitur. *Retractatio II* ff. $1^{r}$-$77^{v}$ continetur. Alterius autem partis f. $79^{r-v}$ praebet *Epistulam de caeremoniis baptismi.*

### Codices *Retractationis III*

Bambergensis 3 (Bam3) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 133. V. *Le texte*, 1933, pp. 413-414.

Vindobonensis 2 (Vin2) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 1012. V. *Le texte*, pp. 418-419.

### Codex *Retractationis IV*

Bambergensis 4 (Bam4) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 134. V. *Le texte*, 1933, p. 414 et huius capituli art. 4.

### Codices *Retractationis V*

Cantabrigiensis C3 (CanC3) – Cambridge, Corpus Christi College, c. lat. 68. *Le texte*, 1933, p. 414.

Guelferbytensis 5 (Guel5) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 1205 (Helmestetensis 1098). V. *Le texte*, 1933, p. 419.

Londiniensis L (LonL) – London, Lambeth Palace, c. 380. V. *Le texte*, p. 414.

Oxoniensis (Ox) – Oxford, All Souls' College, c. 28. V. *Le texte*, 1933, p. 415.

### Codex *Retractationis VI*

Parisiensis 13 (Par13) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2402. V. *Le texte*, 1933, pp. 415-417. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général des manuscrits latins*, t. II, p. 446.

### Codices aliarum retractationum

Dublinensis (Dub) – Dublin, Trinity College, c. lat. 187. V. *Le texte*, 1933, p. 414.

Parisiensis 14 (Par14) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 5386 V. *Le texte*, 1933, p. 240.

Parisiensis 21 (Par21) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 3832. Saec. XIII. Olim Bigotianus 268. Continet: « 2° (pp. 137 ss., 150 ss.). Divinorum officiorum explicatio maximam partem ex Amalario excerpta: authore anonymo ». *Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae*, t. III, p. 514. Explicationis huius prior pars est *Expositio « Dominus vobiscum »*, usque ad verba: « petimus ut misereatur nostri dicentium: Miserere nobis » (par. 73); de qua v. c. 9. Altera explicationis pars est Expositio divinorum officiorum ab eodem I. Prevot edita, *R. P. Ioannis Abrincensis episcopi, deinde Rotomagensis archiepiscopi, Liber de officiis eclesiasticis*, pp. 385-422; PL, 147, pp. 191C-212C. V. art. 4, p. 174.

Romanus V2 (Rom2) – Roma, Biblioteca Vallicelliana, C. 64, saec. XII, ff. 40r-74v. « Incipit liber officiorum ordinatus a beato Amelario noturnalis (!) diurnalis per circulum anni. Quare septuagesima celebratur? Ideo quemadmodum populus Dei qui pro peccatis suis »; des. « etenim ipsa replicata sunt ad medianam lineam que usque ad finem currit ».

Sanctaudomarensis (SAu) – Saint-Omer, Bibliothèque municipale, c. 119. V. *Le texte*, 1933, p. 418.

Vaticanus R2 (VatR2) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. lat. 620. V. *Le texte*, 1933, p. 418.

Codices diversarum retractationum nunc deperditi vel latentes.

Beccensis, Monasterii Sanctae Mariae, de quo v. *Le texte*, 1933, p. 325. Continebat *Retractationem I*.

Alii de quibus v. *Le texte*, 1933, p. 420.

## Articulus II

### « *Libri officialis* » *editiones recentiores seu typographicae*

Ioannes Cochlaeus (Dobneck), *Speculum antiquae devotionis circa missam et omnem alium cultum Dei*... Moguntiae, 1549, pp. aiij-aiiijr, 1-62. Exhibet tantum praefationem *Gloriosissime imperator* et libelli III c. 1-37; 44 (38). De qua v. *Le texte*, 1933, pp. 117-118. Operis nuncupatio, Georgio Austriaco, principi-episcopo Leodiensi, scripta, ante diem X kalendas martias, id est die 20 februarii, a. 1549 data est.

Nicolaus Bonfilius (Buonfiglio), *Speculum missae ex antiquissimis quibusdam ac vetustissimis catholicae ecclesiae patribus a*

*Ioanne Cochlaeo... collectum, nunc... recognitum, auctum et locupletatum...*, Venetiis, 1572, pp. a6r-b1v; 1-51. Idem praebet quod editio Cochlaeana.

M. Hittorp, *De divinis catholicae ecclesiae officiis ac ministeriis varii... libri...*, Coloniae, 1568, pp. 101-262; 589; 594-598. His paginis continentur *Variae quorundam capitum lectiones ex Amalarii in diversis exemplaribus repertae*, id est eae longiores lectiones variae quas praebent loci duplicati vel triplicati; de quibus v. huius capitis articulum 3.

Editionem Hittorpianam iterant haec volumina; de quorum editionibus videas quae in huius *Introductionis* c. 14 memoramus:

*Sacrae bibliothecae sanctorum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum* tomus sextus... per Margarinum de la Bigne, ... editione secunda... Parisiis, 1589, pp. 847-1080, omissis tamen *Variis quorundam capitum lectionibus.*

*De catholicae Ecclesiae divinis officiis ac ministeriis varii... libri ad sanctissimum D. N. Gregorium XIV P. M.*, Romae, 1591, quod esse iam notavimus ipsum M. Hittorpii volumen, auctum et novo titulo ornatum, pp. 86-223; 697-698; 704-708 (*Variae quorundam capitum lectiones...*).

*De divinis catholicae Ecclesiae officiis et mysteriis* (!) *varii... libri... nunc primum auctarii loco caeteris Bibliothecae veterum Patrum tomis adiuncti...*, Parisiis, 1609 vel 1610, pp. 305-502; 1435-1436; 1445-1452.

*De divinis catholicae Ecclesiae officiis et mysteriis varii... libri... anno 1619* (sic, pro 1609 vel 1610) *auctarii loco caeteris Bibliothecae veterum Patrum tomis adiuncti...*, Parisiis, 1624, pp. 305-502; 1435-1436; 1445-1452.

*Magna bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum... tomus decimus*, Parisiis, 1644, pp. 305-502; 1435-1436; 1445-1452.

*Magna Bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum... tomus decimus*, Parisiis, 1654, pp. 305-502; 1435-1436; 1445-1452.

*Magna bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum...*, Coloniae Agrippinae, 1618, t. IX, pp. 300-391; sine *Variis quorundam capitum lectionibus.*

*Maxima bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum...*, Lugduni, 1677 et ss., t. XIV, pp. 934-1032; sine *Variis quorundam capitum lectionibus.*

PL, 105, pp. 985-1242; 1333-1339 (Epistulae I-VI); sine *Variis quorundam capitum lectionibus.*

In omnibus autem illis editionibus, excepta ultima, desiderantur

epistulae seu documenta I-VI quae Amalarius libello III sui *Libri officialis* appendicis instar adnexuit. De quibus v. huius capituli articulum 3. Eas ediderunt: L. d'Achery, *Spicilegium sive collectio veterum aliquot scriptorum*, ed. 1ª, t. VII, pp. 164-173; ed. 1723, t. III, pp. 330-333; quae editio iterata est in PL, 105, pp. 1333-1339; E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 259-266.

Nota vero *De observatione quadragesimae*, PL, 105, p. 1340AB, et Epistula VII, *Ad episcopum anonymum*, ibid., p. 1340BC, cum *Libro officiali* non cohaeret. De nota v. in articulo 1 descriptionem codicum Parisiensis 8 et Parisiensis 7; de epistula, *Introductionis* c. 2, I, C, 4; capituli huius articulum 3; *Le texte*, 1933, p. 121.

## Articulus III

### *De « Libri officialis » recognitionibus seu primis editionibus*

Amalarium assidue suum *Librum officialem* correxisse ac complevisse, totumque opus, iamiam iuris publici factum, pluries recognovisse seu denuo edidisse, declarant vel ostendunt eiusdem libri prologi ac praefationes, praesentia vel absentia libelli IV, complementorum supplementorumque accessiones, appendicis epistularum libello III adiunctae incrementa, praesertim vero locorum quorundam vel contextuum locorum meditata atque accurata retractatio, quae non ab alio, nisi ab ipso auctore agi potuit.

E praefationibus *Libri officialis* duae ad totum opus referendae sunt: *Postquam scripsi* et *Gloriosissime imperator*; tertia, *Ubi sanctus Augustinus*, ad solum libellum I spectare videtur; quarta, *Domine opitulante*, certe libellum III dumtaxat, quinta, *In hoc quarto libello*, ad libellum IV. Libellus II propria praefatiuncula caret. Praefationem seu prologum *Postquam scripsi* pauci codices continent, iique qui libellos quattuor et, praeter eorum duos, etiam correctiones ultimas exhibent; porro priore loco semper apparet collocata, id est ante alteram praefationem generalem, *Gloriosissime imperator*. In ea narrat Amalarius sese post conscriptum *Librum officialem*, cum Romam venisset, ministris ecclesiae Sancti Petri quaedam sua dubia de numero orationum quae certis diebus in missa dicendae erant, exposuisse, horumque responsum, ut ait, in fronte memorati libelli collocasse suorum devotorum ad notitiam. Deinde postea quam breviter memoravit quid s. Ambrosius et s. Augustinus de quattuor orationum modis e quibus missae officium constat, secundum ordinem ab apostolo in *I Tim.*, 2, 1, definitum doceant, proprios de earundem orationum numero ac natura sensus, modeste quidem et caute, pro suo more, sed ample, etsi aliquantum confuse, explicat.

Iam vero quae de itinere suo Romano in eodem prologo memorat, aptissime congruunt cum iis quae etiam de peregrinatione quadam Romam a se anno 830-831 peractam, et de interrogatis magistris aliisque sanctae Romanae ecclesiae eruditis viris in *Prologo antiphonarii*, in prologo aliisque locis *Libri de ordine antiphonarii*, in altero textu c. 22, l. IV ipsius *Libri officialis* explicatissime scribit. Existimari igitur potest iter quod in principio praefationis *Postquam scripsi* memoratur, aliud non esse, nisi iter romanum anni 830-831.

Momentum praefationis *Gloriosissime imperator* in eo est quod, praeter brevem quandam historiam primae originis ac compositionis *Libri officialis*, huius quoque nuncupationem continet, qua auctor opus suum Ludovico Pio porrigebat, ut ab eo sanciretur vel corrigeretur. E laudibus vero in quas desinit eadem praefatio, et ex aliis indiciis — ex eo, v. g., quod Amalarius scribit se post longiorem absentiam iterum principem adire — concludamus oportet *Librum officialem* imperatori non ante annum 823, quo Lotharius Romae coronatus est, vel certe non ante annum 819, quo Ludovicus Iudittam uxorem duxit, oblatum esse.

E praefatiunculis vero libelli I et III vix quidquam discimus de *Libri officialis* recensionibus, sed praefatiuncula libelli IV monemur in hoc etiam aliqua recapitulari de superioribus libellis, « quae, inquit Amalarius, apertius inventa sunt a mea parvitate post scriptos memoratos libellos ».

Tres praefatiunculae libelli I, III, IV propriae suo quaeque loco in omni codice adsunt. Praefationem *Ubi sanctus Agustinus* solam habet Abr$_1$, And, CanC$_2$, Erf, Lau, Lug$_1$, Par$_4$, Trev$_1$, VatR$_3$. Duas praefationes, *Gloriosissime imperator*, *Ubi sanctus Agustinus*, hoc ordine praebet Augus, Aur$_2$, Bam$_2$, CanP, Car, Cas$_1$, Ful$_2$ (?), Guel$_1$, Lug$_2$, Par$_2$, Par$_5$, Par$_6$, ParN$_1$, RomC, Stu$_2$, Trec, Vat$_1$, Vat$_2$, Vat$_3$, Ven, Vin$_1$. Tres denique, *Postquam scripsi*, *Gloriosissime imperator*, *Ubi sanctus Agustinus*, Atr$_1$, Div, Ein$_1$, Par$_3$, Par$_7$, Par$_8$, SGa$_4$. Ceteri codices qui hic non indicantur, alia et alia de causa tribus maioribus praefationibus carent.

Liber IV in compluribus codicibus deest, non autem quod ex his exciderit vel in iis suppressus sit, sed quia in ceteris tantum codicibus tribus prioribus libellis accedit. Etenim veri simile non est totum libellum IV potuisse in tot optimae notae exemplis, iisdem inter se diversissimis, fortuito vel consulto omitti. *Libellum officialem* contra, cum primum in lucem datus est, e tribus tantum libellis constitisse demonstrat appendix epistularum quae semper libello III adnectitur, idemque significat ipse Amalarius, cum l. I, c. 41, 1, finem libelli III vocat posteriorem in ordine opusculi sui partem, simulque

declarat hanc partem iam fuisse scriptam, cum c. 41, *De missa Innocentum*, libello I a se suppletum est.

Utrum autem necne *Liber officialis* libello suo IV iam auctus fuerit, quando ab auctore imperatori oblatus est, non constat. Certe etiam libellus ille IV Ludovico dedicatur, ut apparet ex eius c. 2, 1, ubi Amalarius ipsum principem adloquitur: « Magnificentissime et gloriosissime atque christianissime imperator, quoniam professus est se servus vester », etc. At ipsa haec verba nobis persuadent libellum IV compositum esse, postea quam Amalarius *Librum officialem* Ludovico obtulit. Etenim in praefatione *Gloriosissime imperator* perspicue fatetur se de dedicando opere suo tum demum cogitasse, cum illud iam conscriptum erat; itaque nulla est Ludovici adlocutio in tribus prioribus *Libri officialis* libellis. Denique eadem praefatio satis clare significare videtur Amalarium primam operis sui editionem principi obtulisse, quam constat, ut diximus, tres tantum libellos habuisse. Etiam tempus quo tribus prioribus libellus IV accessit, indicare videtur eadem illa adlocutio qua incipit l. IV, c. 2. Cum enim scribit Amalarius: « Videtur parvitati meae per Dei donum, quod vestrum animum ad se rapit in prosperis et in adversis, ut ab illa hora inchoem », etc., dubium nobis non est quin vocibus « in adversis » mala doloresque illos commemorare velit, quos Ludovico Pio inde ab anno 829 suscitavit filiorum suorum seditio. Non tamen post annum 830 facta est additio quoniam *Liber officialis* certe quattuor libellos iam continebat, quando post commorationem suam Romanam, anno 830-831, Amalarius illum correxit.

Omissa mentione codicum qui parvam *Libri officialis* partem tantum vel excerpta complectuntur, tres libellos exhibet Abr$_1$, And, Aur$_2$, Bam$_2$, Erf, Ful$_1$, Guel$_1$, Lau, Lug$_1$, Lug$_2$, Par$_1$, Par$_2$, Par$_4$, Par$_5$, ParN$_1$, Trev$_1$, VatR$_3$; quattuor, Atr$_1$, CanC$_2$, CanP, CanT$_1$, Cas$_1$, Div, Ein$_{1-2}$, Ful$_2$, Mon$_2$, Par$_3$, Par$_6$, Par$_7$, Par$_8$, RomC, RomVE$_1$, SGa$_4$, Stu$_2$, Vat$_1$, Vat$_2$, Vat$_3$, Ven, Vin$_1$.

Quo modo Amalarius suum *Librum officialem* conscripserit, produnt quoque plura illa capitula quibus, modo usus alicuius liturgici commentarium contra praestitutum ordinem praebet, quia id proprio suo loco oblitus est facere, vel quia illi interim rei cogitatio occurrebat; modo iamiam tractatum argumentum aliquod, etiam post plurium capitulorum totorumve libellorum intervalla, repetit, ob inventa interea nova documenta vel percepta ex alto lumina. Alterutram rationem demonstrant l. I, c. 41; l. III, c. 39; l. IV, c. 24, 25, 26, 39, 40, 43-47. Etiam l. III c. 38, 40, 41, 43, 44 magis ad materiam l. I quam l. III spectant. Ex iisdem capitulis praesertim animadvertenda sunt l. IV, c. 46, *Repetitio de pentecoste* et c. 47, *Repe-*

*titio de calice*, quae in CanC2 et CanP plane desunt, desiderantur quoque in indicibus capitulorum codicis Atr1, Div, SGa4, Par7, adsunt quidem in ipso textu eorundem quattuor codicum et in textu codicis Par8, at sine numero. Unde deducendum videtur duo illa capitula primae libelli constitutionis partem non fuisse.

Appendix epistularum quae libello III in plerisque codicibus, qui satis integri sint, adnectitur, sex documenta seu epistulas (hoc nomine commoditatis causa utimur) comprehendit, quorum primum, quartum, quintum et sextum verae epistulae sunt, secundum et tertium breves notae vel epistularum excerpta. Prima epistula Ieremiae Senonensi episcopo scripta est, qui annis 818-827 vel 828 sedit. Altera continet eiusdem Ieremiae responsum. Tertia coniungit interrogationem ab Amalario Ionae cuidam episcopo propositam et responsum quod ab eo accepit; qui episcopus videtur fuisse Ionas ille qui annis 818 (vel 821, vel 825)-843 ecclesiam Aurelianensem gubernavit. Epistularum quas praebent documenta IV, V et VI, prima Rantgario Novionensi episcopo, annis 825-829, missa est; altera Hettoni cuidam monacho, quem illum Hettonem censemus fuisse, qui, cum abbas Augiae Divitis episcopusque Basileensis esset, anno 822 vel 823 utroque munere se abdicavit, et deinde in eodem monasterio Augiensi usque ad annum 836 simplex monachus vixit. *Le texte*, 1934, pp. 77-78. Ultima denique epistula iuveni cuidam, Guntardo nomine, scripta est, quem Amalarius dilectum suum filium in disciplina Christi vocat. In ea dicit Amalarius se in itinere esse vel fuisse, Romam, ut opinamur, versus, anno 830. Appendix autem haec ad plenam suam compositionem non pervenit nisi gradatim. Epistulas I et II dumtaxat continet codex Aur2, Par5; epistulas I, II, III, codex Abr1, And, Bam2 (ep. I; II; tit., ut videtur, ep. III), Ber2, Ful1 (ep. I ac II, tit. ep. III), Lau (ep. III?), Lug1, Lug2, Par4, Par6, VatR3 (ult. verb. ep. III manu recentiore); epistulam IV cod. CanC2, ParN1; epistulas I, II, III, IV, cod. CanP; epistulas I, II, III, IV, V, VI, cod. Atr1, Cas, Div, Ein2, Guel1 (deest ep. VI, quia cod. mutilus est), Mon2, Par2, Par3, Par7, Par8, RomC, SGa4, Stu2 (ep. I, II, tit. ep. III manu antiquiore; text. eiusd. ep. et ep. IV-VI manu recentiore), Trec, Vat1, Vat2, Vat3, Ven, Vin1. Etenim *Epistula ad episcopum anonymum*, « Sufficere quidem credimus », quae in codicibus Abr1, And, Lug1, Par4, VatR3, CanP legitur, horum codicum propria est, neque ad appendicem ipsius *Libri officialis* pertinet. Quid re vera sit v. in c. 2, I, C, 4. Porro liquet contextum istum documentorum ab ipso Amalario componi debuisse et *Libro officiali* adiungi. Aliter non explicaretur quomodo factum sit ut eodem operis loco ab alio librario poneretur epistula I et II, ab alio IV, ab alio

postea adiungeretur III, ab alio denique V ac VI, et hoc tanta auctoritate ut omnes ceteri librarii deinde, sine ulla mutatione, suppressione vel nova adiunctione, eandem rationem tenerent.

Verum efficacissimam rationem diversas *Libri officialis* recensiones ab ipso Amalario elaboratas distinguendi subministrant plurimi illi loci, alii breviores, longiores alii, qui modo singillatim, modo coniuncte, mendis expurgati, in melius correcti vel supplementis aucti apparent; quibus tamen locis non adnumeramus textus quosdam breviores qui uno tantum codice praestantur, neque eos paucissimos qui in quibusdam codicibus manifesto inter *Libri officialis* capitula vel libellos interpolati sunt. De his v. *Le texte*, IX. *Les pièces adventices jointes au « Liber officialis »*, 1934, pp. 223-227.

Locorum qui nobis perpendendi sunt, catalogum hic praebemus, cum brevibus adnotationibus quibus uniuscuiusque retractationis ratio indicatur. Brevitatis perspicuitatisque causa numeris I, I*, II, III designamus series seu contextus eorum codicum qui semper inter se coniuncti comparent, iis tantum exclusis, qui nihil nisi brevia excerpta vel fragmenta continent, Augus, Bam1, Ber1, Bon, Car, Mon1, adiunctis vero quattuor exemplis nobis aliquantum per editionem Hittorpianam notis: Hit1, Hit2, Hit3, Hit4.

Numero I designamus: codices Atr1, And, Aur2, Bam2, Erf, Ful1, Guel1, Lau, Lug1, Lug2, Par1, Par2, Par4, Par5, Par6 pro lib. I-III et ep. I-III seu Par6A, ParN1, Stu2 pro lib. I-III, ep. I-II, tit. ep. III seu Stu2A, Trec, Trev1, VatR3.

Numero I*: codices CanC2, CanP.

Numero II: codices Cas1, Ein1, Ein2, Ful2 (?), Mon2, Par6 pro lib. IV seu Par6B, RomC, RomVE1, SGa4, Stu2 pro ep. III textu, ep. IV-VI, lib. IV seu Stu2B, Vat1, Vat2, Vat3, Ven, Vin1.

Numero III: codices Atr1, Div, Par3, Par7, Par8.

Si cuius codicis nota intra parentheses quadratas ponitur, hoc significat illum lectionem quam praebet, alia manu scriptam vel in margine adiectam exhibere. Sin autem quis duas inter se contrarias lectiones continet, easque principali manu scriptas, illius nota infra utramque lectionem collocatur, appositis numeris 1° et 2°, quibus monstretur quo ordine eaedem duae lectiones altera alteram in codice sequantur. « Desunt » exempla quae propter lacunam vel omissionem loco aliquo carent. Numeris vero I, I*, II, III adiunguntur intra parentheses et cum signo – notae codicum qui in aliquo loco lectionem lectioni sui contextus contrariam praebent, non autem codicum qui tantum « desunt ».

Locos nostros, quorum numerus, si omnes colligendi essent, multum augeretur, iam pro parte agnoverunt ac percensuerunt M. Hit-

torp et praesertim A. Wilmart; quem igitur numerum singuli hi loci in utriusque viri catalogo obtineant adnotavimus. HT ad ipsum editionis Hittorpianae textum, HA ad huius appendicem *Variarum quorundam locorum lectionum* refertur. V. huius capituli articulum 2; *Le texte*, 1933, pp. 118-120. Nota Co lectio editionis Cochlaeanae indicatur.

1 – L. I, c. 3, 1 – W. 2

| | |
|---|---|
| Iam in expeditione sumus.<br>I, I*, II, [Div], Par$_7$, [Par$_8$], HT | Iam in patria sumus.<br>III (–Par$_7$) |

Desunt: Ein$_2$, Mon$_2$, RomVE$_1$

2 – L. I, c. 7, 1 – W. 3

| | |
|---|---|
| Ad istum diem in expeditione fuimus.<br>I, I*, II, Par$_7$, [Par$_8$], HT | Ad istum diem in foro lusimus.<br>III (–Par$_7$) |

Desunt: Ein$_2$, Mon$_2$, RomVE$_1$

Hanc subtiliorem correctionem vix alius atque ipse auctor excogitare poterat. Cum a septuagesima, docet Amalarius, per sexagesimam et quinquagesimam usque in quadragesimam transimus, quasi e terra exsilii atque captivitatis, expeditione quadam in patriam revertimur, in qua nobis bellum gerendum est. Iam vero, si etiam quinquagesima nobis expeditionis tempus est, non apparet ullus progressus a sexagesima usque ad illam diem. In quinquagesima igitur patriam iam ingressi sumus. Quoniam tamen pugnam cum hostibus non committimus, nisi feria IV in capite quadragesimae, quid agimus tribus quinquagesimae diebus? In foro ludimus, id est publicos ludos illis diebus fieri solitos participamus, ad instar militum qui diem proelii committendi praestolantur.

3 – L. I, c. 12, 1 – W. 5

| | |
|---|---|
| In ea reservatur... refectionis Christi.<br>I, I*, II, [Div], Par$_7$, [Par$_8$], HT | In isto ordine... usque in crastinum.<br>III (–Par$_7$) |

Desunt: Ein$_2$, Ful$_1$, Mon$_2$

4 – L. I, c. 12, 34 – W. 6

| | |
|---|---|
| 34. Panis caelestis... ex priore die. | 34. Scriptum est in libello... Patris mei. |
| I, I*, II, [Div: duae priores sententiae tantum], Par$_7$ 1°, [Par$_8$], HT | III (Par$_7$ 2°) |

Desunt: Ein$_2$, Ful$_1$, Mon$_2$

5 – L. I, c. 15, tit. – W. 8

| | |
|---|---|
| DE PRAESENTATIONE... NON CONSECRATO. | DE ULTIMA VARIETATE PARASCEVES. |
| I, I*, II, Div, HT | III (–Div) |

Desunt: Atr$_1$, Ein$_2$, Ful$_1$, Mon$_2$

6 – L. I, c. 15, 1-3 – H. 1; W. 8

| | |
|---|---|
| 1. Post hoc praecipit... communicant omnes. | 1. I superius memorato... remeare ad sua. |
| I, I*, II, Div[e parte tantum] HA (« in aliis tribus »: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$) | III, HT (« in uno »: Hit$_4$) |

Desunt: Atr$_1$, Cas$_1$, Ein$_2$, Ful$_1$, Mon$_2$

Causam quattuor harum correctionum ipse Amalarius exposuit. In ordine romano quem in conscribendo *Libello officiali* adhibuerat, praescribebatur ut corpus dominicum servaretur a feria V in Cena Domini usque ad feriam VI in Parasceve, eratque mos in Galliis ut in missa praesanctificatorum omnes praesentes communicarent. Romae autem Amalarius non solum nullum reperire potuit illius ordinis exemplum, sed ab archidiacono Sancti Petri didicit in ea statione in qua a papa crucis adoratio celebratur, neminem communicare, sed omnes post adoratam crucem domos suas remeare.

7 – L. I, c. 18, 4-5 – W. 9

| | |
|---|---|
| 4. Unde ita aliqui... resurgant a mortuis. | 4. Nam et columna... semper benedicitur. |
| I, I*, II, [Div], Par$_7$, [Par$_8$] | III (–Par$_7$), HT |

Desunt: Cas$_1$, Ein$_2$, Erf, Ful$_1$, Mon$_2$, Trev$_1$

8 – L. I, c. 26, tit.– H. 3; W. 10

| | |
|---|---|
| De immissione cereorum in aquam. | De immissione cerei in aquam. |
| I, I*, II, Div, Par$_7$, [Par$_8$], HT (in reliquis: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$) | III (–Div, –Par$_7$), HA (« in exemplari quod praefationem alteram habet »: Hit$_4$) |

Desunt: Cas$_1$, Ein$_2$, Erf, Ful$_1$, Mon$_2$, RomVE$_1$, Trev$_1$, Vin$_1$

9 – L. I, c. 26, 1-5 – H. 3; W. 10

| | |
|---|---|
| 1. Clamante voce sacerdotis... cerei neofytorum... cereus neofytorum. | Clamante voce sacerdotis... cereus benedictus... cerei neofytorum. |
| I, I*, II, Div, Par$_7$, [Par$_8$], HT (in reliquis: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$) | III (–Div, –Par$_7$), HA (« in exemplari quod prae fationem alteram habet »: Hit$_4$) |

Desunt: Cas$_1$, Ein$_2$, Erf, Ful$_1$, Mon$_2$, RomVE$_1$, Trev$_1$, Vin$_1$

Cognoverat videlicet Amalarius, idque Romae, ut videtur, non neophytorum cereos, eosque exstinctos, sed solum cereum a diacono nocte paschali benedictum, et eum quidem accensum, in fontem immergi, cum aqua baptismalis consecrabatur. Insistit igitur in sua cerei comparatione cum columna nubis atque ignis, quae Israelitis in deserto antecedebat (*Ex.*, 13, 21-22; 14, 13.24); multo namque perfectior evaserat ei duarum rerum similitudo.

10 – L. I, c. 32, 10

| | |
|---|---|
| In fine enim versuum... ex adverso venientes. | Versus sunt... « Benedictus qui venit ». |
| I, I*, Ful$_2$ 2°, HT 2° | II, Ful$_2$ 1°, III, HT 1° |

Desunt: Cas$_1$, Ein$_2$, Erf, Mon$_2$, Trev$_1$, Vin$_1$

Definitum certumque documentum, ex ipso missae antiphonario seu gradali acceptum, pro secundarii cuiusdam facti mystica interpretatione substitutum est. V. R. I. Hesbert, *Antiphonale missarum sextuplex*, n. 80-86.

11 – L. I, c. 35, 2

| | |
|---|---|
| 2. Actus necesse est... bona opera. | 2. Actus necessarius est... laus Dei. |
| I, I*, HT | II, III |

Desunt: Ein$_2$, Mon$_2$, Vin$_1$

Prior ratio non erat omnino felix; non enim intellegitur cur actus, id est vita activa, celebrandus sit, ut adipiscamur per bona opera id quod per patientiam exspectamus. Altera igitur describit vivendi modum, in quo vita activa, quae gradali figuratur, coniungatur cum contemplativa, quam significat alleluia.

12 – L. I, c. 36, 10

| | |
|---|---|
| ... in octavo et usque ad kalendas... festivitatem sancti Iohannis. | ... in octavo, quando in memoratis octavis... festivitatem sancti Iohannis. |
| I (inter quos etiam ParN$_1$ pro prima manu; –Guel$_1$, –Lug$_2$, –Par$_1$, –Par$_2$, –Trec). | Guel$_1$, Lug$_2$, Par$_1$, Par$_2$, [ParN$_1$], Trec, I*, II, III, HT. |

Desunt: Ein$_2$, Erf, Mon$_2$, Trev$_1$, Vin$_1$

Haec est mera ac necessaria emendatio. Prior namque ratio manifesto falsa est. Si nimirum pascha post diem octavum kalendas apriles (25 martii) incidit, iam non sunt sex hebdomades integrae inter pentecosten et nativitatem s. Ioannis Baptistae (24 iunii); si in ipsas kalendas apriles (1 aprilis), hebdomades quinque sunt; si in quartum vel tertium nonas apriles (2 vel 3 aprilis), eodem temporis intervallo non 41 vel 40 dies continentur, sed 34 vel 33. Error ergo computationis in priore ratione est unius hebdomadis, qui in altera tollitur.

13 – L. I, c. 36, 11

| | |
|---|---|
| Si visum fuerit magistris... de nostra ecclesia. | Romani et Greci... tempus aestimaverit. |
| I, I*, II (–Ein$_1$, –SGa$_4$), Atr$_1$, Par$_7$, Par$_8$, HT | Ein$_1$, SGa$_4$, III (–Atr$_1$, –Par$_7$, –Par$_8$) |

Desunt: Ein$_2$, Mon$_2$, Vin$_1$

Altera ratio solutionem praebet quaestionis quam prior proponebat. Verum modo singularissimo codices inter duas lectiones dividuntur.

14 – L. II, c. 1, 6

... eam inchoare a tempore primi mensis.
I, I*, II, Par$_7$, [Par$_8$], HT

... intimare a quo tempore caput attollant.
III (–Par$_7$)

Desunt: Ein$_2$, Mon$_2$

Praepropera erat affirmatio prioris lectionis, nec satis perspicua; hic nempe indicanda tantum est quaestio quae in reliquo capitulo solvitur: quo anni tempore initium habeant (« caput attollant ») duodecim lectiones, id est ordinationum ac sabbatorum quattuor temporum sollemnia.

15 – L. II, c. 11, 5 – W. 14

Lector et ex ethimologia... in synagoga Iudeorum.
I (–Guel$_1$), I*, Par$_7$ 1°, [Par$_8$]

Nam primaevo tempore... epistolam sive lectionem.
Guel$_1$, II, III (Par$_7$ 2°), HT

Desunt: Ein$_2$, Mon$_2$, RomVE$_1$, Stu$_2$

Prior ratio ad quaestionem non pertinebat; altera explicat quomodo factum sit ut subdiaconus officium epistolam in missa canendi susciperet.

16 – L. II, c. 21, 6

6. Quod ita Beda... retro et ante.
I (inter quos Erf: Triginta... et ante, ParN$_1$ pro prima manu, Trec 1°), I*, Par$_7$ 2°: Quod ita... infundit, [Par$_8$: Quod ita... infundit], HT 1°: Quod ita... infundit.

6. Aliquae dalmaticae... et triginta.
[Par$_2$, inter duas partes alterius lectionis], [ParN$_1$], Trec 2° (sed paulo inferius et cancellata), II, III (Par$_7$ 1°), HT 2°

Desunt: Ein$_1$, Ein$_2$, Mon$_2$, RomVE$_1$

Didicit nimirum Amalarius non omnes dalmaticas trig quasdam duodetriginta fimbriis ornari.

17 – L. III, c. 6, 2 – H. 4; W. 13

| | |
|---|---|
| Kyrie eleison, potentia... mundus fieret. | Kyrie eleison, Domine... Spiritus Sancte, miserere. |
| I, I*, II, Co, HA (in reliquis: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$) | III, HT (in exemplo « illo cum praefatione, cuius meminimus »: Hit$_4$) |

Desunt: Ein$_1$, Ein$_2$, Mon$_2$

Aptior, ordinatior, clarior priore est altera explicatio.

18 – L. III, c. 18, 1

| | |
|---|---|
| ... lectore ordinato. Ante quam aliquid dicam de ascensione diaconi ad legendum, aestimatum est... | ...lectore ordinato. Aestimatum est... |
| I (–Guel$_1$, –ParN$_1$), CanP, [Div] | Guel$_1$, ParN$_1$, I* (–CanP), II, III, Co, HT |

Desunt: Ein$_1$, Erf, Trev$_1$

19 – L. III, c. 18, 11

| | |
|---|---|
| Sed non abhorret a vero, si nostra humilitas... | Sed nostra humilitas... |
| I (–Guel$_1$, –ParN$_1$), HT | Guel$_1$, ParN$_1$, I*, II, III, Co |

Desunt: Ein$_1$, Erf, Trev$_1$

Duae levissimae hae correctiones rationem scribendi dumtaxat afficiunt, cum superflua quaedam verba tollunt.

20 – L. III, c. 24, 8

| | |
|---|---|
| 8. Non ab re est... in mei memoriam facietis ». | 8. Hic concrepant verba... mensam Domini. |
| I (Par$_2$ 1°), I*, HT 1° | Par$_2$ 2°, II, III, Co, HT 2° |

Deest: Ein$_1$

Priore perfectior altiorque est altera explicationis ratio, eademque congruit cum principio ab ipso Amalario in prologo *Postquam scripsi* enuntiato, quaecumque in missae celebratione aguntur, in sacramento dominici passionis agi.

21 – L. III, c. 27, 2-4 – H. 5; W. 14

Ac ideo acolytus... « Nobis quoque peccatoribus »... ad susceptionem diaconi.

I (inter quos Par$_2$: pauca verba in altera lectione inserta, ParN$_1$ pro prima manu, –Guel$_1$, –Lug$_2$, –Par$_1$, –Trec), CanP: pauca verba in altera recensione inserta et deinde nomine « alia lectio » designata, HA (in exemplo unico: Hit$_3$).

Ac ideo acolytus... « Sursum corda »... ad susceptionem diaconi.

Guel$_1$, Lug$_2$, Par$_1$, Par$_2$, [ParN$_1$], Trec, I*, II, III, Co, HT (Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_4$).

Desunt: Ein$_1$, RomVE$_1$

Prior explicatio parum congruit cum descriptione rituum in ordine romano, cuius tamen verba ipse Amalarius in initio capitis exhibet. Ponit enim illa principium canonis in verbis « Nobis quoque peccatoribus », mediam vero partem in clausula « Per omnia saecula saeculorum », finem in ultima orationis dominicae petitione: « Sed libera nos a malo ». Cf. loc. 35.

22 – L. III, c. 37, 4 – H. 6; W. 15

4\. Et ut cetera praetermittam... in ultimo benedictionem petimus.

I, I*, II, Par$_7$ 1°, [Par$_8$], Co, HT (in ceteris tribus: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$).

4\. In duodecim lectionibus non sequitur ista benedictio... non flectimus genua.

[Trec], III (Par$_7$ 2°), HA (« in exemplari quod praefationem habet »: Hit$_4$).

Desunt: Ein$_1$, Erf, RomVE$_1$, Trev$_1$

Cum prius cogitatum suum scribebat, ignorasse videtur Amalarius in fine missarum duodecim lectionum (sabbatis quattuor temporum) benedictionem non dari, id est non recitari orationem super populum. Hoc fortasse Romae didicit.

23 – L. III, c. 38 – W. 16

| | |
|---|---|
| Beatus baptista Iohannes legitur... ex utero matris. | Beatus baptista Iohannes tribus... missa in die. |
| I, I*, II, Par$_7$ 1°, [Par$_8$], HT 1° | III (Par$_7$ 2°), HT 2° (sed pro tribus prioribus verbis scripta sunt haec: « Ideo autem tres missae celebrantur in festivitate beati Ioannis, quia », e *Libro de divinis officiis*, c. 30, PL, 101, p. 1230A). |

Desunt: Ein$_1$, RomVE$_1$

24 – L. III, c. 41, 1-2

| | |
|---|---|
| Quod superius praetulimus... Unde dicit Cyrillus Alexandrinus... | Erat enim tempus... De qua incarnatione dicit Cyrillus Alexandrinus... |
| I, I*, II, HT | III |

Desunt: Atr$_1$, Ein$_1$, RomVE$_1$

Tres secundum ritum romanum celebrari missas in Nativitate sancti Ioannis Baptistae, in vigilia, mane, in die, Amalarius non didicisse videtur, nisi post scriptam priorem explicationem, vel certe in hac consuetudinem tres missas celebrandi non considerat. Bene fieri potuit ut de ea re Romae doceretur.

25 – Epistula IV, 3

| | |
|---|---|
| Iste sanguis novus est... facta sunt nova. | Hic calix est in figura... sanguine alicuius animalis. |
| ParN$_1$, I*, Par$_7$ 2°, [Par$_8$], HT 2° | Guel$_1$, Par$_2$, Stu$_2$ (tota epistula manu recentiore), Trec, II, III (Par$_7$ 1°), HT 1° |

Desunt: I (Guel$_1$, Par$_2$, ParN$_1$, Trec), Ein$_1$, Par$_6$, RomVE$_1$

Altera explanatio paulo amplior est priore et aptius inter se copulat notionem sanguinis novi et notionem sanguinis novi testamenti.

26 – L. IV, c. 2, 14

| | |
|---|---|
| ...diluculo... nos Deus salvare. | ...in articulo diei... dicit psalmus. |
| I*, II, HT | III |

Desunt: Ein$_1$, RomVE$_1$

Secunda explicatio ipsum psalmum 53, *Deus, in nomine tuo salvum me fac*, interpretatur, atque id prorsus sicut in *Libro de ordine antiphonarii*, c. 6,5-6. Cantatur scilicet « pro toto itinere diei », non pro necessitate unius horae tantum.

27 – L. IV, c. 2, 15

| | |
|---|---|
| ...per horam primam et secundam et tertiam. 16. Deinde sequitur... | ...per horam primam et secundam. 16. Deinde sequitur... |
| I*, II, HT | III |

Desunt: Ein$_1$, RomVE$_1$

28 – L. IV, c. 3, 12 – H. 7; W. 18

| | |
|---|---|
| ...scilicet per quartam, et quintam, ac per sextam; ita tamen ut pertingamus ad sextam. | ...scilicet per tertiam, et quartam, et quintam; ita tamen ut pertingamus ad sextam. |
| I*, II, HT (in ceteris: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$). | III, HT (in exemplo « cum praefatione »: Hit$_4$). |

Desunt: Ein$_1$, RomVE$_1$

29 – L. IV, c. 5, 1 – H. 8; W. 19

| | |
|---|---|
| ...per septimam horam, et octavam, et nonam; ita tamen ut in ipsa nona habeant initium reliquae tres repetitiones, quae nos perducant usque ad finem diei. | ...per sextam oram, et septimam, et octavam; ita vero ut nona habeant initium reliquae tres repetitiones, quae nos perducant usque ad XII$^{am}$ horam diei. |
| I, II, HT (in ceteris: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$). | III, HA (in eodem exemplo cum praefatione: Hit$_4$). |

Deest: Ein$_1$

### 30 – L. IV, c. 6, 1 – H. 9; W 20

1. Nona continet nos per decimam horam, et undecimam et duodecimam.
I*, II, HT (in ceteris: Hit1, Hit2, Hit3).

1. Nona continet nos per nonam oram, et decimam, et undecimam.
III, HA (in eodem exemplo cum praefatione: Hit4).

Deest: Ein1

Utriusque computationis rationem demonstrat haec tabella:

| Horae antiquae | Horae hodiernae | Horae canonicae cum suis « repetitionibus » | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | | sec. prior. computationem | | sec. alter. computationem | |
| Initium diei | 6 | | | | |
| I | | | Ps. 53 | | Ps. 53 |
| | 7 | | | P | |
| II | | P | Ps. 118, 1-16 | | 118, 1-16; 17-32 |
| | 8 | | | | |
| III | | | 17-32 | | 33-48 |
| | 9 | | | | |
| IV | | | 33-48 | T | 49-64 |
| | 10 | | | | |
| V | | T | 49-64 | | 65-80 |
| | 11 | | | | |
| VI | | | 65-80 | | 81-96 |
| | 12 | | | | |
| VII | | | 81-96 | S | 97-112 |
| | 13 | | | | |
| VIII | | S | 97-112 | | 113-128 |
| | 14 | | | | |
| IX | | | 113-128 | | 129-144 |
| | 15 | | | | |
| X | | | 129-144 | N | 145-160 |
| | 16 | | | | |
| XI | | N | 145-160 | | 161-176 |
| | 17 | | | | |
| XII | | | 161-176 | | |
| Finis diei | 18 | | | | |

Iam vero prior computationis modus hoc magnum incommodum habet, quod initia horarum canonicarum, tertiae, sextae, nonae, non cum initiis horarum diei, tertiae, sextae, nonae, adaequat, sed cum initiis horae quartae, septimae, decimae. Neque intellegitur quomodo fiat, si repetitiones horae tertiae nos tuentur per horam diei quartam, quintam, sextam, repetitiones vero horae sextae per

horam diei septimam, octavam, nonam, ut hora canonica sexta, ineunte hora diei sexta, hora canonica nona, ineunte hora diei nona, inchoari possit. Altera quidem computatio in hoc peccare videtur quod horae canonicae minores nos non ultra finem horae undecimae suis repetitionibus comitantur, sed hoc praestat quod singulis undecim prioribus diei horis singulas repetitiones psalmi 118 attribuit. Accedit quod haec est computatio quam apertissimis verbis exponit c. 6 *Libri de ordine antiphonarii*, ubi etiam affirmatur consuetudinem fuisse horam diei duodecimam celebratione officii vespertinalis occupare.

31 – L. IV, c. 7, 21

| | |
|---|---|
| ...nihilo minus ei laudem... in dominicis noctibus... | ...ei laudem... verum si sol occubuerit... |
| I*, II, HT | III |

Deest: Ein$_1$

Haec correctio cum superiore cohaeret; notat scilicet Amalarius officium vespertinum quod sabbati vespere agitur, ad noctem diei dominicae non pertinere, nisi post solis obitum, seu post horam duodecimam, celebratur.

32 – L. IV, c. 20, 4

| | |
|---|---|
| ...ad Damasum papam. Simile est illud quod Innocentius... resurrectionis Domini. Ab illo die... | ...ad Damasum papam. Ab illo die... |
| I*, II | III, HT |

Deest: Ein$_1$

33 – L. IV, c. 21, 1-2 – W. 21

| | |
|---|---|
| 3. Quantum potuit institutor... | 1. Hic notandum quod duo officia... a sacerdote in parasceve. 3. Quantum potuit institutor... |
| I*, II | III, HT |

Deest: Ein$_1$

Eandem causam habet suppressio verborum Innocentii quam correctio n. 3-6. Idemque dicendum est de adiuncta nota in principio capituli 21: « Hic notandum est », etc.

34 – L. IV, c. 22 – W. 22

| | |
|---|---|
| 1. Quod lumen ecclesiae... renovationis novi testamenti. | 1. Accenduntur in quinta et sexta... ordo servaretur necne |
| I*, II, Par$_7$ 1°, [Par$_8$], HT | III (Par$_7$ 2°). |

Deest: Ein$_1$

Secunda ratio, coartata valde interpretatione consuetudinis ecclesiarum Gallicarum, pro qua singulis diebus tridui sacri viginti quattuor lumina accenduntur rursusque exstinguuntur, morem romanum, illi consuetudini contrarium, omnem ignem feria sexta in Parasceve exstinguendi ac rursus accendendi, quem Amalarius ab archidiacono Sancti Petri didicerat, paucis verbis explanat. Plene concordat haec altera explicatio cum narratione atque interpretatione quae legitur in c. 44 *Libri de ordine antiphonarii.*

35 – L. IV, c. 26, 9-10 – H. 2; W. 23

| | |
|---|---|
| Similiter et dubitatio... Nec non et ex eo... | Simulque edocemur... Nam ex eo... |
| I*, II, HA (« in tribus »: Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$). | III, HT (in uno exemplo: Hit$_4$) |

Deest: Ein$_1$

Prior ratio auctoritate epistulae s. Gregorii doctrinam commendabat de « Missa apostolica », in qua panis et vinum non aliis verbis consecrarentur, nisi orationis dominicae. Altera vero ratio, plane omissa mentione commenticiae illius doctrinae, alium locum eiusdem epistulae illustrat.

36 – L. IV, c. 32, 9 – H. 10; W. 25

| | |
|---|---|
| In antiphona « Quando natus es »... Quinta tenet verba... | In antiphona secunda « Rubum quem viderat »... quae tenet verba... |
| I*, II, HT (Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$). | III, HA (in exemplo « quod praefationem alteram habuit» : Hit$_4$). |

Deest: Ein$_1$

Prior ratio seriem antiphonarum exhibet ex antiphonario Gallico; altera ex antiphonario ab ipso Amalario composito.

37 – L. IV, c. 33, 2 – H. 11; W. 25

| | |
|---|---|
| ...officii praesentis amisit. 2. Notandum est quod antiphonae... nunc volumus transire per baptysmum. Praesens officium genealogiam... | ...officii praesentis amisit. 2. Praesens sollemnitas celebrat..., *vel*: 2. Praesens officium nocturnale... |
| II, HA (« altera lectio »: Hit3). | I*, III, HT (prima lectio « ex libro cum praefatione »: Hit4), HA (« tertia lectio »: Hit1, Hit2). |

Deest: Ein1

Mirum est hoc notandum in codicibus II, quoniam eaedem antiphonae eodem paene modo in subsequentibus sententiis « Praesens officium genealogiam », etc., explanantur.

38 – L. IV, c. 33, 9-12 – H. 11; W. 25

| | | |
|---|---|---|
| 2. Praesens sollemnitas celebrat... omnes angeli eius. | 2. Praesens officium genealogiam... omnes angeli eius. | 2. Praesens officium nocturnale... sepultura eius recolitur. |
| I*, H (tertia lectio: Hit1, Hit2). | II, HA (« altera lectio »: Hit3). | III, HT (prima lectio « ex libro cum praefatione »: Hit4). |

Deest: Ein1

39 – L. IV, c. 33, 9-12 – H. 11; W. 25

| | |
|---|---|
| 9. Hanc tertiam periocham... usque in praesentationem Domini. Romanus in officio.. subiectis sibi angelis et reliqua... | 9. Hanc tertiam periocham... usque in praesentationem Domini, nisi forte anticipet ...epistulae eiusdem Petri... |
| II, HA (« altera lectio »: Hit3). | I*, III, HT (prima lectio « ex libro cum praefatione » et « tertia lectio »: Hit4 – Hit1, Hit2). |

Deest: Ein1

Non est facile causam et modum huius correctionis definire. Tertiam rationem loci 38 et alteram loci 39 ambas ultimas esse censemus, quippe quae plenius cum c. 21 *Libri de ordine antiphonarii* congruant.

40 – L. IV, c. 34, 5 – H. 12; W. 26

| | |
|---|---|
| 5. Affectum sanctorum suorum... in caput anguli. | 5. Hunc psalmum congruit... habet imaginem mortis. |
| I*, HA (in aliis exemplis: Hit$_1$, Hit$_2$). | II, III, HT (« in exemplari recognito cum praefatione altera »: Hit$_4$ – Hit$_3$?). |

Deest: Ein$_1$

Altera interpretatio prorsus consentit cum explicatione eiusdem psalmi in c. 7, 4-6, *Libri de ordine antiphonarii.*

41 – L. IV, c. 34, 8 – H. 13; W. 27

| | |
|---|---|
| In octavis eius caelebratur... Quale est illud de prima antiphona in octavis theophaniae. | Quia summatim cantatum est de baptismo Christi... Quod monstratur ex prima antiphona in octavis theophaniae. |
| I*, II, HT (Hit$_1$, Hit$_2$, Hit$_3$). | III, HA (in exemplo recognito: Hit$_4$). |

Deest: Ein$_1$

Altera ratione rectius definitur mysterium quod in octavis Epiphaniae celebratur: non solum baptismus noster, ut affirmabat prior ratio, sed etiam ac praecipue baptismus ipsius Domini.

42 – L. IV, c. 39, 1-7

| | |
|---|---|
| Repperi postea auctoritatem... Bedae famuli Dei in Vita sancti Cutbrecti... de tonsura memorati... Cutberti episcopi. | Repperi postea auctoritatem... Bedae famuli Dei in Historia Anglorum... de tonsura in Vita... Cutberti episcopi. |
| I* | II, III, HT |

Desunt: Ein$_1$, RomC

Mentioni *Vitae sancti Cuthberti* Lindisfarnensis episcopi, quae non est a Beda exarata, sed a Lindisfarnensi quodam monacho (AA SS, martii, t. III, pp. 117-124; 119A), et vix quicquam de ratione tonsurae docet, altera ratio auctoritatem adiungit epistulae Ceolfridi abbatis, quae l. V, c. 21, *Historiae Anglorum*, a Beda conscriptae, continetur, de formaque tonsurae fuse dicit. Prior ergo lectio non est in Anglia scripta alteraque antiquior est.

43 – L. IV, c. 43, 3

| | |
|---|---|
| ...ex superioribus verbis... regenerati hominis. | ...demonstratum est ab ipsa ecclesia Romana... in eo caelebratur. |
| I*, II, HT | III |

Deest: Ein$_1$

Ratio altera, contra priorem, ipsis liturgicis ecclesiae Romanae documentis innititur.

44 – L. IV, c. 44, 1-2 – H. 14; W. 30

| | |
|---|---|
| Ideo officia quae celebrantur... Christi baptismum celebrat. | Magi edocti erant... sacramenta recolunt. |
| I*, HT (Hit$_1$? Hit$_2$?) | II, III, HA (« in altero exemplari »: Hit$_3$ – Hit$_4$?) |

Altera interpretatio, cum ipsa officii constitutione nititur, tum melius quaestioni de psalmo 48, *Deus noster refugium*, propositae respondet.

45 – L. IV, c. 44, 3 – H. 14; W. 30

| | | |
|---|---|---|
| 3. Unde et responsorium « In columbae specie »... *Deus noster refugium.* | 3. Unde ad responsorios « Hodie in Iordane... sequens ecclesia ». | 3. Unde ad responsorios « Hodie in Iordane... fecit Dominus ». |
| I*, HT (Hit$_1$? Hit$_2$?) | II, HA (« in altero exemplari »: Hit$_3$) | III (Hit$_4$?) |

Deest: Ein$_1$

Tertia forma videtur esse novissima, quoniam in ea tantum memoratur postremum tertii nocturni responsorium, cuius mentionem

facit c. 21 *Libri de ordine antiphonarii*. E duabus vero reliquis rationibus secunda tertiae vicinior apparet quam prior.

Codices igitur Abr1, And, Aur2, Bam2, Erf, Ful1, Lau, Lug1, Par4, Par5, Par6A, Stu2A, Trev1, VatR3 in unoquoque loco textum non correctum praebent.

Lug2 autem et Par1 textum correctum habent in locis 12 et 21. Trec textum correctum in iisdem locis, 12 ac 21, et praeterea in loco 25; in loco vero 16 duos textus componit, in loco 22 textum correctum exhibet, sed pro textu non correcto substitutum. Par2 textum correctum continet in locis 12 et 15, in locis vero 16, 20, 21 textum correctum cum altero coniungit. ParN1 quidem textum correctum habet in locis 18 et 19, et etiam in locis 12, 16, 21, verum in tribus his textus correctus textui non correcto alia manu substitutus est, ipsaque locorum 18 ac 19 correctio in paucissimorum verborum omissione consistit, quam quis casu accidisse existimaret, nisi adesset etiam in editione I*, II, III. Guel1 denique textum correctum praebet in locis 12, 15, 18, 19, 21, 25. Quae omnia compendiat haec tabella, in qua numero 1 indicatur textus non correctus, numero 2 correctus.

| Loci | 12 | 15 | 16 | 18.19 | 20 | 21 | 22 | 25 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Guel1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| Lug2 | 2 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | Deest |
| Par1 | 2 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | Cod. mutil. |
| Par2 | 2 | 1 | 1.2 | 1 | 1.2 | 2.1 | 1 | 2 |
| ParN1 | [2] | 1 | [2] | 2 | 1 | [2] | 1 | 1 |
| Trec | 2 | 1 | 1.2 | 1 | 1 | 2 | [2] | 2 |

Codices CanC2 atque CanP in iisdem locis 1-24 et 25 textum non correctum continent, praeterquam in locis 12, 19, 21, in quibus uterque textum correctum, et in loco 18, in quo CanC2 solus eum exhibet. In locis libelli IV, 26-45, CanC2 atque CanP praebent ubique textum non correctum, exceptis duobus locis, 37 ac 39, in quibus adest textus correctus.

Codices Cas1, Ein1, Ein2, Ful2 (?), Mon2, Par6B, RomC, RomVE1, SGa4, Stu2B, Vat1, Vat2, Vat3, Ven, Vin1 miro modo inter se consen-

tiunt: in locis libellorum I-III 1-9, 13, 14, 17, 22-24, textum non correctum servaverunt, in ceteris locis eorundem libellorum textum correctum sequuntur. In locis duplicatis 26-37, 39, 41, 43 textum non correctum continent, in duplicatis 25, 40, 42, 44 textum correctum, in triplicatis 38 ac 45 textum quendam intermedium inter textum nullo modo correctum (CanC$_2$, CanP) et plene correctum (Atr$_1$, Div, etc.), seu textum e parte correctum. Una tantum est exceptio, in codicibus Ein$_1$ atque SGa$_4$, qui in loco 13 textum praebent correctum. Quarum omnium rationum intellegentiam iuvet haec tabella, in qua notis 1, 1*, 2, designantur textus nullatenus, textus e parte, textus plene correctus.

| Loci | 12.19.21 | 13 | 18 | 25 | 37.39 | 38.45 | 40.42.44 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| CanC$_2$ | 2 | 1 | 2 | 1 | 2 | 1 | 1 |
| CanP | 2 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | 1 |
| Cas$_1$, etc. | 2 | 1 | 2 | 2 | 1 | 1* | 2 |
| Ein$_{1.2}$ | 2 | 2 | 2 | 2 | 1 | 1* | 2 |
| Ful$_2$ | 2? | 1? | 2? | 2? | 1? | 1*? | 2? |
| Par$_6$B | | | | Deest | (1) | (1*) | (2) |
| SGa$_4$ | 2 | 2 | 2 | 2 | 1 | 1* | 2 |
| Stu$_2$B | | | | (2) | (1) | (1*) | (2) |

Denique codices Atr$_1$, Div, Par$_3$, Par$_8$, in omnibus locis libellorum I-IV, 1-45, continent textum correctum, praeter quam in loco 13, in quo Atr$_1$ et Par$_8$ textum non correctum exhibent. Par$_7$, in eodem loco 13 et in locis 1-3, 7-9, 14, textum non correctum, in locis 4, 15, 16, 22, 23, 25, 34, coniuncte textum correctum ac non correctum, in ceteris, textum correctum praebet, utrumque autem manu prima exaratum. Div textum non correctum quidem habet in locis 5 et 8, sed uterque locus e titulo tantum, eoque postea alia manu inserto, constat. Idem codex, in locis 1-4, 6, 7, 18, ipsi textui correcto textum non correctum similiter adscribit. Quod facit etiam Par$_8$ in locis 1-4, 7-9, 14-16, 22-23, 25, 34, id est in iis omnibus locis in quibus Par$_7$ textum non correctum praebet, sive solum, sive cum textu correcto copulatum.

| Loci | 1–3.7 | 4.15. 16.22. 23.25. 34 | 5 | 6 | 8 | 9.14 | 13 | 18 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Atr1 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 1 | 2 |
| Div | 2.[1] | 2.[1] | 1 | 2.[1] | 1 | 2 | 2 | 2.[1] |
| Par3 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| Par7 | 1 | 1.2 | 2 | 2 | 1 | 1 | 1 | 2 |
| Par8 | 2.[1] | 2.[1] | 2 | 2 | 2.[1] | 2.[1] | 1 | 2 |

Tres igitur distinguendae sunt *Libri officialis* principales editiones ab ipso auctore curatae:

I. Prima, seu editio I, illis codicibus continetur quos numero I designavimus, hisque notis dignoscitur:

1. Semper caret praefatione *Postquam scripsi.*
2. Non habet nisi tres libellos.
3. Desunt ei epistulae V et VI, praeter quam in codicibus Guel1, Par2, Trec.; in codice Par1 vero fortasse ideo una cum prioribus epistulis desunt, quia in illo scriptio *Libri officialis* non ultra verba « Per diem ergo », l. III, c. 44, 8, producta est. Collectio autem epistularum est haec. Ep. I et II continent Aur2 et Par5; ep. I, II et tit. ep. III, Bamb2 (etiam tit. ep. III?), Ful1, Stu2A; ep. I, II, III, Abr1, And, Lau (etiam ep. III?), Lug2, Par4, Par6A, VatR3 (ult. verb. man. rec.); ep. IV, ParN1. Excerptum *Sufficere* praebent post ep. III, Abr1, And, Lug1, Par4, VatR3 (man. rec.).
4. In locis duplicatis 1-24 et 25 constanter formam non correctam continet. Excipiendi sunt tantum sex codices, Guel1, Lug2, Par1, Par2, ParN1, Trec, qui alii aliis in locis, ut dictum est, textum correctum exhibent (p. 153).

II. Secunda editio, seu editio II, eorum codicum est quos numero II signavimus et codicis Hittorpiani Hit3; has autem notas praebet:

1. Caret praefatione *Postquam scripsi*, praeter quam in codice Ein1 et SGa4.
2. E quattuor libellis constat.
3. Epistulas I-VI complectitur. Attamen Par6B nullam epi-

stulam praebet, quoniam epistulae I-III sunt huius exempli partis A; in Stu$_2$ e contrario etiam textus epistulae III ad eius partem B referendus est. Quaenam sit ratio epistularum in Ful$_2$ ignoramus.

4. In locis duplicatis 10-12, 15, 16, 18-21, ac 25, 40, 42, 44 emendatam scriptionem exhibet; in locis 1-9, 13, 14, 17, 22-24, ac 26-37, 39, 41, 43 non correctam; in locis triplicatis 38, 45 e parte emendatam. Ab hac forma nullus codex discedit praeter codices Ein$_1$ et SGa$_4$ in loco 13.

III. Tertiam editionem, seu editionem III, constituunt codices numero III signati et Hittorpianus Hit$_4$; hae sunt propriae eius notae:

1. Semper praefatione *Postquam scripsi* ornatur.

2. Quattuor libellos complectitur.

3. Habet epistulas I-VI.

4. In locis duplicatis praebet textum correctum, in triplicatis plene correctum, exceptis locis duplicatis 1-9, 13-16, 18, 22, 23, 25, 34, in quibus codices quidam textum non correctum, vel solum vel una cum correcto, exhibent.

IV. Quartam quandam editionem, eam tamen e parte tantum novam, seu editionem I* — media namque est inter I et II — demonstrant codices CanC$_2$, CanP, H$_1$, H$_2$, his notis distinctam:

1. Deest illi praefatio *Postquam scripsi.*

2. Constat e quattuor libellis, sed omissis l. IV c. 46 et 47.

3. Caret epistulis V et VI. Ep. IV praebet CanC$_2$; ep. I-IV (et inter ep. III et IV, excerpt. *Sufficere*) CanP.

4. In locis duplicatis 1-11, 13-17, 20, 22-24 praebet textum non correctum; in locis vero 12, 18, 19, 21 textum correctum, nisi quod in loco 18 CanP habet textum non correctum; in loco 25 atque in locis 26-36, 40-44, textum non correctum; in 37 et 39 textum correctum; in triplicatis denique 38 ac 45 textum nequaquam correctum. V. tabellam p. 154.

V. In hoc igitur conveniunt codices Par$_6$, Stu$_2$ et codices editionis I* quod cuncti cum textu trium priorum libellorum ex editione I libellum IV coniungunt, in hoc vero dissentiunt, quod illi libellum IV prorsus talem praebent, qualis est in editione II, hi contra secundum formam quandam illius propriam, quae forma editionis II antiquior videtur. Praeterea Stu$_2$ epistulas III-VI, una cum libello IV ex editione II sumptas, epistulis I-II, ex editione I acceptis, adnectit, cum in codicibus CanC$_2$ et CanP nulla epistula una cum libello IV libellis I-III accesserit.

Porro adiunctio libelli IV in Par$_6$, epistularum et libelli IV in Stu$_2$, multo post Amalarii tempus factam esse, demonstrat status palaeographicus codicum Par$_6$ et Stu$_2$. Codicibus vero editionis I* valde probabiliter existimaverit quis primum quendam libelli IV textum contineri, qui opera ipsius auctoris tribus prioribus libellis, hisque fere non mutatis, accessit, postea vero, primum aliquantum correctus editionis II, deinde diligentius retractatus editionis III textus evasit. Etenim editio II, ubi textus editionis III et textus editionis I* inter se discrepant, ter cum illo (loc. 40, 42, 44) concordat, multo saepius cum hoc (loc. 26-36, 41, 43), bis cum neutro, cum rationem ab utroque differentem demonstrat (loc. 38, 45).

Quam opinionem de origine libelli IV in editione I* suadet etiam absentia, saltem in codicibus CanC$_2$ et CanP, c. 46 et 47. Eidem quidem adversari videntur loci 37 et 39, in quibus codices editionis I*, cum editione III contra II, textum correctum praebent. Res tamen explicari potest, idque duobus modis. Censeri namque licet vel exemplum e quo orti sunt codices CanC$_2$ atque CanP, textum correctum locorum 37 et 39 e codice quodam editionis III accepisse, vel textum illum correctum reapse fuisse priorem, in editione vero II interpolatione auctum esse vel mutatum, in editione III denique in pristinam formam restitutum. Hanc explicationem porro probabiliorem esse arbitramur, quoniam non intellegitur cur in illud commune codicum I* exemplum duae tantum correctiones ex editione III transirent.

Praeterea notandum est textum libellorum I-III in CanP non esse omnino sincerum, sed e duobus inter se diversis fontibus aliquantum mixtum, ut suo loco demonstrabitur.

In pluribus codicibus singularum editionum textus earundem proprius textu aliarum editionum contaminatus, ut aiunt, apparet. Eo modo e codicibus editionis II accepta esse dici possunt textus correctus quorundam locorum et epistulae III-VI vel IV-VI in codicibus editionis I Guel$_1$, Lug$_2$, Par$_1$, Par$_2$, Trec. Quod autem in nullo eorum adiunctus est etiam libellus IV, tam mirum non est. Librarius namque codicis Guel$_1$ sistit in epistula V, 4, post verba « masculino genere posuit »; librarius codicis Par$_2$ desiit post verba « infantie tue nobilissime », media in sententia quadam epistulae VI, 7. In Par$_1$ ipse *Liber officialis* non ultra verba « Per diem ergo » l. III, c. 44, 8 exaratus est. Lug$_2$ tres tantum priores epistulas continet. In uno igitur codice Trec scriptio *Libri officialis* usque ad finem totius appendicis epistularum producta est, id est usque ad ultima epistulae VI verba. Animadvertendum tamen est in eo codice (ff. 165$^r$-172$^v$) statim post epistulam VI scriptam esse expositionem missae *Pri-*

*mum in ordine missae*, quae argumento suo artissime cum libello III *Libri officialis* cohaeret.

Contaminatione quoque fieri potuit ut in codice ParN$_1$, primum, in locis 12 ac 21, postea etiam in loco 16, textus correctus editionis II vel III pro textu non correcto supponeretur. Nihil tamen nos existimare prohibet saltem duas priores correctiones quas praebet etiam Guel$_1$, CanC$_2$, CanP, opera ipsius Amalarii in antiquissimo illo codice, auctori fortasse coaevo, effectas esse. Eidem certe operae adscribenda videtur correctio in eodem codice ParN$_1$ loci 18 atque 19, quam praeter Guel$_1$ nullus alius codex editionis I exhibet.

Etiam contaminationem quandam causam fuisse duxerimus cur codices CanC$_2$ et CanP in locis 37 ac 39 textum correctum habeant. Huius tamen rei alteram quandam probabilioremque explicationem iam proposuimus.

Estne mutuae alicui contaminationi exemplorum aliquot editionis II et editionis III attribuendum quod in eodem loco 13 Ein$_1$ atque SGa$_4$ textum correctum, Atr$_1$, Par$_7$, Par$_8$ non correctum continent? Ein$_1$ atque SGa$_4$ exemplo aliquo editionis III contaminatos esse veri simile certe est, quoniam ambo illi codices *Libro officiali* praefationem *Postquam scripsi* praeponunt, quae editionis III propria est. Non tamen liquet. Etenim ratio atque status paginarum 10-18 codicis SGa$_4$, quae praeter praefationem *Postquam scripsi*, priorem quoque partem praefationis *Gloriosissime imperator*, usque ad ipsa verba « haberent in corde qui nostra », comprehendunt, opinionem suggerunt primas illas *Libri officialis* partes a librario codicis SGa$_4$ iamiam exaratas repertas esse, neque exempli alicuius II, sed III editionis esse. Vide codicis SGa$_4$ descriptionem, *Le texte*, 1933, pp. 317-318. Codex vero Ein$_1$ probabiliter e SGa$_4$ manavit. Huc accedit quod non bene intellegitur cur, si Ein$_1$ atque SGa$_4$ in loco 13 editione III contaminati sunt, idem factum non sit etiam in aliis locis. Discrepantia autem codicum editionis III, Atr$_1$, Div, Par$_3$, Par$_7$, Par$_8$, inter se in eodem loco 13 alio ac probabiliore modo explicatur quam contaminatione, ut mox ostendemus.

Extra eundem locum 13 manifesta nihilo minus est contaminatio codicis Div et praesertim codicum Par$_7$ ac Par$_8$.

Sed non erat adeo fixus illarum editionum status, ut inter earum duas nulla *Libri officialis* textus correctio ab ipso Amalario fieret. Poterat profecto hic, quotiescumque librum suum ab aliquo librario novae evulgationis causa describi iubebat, sine totius operis recognitione ac retractatione, quaslibet tamen emendationes, correctiones, mutationes in illum inducere, eumque id egisse demon-

strant appendicis epistularum incrementa variarumque lectionum rationes.

Primum videlicet emissa sunt exempla quaedam editionis I, praefatione *Gloriosissime imperator* tribusque prioribus epistulis ornata. Quod enim Aur$_2$ et Par$_5$ epistula III carent, id huius documenti omissione vel amissione explicari demonstrat codex Ful$_1$, in quo epistulae III titulus tantum adest, codex Stu$_2$, in quo eiusdem epistulae titulus antiquiore, ipse textus recentiore manu exaratus est, codex Bam$_2$, in quo titulus epistulae III solus, id est sine textu, adhuc legi posse videtur. Fieri nihilo secius potuit ut quaedam ex illis primis exemplis solas duas priores epistulas continerent. Ratio autem cur duo vel tria illa documenta *Libro officiali* ipsius auctoris iussu adnecterentur, haec fortasse fuit, quod priora ex iisdem primis exemplis ad episcopos duarum inter se vicinarum ecclesiarum, Senonensis atque Aurelianensis, mittenda fuerunt. Porro ex illo fonte opera librariorum orti sunt saeculis IX-XII omnes codices editionis I adhuc superstites, excepto ParN$_1$ atque Guel$_1$. De accessione libelli IV in codicibus Par$_6$, Stu$_2$ et epistularum III-VI in Stu$_2$ diximus supra.

Textum vero codicis ParN$_1$ nova quadam evulgatione ab ipso auctore curata constitutum esse ostendit correctio duorum locorum 18 atque 19, absentia epistularum I-III, praesentia epistulae IV. Ex hac porro probabiliter deduxerit quis primum novi huius textus exemplum ad Rantgarium Novionensem episcopum esse missum; solvit namque eadem epistula quaestionem quandam aliquando prius a Rantgario propositam. E contrario correctiones locorum 12, 16, 21 in codice ParN$_1$ alia factae sunt manu, nedum primi eius textus lectiones aestimandae sint. Ex hac deinde evulgatione manibus librariorum exstiterunt saeculo XII codex Guel$_1$, in quo tamen textus loci 16 nondum correctus est et, pro tribus prioribus libellis, CanC$_2$, CanP, ceterique codices editionis I*, in quibus pariter nondum correctus est idem locus 16. Ex hoc iam capite igitur clare apparet editionem I*, quod ad tres priores eius libellos attinet, non cum prioribus editionis I divulgationibus cohaerere, sed cum nova illa, cuius praeclarissimus testis est codex ParN$_1$. Quod aliter esse non poterat, siquidem in textu editionis I* libellus IV primum tribus prioribus opera ipsius Amalarii additus est. Attamen praeter textum alterius huius divulgationis librarius codicis CanP etiam alio exemplo, e priore emissione orto, usus est, indeque factum est ut in loco 18 textum non correctum restitueret.

Estne etiam editio II in duas distinctas evulgationes dividenda, sicque explicandum cur in loco 13 codices Ein$_1$ et SGa$_4$ textum correctum habeant, cum ceteri codices editionis II cuncti ista correctione

careant? Haec explicatio in se probilissima quidem apparet, sed, ea admissa, sequitur codices editionis III, Atr$_1$, Par$_7$, Par$_8$, in eodem loco, pro textu correcto textum non correctum, seu pro solutione quaestionis ipsam quaestionem instaurasse. Malumus igitur, ut diximus, exceptionem codicis Ein$_1$ et SGa$_4$ contaminationi cuidam adscribere, etsi haec admissio suas quoque difficultates habet, duas vero distinctas divulgationes in editione III agnoscere, quarum priorem curavisse putandus est Amalarius, ante quam gubernacula ecclesiae Lugdunensis suscepit (835), alteram cum illa tenebat (usque ad annum 838). Ex illa orti sunt postea codices Atr$_1$, Par$_7$, Par$_8$, qui loci 13 correctione carent; ex hac codices Div et Par$_3$, qui eam exhibent. Quin etiam utraque hac antiquiorem quandam editionis III evulgationem demonstrare dicenda esset lectio « ut... feliciter deinceps vivat » in prooemio *Postquam scripsi*, 8, codicum Ein$_1$ et SGa$_4$, si certum esset eam esse priorem lectionem postea ab ipso Amalario in alteram « ut... in spe homo vivat » mutatam.

Facilioris securiorisque comparationis gratia, propria tabella coniuncte demonstramus quam lectionem praebeant codices principaliores in sex illis locis quos indicavimus, id est 12 ac 21, 13, 16 18, 19, quasque epistulas libello III adnexas iidem contineant. Nota « to » significatur epistula tota, nota « ti » epistulae titulus tantum, seu titulus sine textu, nota « te » textus sine titulo. Inter parentheses quadratas ponuntur loci in quibus manu recentiore lectio quaedam pro altera substituta est; intra parentheses rotundas epistulae manu posteriore adiunctae. In codice VatR$_3$, v. gr., epistulae III titulus ac fere totus textus manu antiquiore exaratus est; extrema epistulae verba et excerptum *Sufficere* manu multo recentiore.

Codices Abr, And, Lug$_1$, Par$_4$ in unum coniungendi sunt, et ad cunctos referendae notae quae duobus ultimis apponuntur. Codicum Aur$_2$ et Par$_5$ ceterorumque illius familiae exemplorum cognationibus adversari videtur quod duo priora *Epistula III* omnino carent; nulla enim causa est existimandi textum alterutrius codicis absolutum non esse. Rei autem explicatio quam supra (p. 159) proposuimus, eo confirmatur, quod inter duos eosdem codices nulla peculiaris coniunctio apparet; immo Par$_5$ codicibus Par$_6$A et Stu$_2$A multo est vicinior quam codici Aur$_2$. V. tabellas p. 176-177. Prima codicum Erf et Trev$_1$ nota ad locum 21 tantum refertur; ambo enim in loco 12 deficiunt. De Ful$_2$ denique, ob eam quam diximus causam (p. 125), incertum nobis manet utrum editionis I* sit, an II, an mixtae; probabiliter tamen existimari potest illo recensionem quamdam editionis II contineri, textui codicum italicorum Cas$_1$, etc., non dissimilem. V. p. 192.

| Codices | Loci duplicati | | | | | Appendicis epistularum documenta | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | 12.21 | 13 | 16 | 18 | 19 | I=II | III | | IV | V | VI |
| Abr1.And. | | | | | | | | | | | |
| Lug1.Par4 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | to | *Sufficere* | | | |
| Aur2 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | | | | | |
| Bam2 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | ti? | | | | |
| Erf.Trev1 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | Epist. omissae omnes | | | | | |
| Ful1 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | ti | | | | |
| Lau | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | Cod. mutilus | | | | |
| Lug2 | 2 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | to | | | | |
| Par1 | 2 | 1 | 1 | 1 | 1 | Script. manca a l. III, c. 44, 8 | | | | | |
| Par2 | 2 | 1 | 1,2 | 1 | 1 | to | to | | to | to | to, sec. manu |
| Par5 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | | | | | |
| Par6A | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | to | | | | |
| Stu2A | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | ti | | | | |
| Trec | 2 | 1 | 1,2 | 1 | 1 | to | to | | to | to | to |
| VatR3 | 1 | 1 | 1 | 1 | 1 | to | to (ult. verba) | (*Sufficere*) | | | |
| ParN1 | [2] | 1 | [2] | 2 | 2 | | | | to | | |
| Guel1 | 2 | 1 | 1 | 2 | 2 | to | to | | to | to | script. manca |
| CanC2 | 2 | 1 | 1 | 2 | 2 | | | | to | | |
| CanP | 2 | 1 | 1 | 1 | 2 | to | to | *Sufficere* | to | | |
| Cas1, etc. | 2 | 1 | 2 | 2 | 2 | to | to | | to | to | to |
| Ein1.SGa4 | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | to | to | | to | to | to |
| Ful2 | 2? | 1? | 2? | 2? | 2? | to? | to? | | to? | to? | to? |
| Par6B | | | | | | | | | | | |
| Stu2B | | | | | | | (te) | | (to) | (to) | (to) |
| Atr1, etc. | 2 | 1 | 2 | 2 | 2 | to | to | | to | to | to |
| Div, etc. | 2 | 2 | 2 | 2 | 2 | to | to | | to | to | to |

*Libri officialis* primam editionem Ludovico imperatori I ab Amalario, paulo postea quam absoluta est, oblatam, oblationem autem ipsam non ante annum 819 vel etiam 823 factam testatur praefatio *Gloriosissime imperator*. V. pp. 134-135. Quando vero exarata sit epistula Amalarii ad Ieremiam Senonensem archiepiscopum, qui hanc ecclesiam annis 818-827 vel 828 gubernavit, utrum ante quam Ieremias ad munus illud accessit an postea, non constat. Nihil qui-

dem est in ipsa Amalarii epistula, neque in Ieremiae responso, quo ostendatur hunc iam tum archiepiscopum fuisse, cum illa scribebantur. Simili dubitationi subiacet epistula III; hoc unum a documenti inscriptione deducendum videtur, illud *Libro officiali* adiectum esse tempore quo Ionas ecclesiam Aurelianensem regebat, id est annis 818 (vel 821, vel 825)-843. Epistula IV contra Rantgario missa est, cum hic vir ecclesiae suae Novionensi praeerat, seu annis 825-829, iisdemque annis vel paulo ante paratam esse constat novam evulgationem editionis I quam praebet codex ParN1. Quintam epistulam annis 822/836 exaratam supra probavimus. Sextam denique eodem tempore compositam credendum est, quippe quae iam a Floro diacono Lugdunensi memoretur in *Opusculo I adversus Amalarium*, quo res ab hoc annis 835-838 Lugduni gestas narrat (v. p. 136).

Libellus IV neque ante annum 829 vel 830, neque post eos conscribi potuit, quoniam eius c. 2,1, primum Ludovici imperatoris eiusque filiorum dissidium iam memorare existimandum est et nihilominus totius *Libri officialis* retractatio seu editio II absoluta erat, cum ad finem anni 830 Amalarius Romam peregrinatus est.

Editionem III inter Amalarii in Galliam reditum, anno 831, et susceptam ab eo, ineunte anno 835, ecclesiae Lugdunensis administrationem primum vulgatam esse, declarat ipse Amalarius in praefatione *Postquam scripsi*, idemque ostendunt et complures e correctionibus quas supra percensuimus, et facta quae a Floro diacono in tribus suis *Opusculis adversus Amalarium* exponuntur. Denuo autem emissa est, cum Amalarius ecclesiae Lugdunensi praeerat, sicque factum ut duorum huius divulgationis exemplorum quae ad nos usque pervenerunt, Div et Par3, alterum Divione, alterum Engolismi ortum haberet.

## Articulus IV

### *De «Libri officialis» retractationibus*

### De *Retractatione I*

Inter *Libri officialis* retractationes, quae non iam ab ipso Amalario, sed ab aliis concinnatae sunt, primus locus sine dubitatione concedendus est retractationi illi duorum libellorum, quam complectuntur codices Al, Bol, CanC1, CanT1, Hol, ParN3, Vin3. Habet enim illa haec merita quod plenum quendam editionis III textum adhibuit et, quamquam huius dimidiam prope partem omisit, retentos locos integros paene, intactos sincerosque praestat, id est

paucissimis admissis inductisve verborum omissionibus, inversionibus, mutationibus, interpolationibus. Antiquitate praeterea cum inter omnes retractationes praestet, optimisque quibusdam exemplis transmissa sit, quorum unus anno 900 circiter scriptus est, in ipsa Gallia Belgica seu Neustria septentrionali nata videtur, in qua Amalarius, post commorationem suam Romanam anno 831 in patriam reversus, III$^{am}$ *Libri officialis* editionem paravit; unde haec mox usque in Britanniam minorem (CanC1) et in Angliam meridionalem (CanT1) propagata est.

Huius retractationis materiam suppeditasse exemplum quoddam editionis III eo demonstratur quod in omnibus locis duplicatis sive triplicatis quos percensuimus, illius textus cum textu editionis III constanter convenit; variarum autem lectionum rationes aliaeque singulares similitudines manifestissimum faciunt eundem *Retractationis I* textum textui codicis Par3 vicinissimum esse,etsi nobis non constat quo modo id factum sit.

Quoniam autem *Retractatione I* in concinnanda nostra editione perpetuo usi sumus, dispositio vero rerum in ea valde diversa est ab ipsius *Libri officialis* ratione, ut qui voluerit lector, nihilo secius singulas e quibus constat partes, facile reperire ac secundum ordinem quem in ea habent, disponere possit, hunc breviter describendum duximus, adhibitis codicibus Al, Bol, CanC1, CanT1, ParN3. Termini, id est initium et finis, capitulorum *Retractationis I* horumque partium, vel indicantur signis ⌜ ⌝, quibus in nostrae editionis textu clauduntur loci *Libri officialis* in *Retractatione I* servati;vel definiuntur additis inter parentheses, in hoc indice, eorum primis postremisque verbis; vel, ubi utraque indicatio haec deest, cum terminis capitulorum ac paragraphorum *Libri officialis* prorsus congruunt.

## Liber I

C. 1. Praefatio *Postquam scripsi*, 1-21.

2. *De septuagesima*. L. I, c. 1, 1-2; 5-6; 16-19; 23; « Eadem quoque ratione... nobiscum crucem adorare », inter *Lect. discr. long.*, II, 1.

3. *De sexagesima*. L. I, c. 2, 1; 4-6.

4. *De quinquagesima*. L. I, c. 3, 1-3.

5. *De quarta feria, id est caput ieiunii*. L. I, c. 7, 1-3; « Et de nomine Adam... ex virgine sumpsit, figurabat », inter *Lect. discr. long.*, II, 2.

6. *De quadragesima*. L. I, c. 4, 1; 4-5.

7. *De dominicis diebus in matutinali officio a septuagesima ad pascha.* L. IV, c. 18, 1-4.
8. *De versibus qui in quinquagesima sunt usque in passionem Domini.* L. IV, c. 19, 1.
9. *De passione Domini et gloria.* L. IV, c. 20, 1-6.
10. *De sabbato ante palmas.* L. I, c. 9, 1-3; 5.
11. *De die palmarum.* L. I, c. 10, 1-2; « Eadem die ad passionem... Gloria tibi, Domine », inter *Lect. discr. long.*, II, 3.
12. *De quarta feria maioris ebdomadae.* L. I, c. 11, 1; 2; 14; « Et ad illam passionem... Gloria tibi, Domine », inter *Lect. discr. long.*, II, 4.
13. *De caena Domini.* L. I, c. 12, 1; « Dicta autem antiphona... crisma conficiendum », inter *Lect. discr. long.*, II, 5; 1 (« In eo lavantur pedes fratrum... veniunt ad solutionem »); 32-33.
14. *De eo quod corpus Domini observandum sit.* L. I, c. 12, 34; 35-36; 36-37; 52; 53; 54.
15. *De caena Domini et parasceve ac sabbati sancti officio diurnali et nocturnali.* L. IV, c. 21, 1-9 (« ... ordinum angelorum »).
16. *De agro et molina et lecto.* L. IV, c. 21, 9 (« Haec tria genera »...) – 12.
17. *De extinctione luminum.* L. IV, c. 22, 1-4.
18. *De parasceve, id est VI feria ante pascha.* L. I, c. 13, 1-2; 3-4; 4 (duo loci); 5 (duo loci); 9; « Domini secundum Iohannem... Gloria tibi, Domine », inter *Lect. discr. long.*, II, 6; 12-13; 13-14; « Tunc veniens pontifex... orationes per ordinem », inter *Lect. discr. long.*, II, 7; 15 (duo loci); 16-19; c. 14, 1; « Presbyteri, diaconi... Beati immaculati », inter *Lect. discr. long.*, II, 8; 4-7; 14-15; 19-20; c. 15, 1-3 (... « sed ieiuni »); « Et postquam adductum fuerit... in loco suo », inter *Lect. discr. long.*, II, 9; 3 (« Et isto »...).
19. *De sabbato sancto.* L. I, c. 16, 1-2.
20. *De cereo benedicendo.* L. I, c. 18, 1; 5.
21. *De lectionibus et canticis.* L. I, c. 19, 1-18.
22. *De duobus caereis et caticuminis.* L. I, c. 20, 1; 2-3; « Nam si hoc... nemo variasset », inter *Lect. discr. long.*, II, 10.
23. *De pronuntiatione lectionum in vigiliis paschae et in vigiliis pentecosten.* L. I, c. 21, 1-3; 3-4.
24. *De letaniis erga fontes baptisterii.* L. I, c. 28, 1-3.
25. *De vestimento albatorum et recapitulatio de septuagesima.* L. I, c. 29, 1-5 (... « in novissimo die »).
26. *De utendis vestibus albatorum.* L. I, c. 29, 5 (« Unde mihi »...)-7; 9-10.

27. *De inluminatione cereorum.* L. I, c. 30.
28. *De missa in nocte.* L. I, c. 31, 1-12.
29. *De octo diebus neofytorum.* L. I, c. 32, 1-10; c. 33, 2; L.IV, c. 23, 24 (... « in fine officii »); 12 (« Igitur quia... dies dominica »); 14.
30. *De die sancto paschae.* L. I, c. 34, 1; 2.
31. *Demonstratio quod informent sex dies paschales ceteros dies dominicos et iustos homines; et dies quinquaginta a sabbato paschae usque ad sabbatum octavarum pentecostes futuram vitam; et cotidiani dies, sive septuagesimi dominici, seu quadragesimales penitentes.* L. I, c. 35, 1-3; 6-9.
32. *De diebus pentecostes.* L. I, c. 36, 1-13.
33. *De letania maiore.* L. I, c. 37, 1-7; « Id est ob duas causas... fruges conservandas », inter *Lect. discr. long.*, II, 11; 8-10.
34. *De vigilia pentecosten.* L. I, c. 38, 1-8; 9; 11.
35. *De sequentibus VII diebus pentecosten.* L. I, c. 39, 1-2.
36. *Quanto tempore debent esse sub disciplina chrismatis qui non consequuntur manus inpositionem episcoporum tempore baptisterii sed post.* L. I, c. 40, 1-2; « Alium diem habet sapientia... per septem dies », inter *Lect. discr. long.*, II, 12. Cfr. *Off.*, l. IV, c. 27, 23-24.
37. *De missa Innocentum.* L. I, c. 41, 1-2.
38. *De observatione per annum dierum et recapitulatione.* L. IV, c. 37, 1-11; 11-16 (... « eorundem sanctorum resurrectioni ») c. 35, 2; c. 34, 10; c. 37, 16 (« Pro hac re »...)-24 (... « beatus Agustinus »); « De quo ieiunio dicit Gregorius... fruges conservandas », inter *Lect. discr. long.*, II, 18; 24 (« In his enim »...); c. 46.

Liber II

C. 1. *De duodecim lectionibus.* L. II, c. 1, 1-5; 6; « Prima consecratio celebratur... in quarta propter tarditatem », inter *Lect. discr. long.*, II, 13 (est brevissimum compendium alterius partis eiusdem c. 1); c. 2, 1; 6; 6-7; 12 (duo loci); 14; c. 3, 12-13; l. III, c. 37, 4.
2. *De officio missae.* Praefatiuncula libelli III.
3. *De signis quibus congregamur in idipsum.* L. III, c. 1, 1-2; 4-6; 6; 8-9.
4. *De situ ecclesiae et quare vocatur basilica.* L. III, c. 2, 1; 4-11; 13.
5. *De introitu episcopi ad missam.* L. III, c. 5, 1-4; 5-6; 7; 12; 20-22; 22; 23 (prior locus); 19-20; 23 (alter locus).

6. *De kyrieleison.* L. III, c. 6, 1-4; 5; l. IV, c. 26, 5 (duo loci).
7. *De « Gloria in excelsis Deo ».* L. III, c. 8, 1; 2-3.
8. *De prima oratione missae.* L. III, c. 9, 1; 3; 4; 4-5; 6-7.
9. *De lectione et officio lectoris et cantoris.* L. III, c. 11, 1 (prior locus); « Lectio quae legitur... sessionem significat », inter *Lect. discr. long.*, II, 14; 1 (alter locus); 3; 14; 17, 18; 19-20; 7.
10. *Quid sit inter responsorium et tractum.* L. III, c. 12, 1-4.
11. *De alleluia.* L. III, c. 13.
12. *Quid sit inter alleluia et tractum.* L. III, c. 14, 1-2.
13. *De expoliatione casularum.* L. III, c. 15, 1-2.
14. *De tabulis.* L. III, c. 16, 1-2; 2-3.
15. *De ascensu in pulpitum.* L. III, c. 17, 1; 5.
16. *De diaconi ascensione in tribunal.* L. III, c. 18, 1 (duo loci); 3 (duo loci); 3-4; 5; 5-6; 6-9, 11; 13-14.
17. *De officio quod vocatur offerenda.* L. III, 19, 1; 9-11; 12-13; 13-14 (... « in sequentibus missae »); l. II, c. 11, 4; l. III, 19, 14 (« Christus enim »...)-15; 16; 22 (... « septem diaconorum »); l. IV, c. 47, 1-2; 3; l. III, c. 19, 22 (« Lavat sacerdos »...)-23, 24; 27 (duo loci); 30; 30-31; l. II, c. 24, 1, 2; l. III, c. 19, 36 (duo loci).
18. *De secreta.* L. III, c. 20, 1; 1-2.
19. *De ymno ante passionem.* L. III, c. 21, 1-2; 3-4; 4-5; 8 (duo loci); 9; 11-12.
20. *De ymno « Sanctus, sanctus, sanctus ».* L. III, c. 22.
21. *De « Te igitur ».* L. III, c. 23, 1-2; « Quomodo autem posito... donec liberentur a malo », inter *Lect. discr. long.*, II, 15; 3; c. 25, 7; c. 26, 3 (duo loci); 3-6; 6-7; 9; 10 (duo loci); 14; c. 27, 8; 9; c. 28, 1-2; c. 29, 1 (... « se solo rogat »); 8, 1 (« Publica est »...)-3; « Et subdiaconus... caritate significat », inter *Lect. discr. long.*, II, 16; c. 31, 1; 2-3; 6.
22. *De pacis osculo inter viros et mulieres.* L. III, c. 32, 2.
23. *De « Agnus Dei ».* L. III, c. 33, 1-2.
24. *De eucharistia et quales communicent.* L. III, c. 34, 1-2 (...« et qui cotidie »); Ep. VI, 16; l. III, c. 34, 2 (« quibus utrisque »...) -3; 3; Ep. VI, 20; l. III, c. 34, 4; Ep. VI, tit. (« Amalarius Guntardo dilecto filio ait »); 17-18; l. III, c. 34, 5-6.
25. *De parte oblatae quae remanet in altari.* L. III, c. 35, 1-4.
26. *De ultima benedictione.* L. III, c. 36, 1-2; 6; 7-9.
27. *De ulteriori ultima benedictione.* L. III, c. 37, 1-3; 3-4.
28. *De offerenda « Vir erat ».* L. III, c. 39, 1; 2.
29. *Mentio mihi occurrit qua hora diei caelebranda sit missa a libere vacantibus.* L. IV, c. 40, 1-9; l. III, c. 42, 3; 4-5.

30. *De missa pro mortuis.* L. III, c. 44, 1; 2; 2-3; 8; 9-11; 16-17.
31. *De exsequiis mortuorum.* L. IV, c. 41, 1-13.
32. *De officiis mortuorum.* L. IV, c. 42, 1-13.
33. *De adventu Domini.* L. III, c. 40, 1-9; 9-10.
34. *De nativitate Domini.* L. III, c. 41, 1-2.
35. *De theophania et ypopanti.* L. IV, c. 33, 1-2; 4; 8-9; 18 (« Oportet nos cereos »...); l. III, c. 43, 1 (« Sergius quoque papa praecepit »...).
36. *Repetitio de antiphona « Fluminis impetus », quae cantatur in theophania.* L. IV, c. 44, 1-4.
37. *De vespertinali sinaxi.* L. IV, c. 7, 1-15; 16-31.
38. *Repetitio de versu et de lectione.* L. IV, c. 45, 1-2; c. 9, 13; 14 (« Ipsa enim »...)-16 (... « oratio versuum »); c. 3, 22 (« In istis lectionibus »...)-24 (... « cognoscunt auctorem »); l. IV, c. 45, 3; 4 (... « omnia adversa »); c. 4, 10-11; 13-14 (... « et subsequitur »); c. 45, 4 (« Hanc orationem »...)-5.
39. *De canticis caticuminorum.* L. I, c. 22, 1-4.
40. *De olei unctione in sabbato sancto in pectus et inter scapulas.* L. I, c. 23, 1-11.
41. *De eo quod comprobatur ex evangelio posse salvari caticuminos per confessionem ceterorum fidelium.* L. I, c. 24, 1-9; 10; 10-11; 13.
42. *De consecratione baptisterii.* L. I, c. 25, 1-6.
43. *De inmissione cerei in aquam clamante voce sacerdotis.* L. I, c. 26, 1-6.
44. *De unctione crismatis a presbitero et de inpositione manus episcopi super neofytum.* L. I, c. 27, 1-5; 7-9; 10; 12; 15; 20; 30; 32.
45. *Amalarius ad Necdonem abbatem de seraphin et cherubin.* Ep. V, 1-5.
46. *De hora prima.* L. IV, c. 2, 1-15; 1, 6 (... « psalmos, id est cantamus XII psalmos per XII horas noctis »); c. 2, 16-26; c. 3, 30-31 (... « in officio primae »); c. 2, 27; 28.
47. *De tertia.* L. IV, c. 3, 1-31.
48. *De oratione quam conventus fratrum celebrat per aliquot cursus diurnos nocturnosque.* L. IV, c. 4, 1-7 (... « pertinet ad postulationem »); 7 (« Sit quartus »...)-15 (... « debemus pro septima »); « Septima aetate... quietis intravit », Beda, *De temporum ratione*, c. 10, PL, 90, p. 340B; 16 (« et octava aetate »...) -18 (... « aetatibus pro »); « VII[a] est quia animae tamen... cum Deo regnabunt », inter *Lect. discr. long.*, II, 17 (varius est in codicibus huius glossae locus); « Perficietur autem... erit eis », Beda, *De temporum ratione*, c. 10, p. 340B (item); 18 (« septima vel octava »...).

49. *De sexta.* L. IV, c. 5, 1-5.
50. *De nona.* L. IV, c. 6, 1-4.
51. *Legimus in Esdra quod iam memoravi. De vespertina synaxi. Require retro quia iam scripsimus, sed in hoc loco congruentius pertinet. De completorio et partibus noctis.* L. IV, c. 8, 1-10.
52. *De tribus psalmis qui cantantur in nocturnali officio per septem dies baptismales.* L. IV, c. 23, 1; 3-4; 4-5; 6; 7-9; 12-14; 16 (duo loci); 20-21; 22; 24; c. 43, 3; c. 23, 26-27; 29; « Et quidem modo mali... quod venturum erat », AUGUSTINUS, *Enarratio in psalmum CXLVIII*, 1, PL, 37, p. 1938; c. 27, 10-14; 14-19; 20-21.
53. *Amalarius Guntardo dilecto filio in disciplina Christi.* Ep. VI, 1; 2-6; 7-15; « Scio, carissimi, moveri posse... venditor invitantis », AUGUSTINUS, *In Ioannis evangelium tractatus LXII*, PL, 35, pp. 1801-1802.
54. *De nocturnali officio dominica die.* L. IV, c. 9, 1-23.
55. *De matutinali officio.* L. IV, c. 10, 1-3.
56. *De octo ordinibus electorum.* L. IV, c. 10, 4-18.
57. *De nocturnali officio per cotidianas noctes.* L. IV, c. 11.
58. *De matutinali officio per cotidianas noctes.* L. IV, c. 12, 1-12.
59. *De tertia feria.* L. IV, c. 13, 1-2.
60. *De quarta feria.* L. IV, c. 14, 1-2.
61. *De quinta feria.* L. IV, c. 15.
62. *De sexta feria.* L. IV, c. 16, 1-3.
63. *De sabbato.* L. IV, c. 17, 1-16.

Continet ergo huius *Retractationis* l. I praecipue excerpta ex *Off.* l. I, c. 1-4, 7, 9-16, 18-21, 28-41, excerptis ex *Off.* l. IV, c. 18-23, 34, 35, 37, 46 completa; l. II vero, partim excerpta ex *Off.* l. III, c. 1-3, 5, 6, 8, 9, 11-23, 25-29, 31-37, 39-45, *Ep. V et VI*, quibus accedunt excerpta ex *Off.* l. I, c. 22-27; l. II, c. 1-3, 11, 24; l. IV, c. 4, 7, 9, 26, 33, 40-42, 44, 45, 47; partim excerpta ex *Off.* l. IV, c. 2-6, 8-17, 23, 27, 43, *Ep. VI.*

In eadem hac *Retractatione I* undecim loci e *Libri officialis* libello III et praesertim IV bis descripti sunt, cum non solum in primo suo contextu retenti, sed etiam ex hoc excerpti separate exhibentur. Quoniam autem bini hi textus non parum plerumque alter ab altero differunt, in singulis locis praecipuae etiam textus excerpti lectiones praebendae erant. In apparatu igitur critico littera *Q* vel *B* codices ParN3 vel Bol designavimus, quatenus hunc excerptum textum praebent. Undecim illi loci sunt:

| Loci bis descripti | E *Libro officiali* | In *Retractatione I* | |
|---|---|---|---|
| | | Cum suo primo contextu (Q, B) | Extra suum contextum (*Q*, *B*) |
| 1. In XII lectionibus – non flectimus genua .......... | L. III, c. 37, 4 | L. II, c. 27 | L. II, c. 1 |
| 2. Amalarius Guntardo dilecto filio ...................... | Ep. VI, titulo | L. II, c. 53 | L. II, c. 24 |
| 3. In istis lectionibus – cognoscunt auctorem........... | L. IV, c. 3, 22-24 | L. II, c. 47 | L. II, c. 38 |
| 4. Hic iterum cupimus – in officio missae .............. | L. IV, c. 3, 30-31 | L. II, c. 47 | L. II, c. 46 |
| 5. Postremo surgit – nullus est neque erit ................ | L. IV, c. 4, 10-11 | L. II, c. 48 | L. II, c. 38 |
| 6. Idcirco merito sacerdos – et subsequitur .............. | L. IV, c. 4, 13-14 | L. II, c. 48 | L. II, c. 38 |
| 7. Hic dicendum est quid sit – in quibus dubitant........ | L. IV, c. 9, 13 | L. II, c. 54 | L. II, c. 38 |
| 8. Ipsa enim dubitatio – sequatur oratio versus ...... | L. IV, c. 9, 14-16 | L. II, c. 54 | L. II, c. 38 |
| 9. Igitur quia una – sit dies dominica .................... | L. IV, c. 23, 12 | L. II, c. 52 | L. I, c. 29 |
| 10. Sicut dies recolit – uni diei aptari ..................... | L. IV, c. 23, 14 | L. II, c. 52 | L. I, c. 29 |
| 11. Habemus scriptum – in fine officii ..................... | L. IV, c. 23, 24 | L. II, c. 52 | L. I, c. 29 |

## De *Retractatione II*

Alteram quandam retractationem complectuntur codices Guelferbytensis 2, Monachensis 3 et 4, quam non editionis III esse, sed I, demonstrant eius lectiones libellique IV absentia. Inter illam et ipsum *Librum officialem* haec sunt praecipua discrimina. Desunt in ea totius operis titulus ac praefationes, capitulorum indices et numeri, appendix epistularum, ita ut *Liber officialis* ex uno libro constare videatur. Adsunt quidem ex ordine omnia capitula libelli I et II; sed l. I c. 6 in tria capitula divisum est: *De sexta varietate cenae Domini*, « Sexta varietas est... usque in sabbato sancto servamus » (c. 6, 1); *De consecratione olei*, « Olea ipsa arbor... si tamen fidem habeant » (2-23); *De oleo pro infirmo*, « Ante quam dicatur Per quem

haec omnia... et relicto eo omnes fugerunt » (25-54). L. II c. 15 inscriptum est *De habitu sacerdotis*, mutatusque est ordo eius sententiarum. Adsunt quoque omnia capitula libelli III, et ea eodem ordine quo in ipso *Libro officiali*, nisi quod c. 39 post c. 44, id est ultimo loco, positum est. Ultima paragraphus c. 16 a vocibus « Haec iubilatio », inserto ante ea proprio titulo, *De sequentia*, ab eodem capitulo divisa apparet. C. 23 simul contractum est et interpolatum; digestum quoque in duas partes inter se aequales eodemque titulo inscriptas: *De « Te igitur »*, « Perseverant... et pro choro sacerdotum » (1-13); *De « Te igitur »*, « Te igitur clementissime pater... (ex *Expositione missae « Dominus vobiscum »*, par. 24, ss.) sustinuit a traditore » (13-26). In Guel2, casu, ut opinamur, desunt l. III c. 23 altera pars fere tota (ultima verba sunt « dixit Baldasar: Dona » e par. 15) et c. 24-34. Inter l. III c. 37 et c. 38 in Mon3 et Mon4 interposita sunt quattuor haec scripta *Expositio super dominicam orationem*, altera eiusdem orationis expositio cuius priora verba sunt « Pater noster. O quam magna est », *Expositio Maximi episcopi super symbolum apostolorum*, *Explanatio symboli cuiusdam per interrogationem et responsum*. In Guel2 eadem series, sed quinto scripto quodam, seu *Expositione super Quicumque*, copiosior, alterum ab altero separat l. III c. 23, mutilum, ut diximus, et c. 35.

*Retractatio II* saeculo X exeunte, vel, quod probabilius est, saeculo XI redacta est, in Alemannia vel Bavaria. Eius universus textus magis mutatus contractusque est, quam ut in paranda editione nostra facile et utiliter adhiberetur.

## De *Retractatione III*

*Retractatio III*, in codice Bambergensi 3, ff. 1r-215v, et Vindobonensi 2, ff. 1-121, servata, quattuor libellos *Libri officialis*, admixtis excerptis e libro Isidori Hispalensis, *De ecclesiasticis officiis* et Rabani Mauri, *De institutione clericorum*, ad tres redegit. Horum primus e 40 capitulis constat, quorum primum inscribitur *De adventu Domini* (inc. « In antiquis missalibus »), ultimum *De octava pentecoste*, ita ut cum *Libri officialis* l. III c. 40 et l. IV c. 29 congruant. Alter libellus 20 capitula complectitur, quorum primum est de *Duodecim lectionibus*, sicut *Libri officialis* l. II, c. 1, ultimum titulum habet *De sacramento quadragenarii et quinquagenarii numeri.* E 29 libelli tertii capitulis primum *De signis quibus congregamur in idipsum inscriptum est.* 27um *De consueto tempore missae*; respondent igitur *Libri officialis* l. III c. 1 et 42. Caput 28um autem, si ex eius titulo, *Brevis expositio missae*, iudicare licet, aliud nihil est quam

commentarium illud missae quod Remigio Autissiodorensi (o. 908 circ.) adscribi solet et ps. Alcuini *Libri de divinis officiis* c. 40 est. Denique c. 29, sine proprio titulo incipit « De sacerdotibus missarum tempore, si egritudinis aliquis eventus accesserit », et desinit « Si quis haec transgressus fuerit, ab officio suspendatur ».

De *Retractatione IV*

Superioris retractationis non dissimilis est illa quam nobis transmisit codex Bambergensis 4; in ea, paucissimis aliis documentis admixtis, in libros duos redacta est tota fere materia libellorum quattuor *Libri officialis* (ex editione II) et *Libri de divinis officiis* ps. Alcuini, non omissa *Brevi descriptione missae*, quae est, ut diximus, huius operis c. 40, auctorem vero habere videtur Remigium Autissiodorensem (o. 908 circ.). Quae ad huius retractationis compositionem, fontes, auctorem attinent, singula diligenter indagavit V. L. Kennedy, *The « De officiis divinis » of ms. Banberg Lit.* 134, in *Ephemerides liturgicae*, 52 (1938), pp. 312-326. Fundamento autem caret opinio H. Bresslau, *Bamberger Studien*, in *Neues Archiv*, 21 (1896), pp. 223-225, qui eandem retractationem Frutolfo abbatiae Montis S. Michaelis Bambergensis (o. 1103) priori adscribebat.

De *Retractatione V*

Retractatio nostra V sit Gulielmi Malmesburensis (1090-1143) *Abbreviatio Amalarii de officiis ecclesiasticis*, quam praeter alios praebet codex Cantabrigiensis C3, Guelferbytensis 5, Londiniensis L, Oxoniensis. Libellus eius primus e 19 capitulis constat, quae cum his *Libri officialis* libris ac capitulis congruere videntur: cum l. I, c. 1-14, 32, 38; l. II, c. 2; l. III, c. 40; l. I, c. 41; l. III, c. 43,44. Libelli II vero 20 capitula breviore forma materiam 36 priorum capitulorum l. III Amalariani complectuntur. De argumentis denique in *Libri officialis* l. II, c. 4-23, explanatis agunt 15 capita libelli III *Abbreviationis*. De qua dispositione v. etiam R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 256-258 (ubi tamen ordo capitulorum libelli I, cuius culpa nescimus, vitiatus apparet). Quo autem consilio ac modo hanc *Abbreviationem* paraverit, ipse Gulielmus prologo quodam exponit, cum simul ostendit quanti Amalarii doctrinam fecerit (CanC3, f. 111$^{r}$):

« In hystoricis nos narrationibus occupatos detorsit a proposito tua, Roberte amice, voluntas. Nuper enim cum in bibliotheca nostra sederemus et quisque pro suo studio libros evolveret, impegisti in

Amelarium de ecclesiasticis officiis. Cuius cum materiam ex prima statim tituli fronte cognosceres, amplexus es occasionem qua rudimenta nove professionis animares, sed quia confestim animi tui alacritatem turbavit testimoniorum perplexitas et sermonum asperitas, rogasti ut eum abbreviarem. Ego autem, qui semel proposuerim deferre tibi, ut homini dulcissimo, munus iniunctum non aspernanter accepi. In quo expiare licebit quantum propter faciliorem intellectum in deiciendo sermone laboravi, qui cultius fortassis loqui potui. Est enim res de qua tractatio pernecessaria, et cuius ignorantia sit cunctis sacerdotibus pudenda. Interea te amonitum volo ut unum ex his qui de talibus disputaverunt, fugiendum scias. Rabanum nomino, qui in Libro de ecclesiasticis officiis dicit sacramenta altaris proficere ad saginam corporis, ac per hoc corruptioni vel morbo vel etate vel secessu vel postremo morte obnoxia; que de Domini corpore dicere, credere, scribere quanti sit periculi vides. Preterea libri eius per se parum conferunt scientiae, minimum accomodant doctrine, de aliorum quippe laboribus aut ad litteram aut ad sententiam omnino usurpati. Denique duo libri voluminis illius quod supra dixi, ex Ysidoro, et tertius ex Augustino, De doctrina christiana, a Pastorali Gregorii ad verbum sunt transcripti. In libro porro de natura rerum quid dicit aliud quam Ysidorus Ethimologiarum, vel in illo De competo (!) quid non quod Beda D temporibus, praeter quaedam allegoriarum commenta. Fuit enim vir ille huic vitio peculiariter assiduus, quasi prorsus desperaret lectores suos memoriam non habere, qua possent eius furta deprehendere. Enim vero, sicut aliquanta verba dissimulata prudentia a maioribus mutuari datur gloriae, ita totas sententias aperta impudentia furari deputatur audacie. Illo ergo repulso, in Amalarium qui catholice de talibus scripsit animum intende ».,

Et in epilogo (f. 120$^{v}$): « Videor mihi, amice, satisfecisse iussioni tuae, ut Amelarium breviarem. Si excidi voto pro imperitia, dabis veniam. Si quid commode vel apposite dixi, referas gratias patri luminum, a quo est largitio omnium bonorum. Sane moneo ut, si de compendio vis scire significationes misse, legas versus Hildeberti, prius Cenomannensis episcopi, postea Turonensis archiepiscopi; si significationes sacrarum vestium et ceterorum id genus, sermones Ivonis Carnotensis episcopi. Hii enim viri talia videntur intelexisse perspicatius et texuisse pulchrius. Ceterum de varietatibus officiorum alium frustra desiderabis quam Amalarium. Fuerit fortasse aliquis qui scripserit dissertius, nemo certe pericius ».

Textuum comparatio demonstrat Gulielmum in conscribenda sua *Abbreviatione* exemplum quoddam editionis I *Libri officialis*

adhibuisse. Porro opus eius, quod secundum recensionem codicis Cantabrigiensis, a nobis adhibiti, Roberti cuiusdam monachi atque amici gratia exaratum perhibetur, secundum recensionem codicis Guelferbytensis episcopo alicui vel abbati missum apparet. Epilogus namque in hoc codice sic incipit (f. 45r): « Videor mihi, domine antistes, satisfecisse iussioni vestrę », ceteraque sua verba plurali numero habet expressa: « dabitis », « referetis », « vultis », « legatis », « desiderabitis ». R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, p. 258. Prologus autem planum facit rationem codicis Cantabrigiensis altera esse priorem.

## De *Retractatione VI*

Retractationibus *Libri officialis* adnumeramus farraginem illam quam comprehendit codex Parisiensis 13, ff. 1v-151v, non quidem ob propria eius merita, sed ob iteratas eius mentiones apud rerum liturgicarum scriptores: St. Baluzium, *S. Agobardi opera*, *Liber contra libros quattuor Amalarii abbatis*, Nota b, PL, 104, p. 339D; A. Wilmart, *Le samedi-saint monastique*, in *Revue Bénédictine*, 34 (1922), p. 159; *Pour une nouvelle édition du traité d'Amalaire sur les offices*, in eodem periodico, 37 (1925), p. 80. Eiusdem autem compilationis, quae singulorum *Libri officialis* capitulorum non complectitur nisi excerpta, haec est compositio:

Ff. 1v-16v. THOMUS AMALLARII ABBATIS DE DIVINIS OFFICIIS. Continentia secuture cause Amalharii abbatis scriptionis (praefatiuncula *Ubi sanctus Agustinus*). De divinis offitiis incipit.

De offitio missae. *Domine opitulante*, etc. (praefatiuncula libelli III). Lib. III, c. 1-4; 5 et 7 in unum coniuncta; 15 et 16; 17-23; 27-34; l. IV, c. 47; « Valet namque.. perpetuo vivamus » (quod scriptum praebet etiam Parisiensis 7, f. 82, et Parisiensis 8, f. 174r); l. III, c. 36; 37; l. IV, c. 45; 36; 32; 34, adiecta hac sententia: « In octavis apostolorum non canitur *Credo*... *Confitemini Domino* ad primam ».

Ff. 17v-18v, *Incipit prologus Bedae presbyteri.* « Quantam et quam multiplicem... Deus verus.. saeculorum, amen » (qui est prologus ps. Bedae in homiliarium editus a Ioanne Gymnico [Gymnich], Coloniae, anno 1543).

Ff. 18v-22r. Praefatiuncula *Ubi sanctus Augustinus* (Iterum!). Lib. IV, c. 35; 36; 23.

Ff. 22r-35r. INCIPIT COLLECTIO AMALARII VIRI DOCTISSIMI DE ORDINE ROMANE AECCLESIAE QUI VOCATUR LI-

BER OFFICIALIS. « Postquam scripsit... quinarium et ternarium » (Primus prologus totus). Lib. I, c. 1-3; 7; 4; l. IV, c. 18 (Quae omnia capitula plane similia sunt capitulis *Retractationis I* iisque singulis singula respondent). QUA HORA CELEBRATUR MISSA PER DIEM DOMINICUM. « Fratri et compresbytero Hieronimo Damasus. Quid tibi videtur... rectum est quod dixisti » (Sicut in Par7, f. 83r, et in Par8, f. 174v).

Ff. 35v-151v. INCIPIT LIBER OFFICIORUM. « Presbiteri cum ad sinodum evocati convenient... ad vitam ducere et Christo representare ». Dein sine titulo PS. ALCUINI *Libri de divinis officiis* c. 1-8; 13-17; 18 cum *Quaestione cur natalitia sanctorum*, etc. et responso HILPERICI Sangallensis monachi; c. 19; scriptum *Item de eadem varietate sub brevitate*, « Mane primo sabbati peracto psalterio... visitatur post III responsorium «, ff. 82v-83v, (editum ab A. WILMART, *Le samedi-saint monastique*, in *Revue Bénédictine*, 34, 1922, pp. 159-163); *Lib. de div. off.*, c. 20-26; *Off.*, l. I, c. 29; *Lib. de div. off.*, c. 27-35; 36 una cum *Off.*, l. IV, c. 39 ac l. II, c. 7-14; *Lib. de div. off.*, c. 37-40; *Off.*, l. III, c. 44; l. IV, c. 41, 42; 44; l. III, c. 36; l. I, c. 8; l. IV, c. 38; SENTENTIA DE PARASCEVE, « Inquirendum est cur die parasceve... Christi Salvatoris mundi »; DE OBSERVATIONE QUADRAGESIMAE, « Cavendus quoque usus... ad tantum sacramentum accedat » (sicut in Par7, f. 59r, et Par8, f. 174r-v); *Off.*, l. I, c. 41; l. IV, c. 40; l. I, c. 37 cum l. IV, c. 25; l. IV, c. 46; 37; 4. Ultimum autem hoc capitulum imperfectum est terminaturque mutila sententia ac voce: « sed reprobi sunt supplicia perceptu[ri] ». Non est igitur absoluta compilatio. Capitula autem e *Libro de divinis officiis* excerpta eodem prorsus delectu atque ordine quo in codice Par13, etiam in *Libro officiorum* codicis Treverensis 2 adsunt, excepto fortasse *Libri de divinis officiis* c. 52, *De missa Innocentum*, quod in *Libro officiorum* 2um est. Praeterea e 53 capitulis quae *Liber officiorum* e *Libro de divinis officiis* collegit, 36 priora tantum in Par13 reperiuntur.

### De ceteris retractationibus

De reliquis retractationibus satis nobis est earum codices percensuisse. V. huius capitis art. 1, p. 130-131.

Inter eas retractationes maiore auctoritate illa est quam praebent, praeter Parisiensem 21, codices Monachenses, Staatsbibliothek, c. lat. 12519, p. 92-192, et c. lat. 13088, s. XIII, p. 142-158, quamque nomine *Expositionis divinorum officiorum* edidit I. Prevot una cum Ioannis Abrincensis *Libro de officiis ecclesiasticis*. Inc.: « Spiritus sancti gratia inspirante »; des.: « festivitas habet vesperam in finem ». Textus enim qualis est apud I. Prevot, mancus est. *Exposi-*

*tionis* prima pars ad officium missae spectat, altera ad officium horarum, tertia ad ordines clericorum singulorumque vestimenta; huic brevis accedit appendix *De his qui ordinaverunt missam*, id est de summis pontificibus qui secundum *Librum pontificalem* id egerunt. Aliud maximan partem *Expositio* non est nisi Amalariani operis summarium quoddam. Conferatur, v. g., *Off.*, l. III, c. 35 cum PL, 147, p. 203B et 212A. Cfr. A. Franz, *Die Messe*, p. 426. – Principalibus *Libri officialis* retractationibus adnumerandus est etiam ps. Alcuini *Liber de divinis officiis* et *Liber officiorum* Treverensis, de quibus egimus p. 52-55.

## Articulus V

### *De codicum rationibus inter se*

*A*) De codicibus ipsius *Libri officialis* singularum editionum.

Rationes codicum inter se definiuntur secundum gradum propinquitatis quibus alii aliis copulantur, vel e contrario secundum distantias quibus alii ab aliis separantur. Porro gradus propinquitatis determinantur numero relativo locorum in quibus codices concordes manserunt, distantiae numero relativo vel absoluto locorum in quibus opera scriptorum discrepantes evaserunt. Uterque numerus, ut est relativus, ad numerum quendam, maiorem vel minorem, locorum refertur, in quibus codices alii cum aliis comparantur. Tabellis quas hic proponimus, indicatur quot locis e determinata summa locorum codices inter se conveniant vel discrepent.

Quoniam autem eaedem tabellae, quantum fieri poterat, coartandae erant, ex iis exclusimus codices aliquot quorum computatio minus est utilis. Omisimus ergo ex editione I codices Abr$_1$, And, Lug$_1$, quia ita sunt principali codici Par$_4$ vicini, ut hic pro omnibus esse possit; codicem Erf et Trev$_1$, quia alter alteri simillimi sunt, in textu vero *Libri officialis* alia omiserunt, alia ad formam breviorem redegerunt; Ful$_1$, quia a codice Stu$_2$ vix differt, ingenti lacuna depravatur, textum passim coartat; ex editione II Ein$_1$, Ein$_2$, Mon$_2$, quia eorum textus praecipuo codici, SGa$_4$, ita sunt consimiles, ut quattuor iidem codices prope unum exemplum habendi sint; RomC, Vat$_2$, Vat$_3$, Vin$_1$, quia similiter cum Vat$_1$ iunguntur; ex editione I*, II vel mixta, codicem Ful$_2$, quia eum non licuit, quantum opus erat, conferre; ex editione III Par$_7$ et Par$_8$, quia hic ab illo, ille ab Atr$_1$ directe et fortasse etiam immediate ortus est.

Comparantur inter se codicum textus quales hi erant ante correctiones passim in iis aliis manibus factas.

## Codicum propinquitates

### 1. Comparatio codicum editionis I inter se

Numerus universus locorum: 215 (e 35 textibus)

| | Aur2 | Bam2 | Guel1 | Lau | Lug2 | Par1 | Par2 | Par4 | Par5 | Par6A | ParN1 | Stu2A | Trec | VatR3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aur2 | 215 | 167 | 149 | 136 | 151 | 151 | 164 | 93 | 177 | 180 | 167 | 179 | 145 | 119 |
| Bam2 | 167 | 215 | 150 | 136 | 146 | 150 | 161 | 84 | 179 | 171 | 164 | 179 | 139 | 122 |
| Guel1 | 149 | 150 | 215 | 144 | 174 | 174 | 183 | 94 | 168 | 174 | 186 | 169 | 162 | 131 |
| Lau | 136 | 136 | 144 | 215 | 155 | 153 | 155 | 134 | 150 | 157 | 157 | 153 | 144 | 190 |
| Lug2 | 151 | 146 | 174 | 155 | 215 | 188 | 178 | 100 | 167 | 173 | 182 | 172 | 181 | 137 |
| Par1 | 151 | 150 | 174 | 153 | 188 | 215 | 181 | 99 | 165 | 173 | 186 | 167 | 195 | 136 |
| Par2 | 164 | 161 | 183 | 155 | 178 | 181 | 215 | 99 | 178 | 184 | 185 | 176 | 172 | 136 |
| Par4 | 93 | 84 | 94 | 134 | 100 | 99 | 99 | 215 | 96 | 103 | 98 | 103 | 99 | 153 |
| Par5 | 177 | 179 | 168 | 150 | 167 | 165 | 178 | 96 | 215 | 193 | 185 | 199 | 155 | 134 |
| Par6A | 180 | 171 | 174 | 157 | 173 | 173 | 184 | 103 | 193 | 215 | 187 | 192 | 166 | 139 |
| ParN1 | 167 | 164 | 186 | 157 | 182 | 186 | 185 | 98 | 185 | 187 | 215 | 187 | 172 | 137 |
| Stu2A | 179 | 179 | 169 | 153 | 172 | 167 | 176 | 103 | 199 | 192 | 187 | 215 | 158 | 143 |
| Trec | 145 | 139 | 162 | 144 | 181 | 195 | 172 | 99 | 155 | 166 | 172 | 158 | 215 | 131 |
| VatR3 | 119 | 122 | 131 | 190 | 137 | 136 | 136 | 153 | 134 | 139 | 137 | 143 | 131 | 215 |

### 2. Comparatio codicum editionis I* inter se

pro libellis I–III tantum.

Numerus universus locorum:
215 (e 35 text.)

| | CanC2 | CanP |
|---|---|---|
| CanC2 | 215 | 185 |
| CanP | 185 | 215 |

pro libello IV tantum.

Numerus universus locorum:
55 (e 18 text.)

| | CanC2 | CanP |
|---|---|---|
| CanC2 | 55 | 50 |
| CanP | 50 | 55 |

## Codicum distantiae

### 1. Comparatio codicum editionis I inter se

Numerus universus locorum: 215 (e 35 textibus)

| | Aur2 | Bam2 | Guel1 | Lau | Lug2 | Par1 | Par2 | Par4 | Par5 | Par6A | ParN1 | Stu2A | Trec | VatR3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aur2 | 0 | 48 | 66 | 79 | 64 | 64 | 51 | 122 | 38 | 35 | 48 | 36 | 70 | 96 |
| Bam2 | 48 | 0 | 65 | 79 | 69 | 65 | 54 | 131 | 36 | 44 | 51 | 36 | 76 | 93 |
| Guel1 | 66 | 65 | 0 | 71 | 41 | 41 | 32 | 121 | 47 | 41 | 29 | 46 | 53 | 84 |
| Lau | 79 | 79 | 71 | 0 | 60 | 62 | 60 | 81 | 65 | 58 | 58 | 62 | 71 | 25 |
| Lug2 | 64 | 69 | 41 | 60 | 0 | 27 | 37 | 115 | 48 | 42 | 33 | 43 | 34 | 78 |
| Par1 | 64 | 65 | 41 | 62 | 27 | 0 | 34 | 116 | 50 | 42 | 29 | 48 | 20 | 79 |
| Par2 | 51 | 54 | 32 | 60 | 37 | 34 | 0 | 116 | 37 | 31 | 30 | 39 | 43 | 79 |
| Par4 | 122 | 131 | 121 | 81 | 115 | 116 | 116 | 0 | 119 | 112 | 117 | 112 | 116 | 62 |
| Par5 | 38 | 36 | 47 | 65 | 48 | 50 | 37 | 119 | 0 | 22 | 30 | 16 | 60 | 81 |
| Par6A | 35 | 44 | 41 | 58 | 42 | 42 | 31 | 112 | 22 | 0 | 28 | 23 | 49 | 76 |
| ParN1 | 48 | 51 | 29 | 58 | 33 | 29 | 30 | 117 | 30 | 28 | 0 | 28 | 43 | 78 |
| Stu2A | 36 | 36 | 46 | 62 | 43 | 48 | 39 | 112 | 16 | 23 | 28 | 0 | 57 | 72 |
| Trec | 70 | 76 | 53 | 71 | 34 | 20 | 43 | 116 | 60 | 49 | 43 | 57 | 0 | 84 |
| VatR3 | 96 | 93 | 84 | 25 | 78 | 79 | 79 | 62 | 81 | 76 | 78 | 72 | 84 | 0 |

### 2. Comparatio codicum editionis I* inter se

pro libellis I-III tantum.

Numerus universus locorum: 215 (e 35 text.)

| | CanC2 | CanP |
|---|---|---|
| CanC2 | 0 | 30 |
| CanP | 30 | 0 |

pro libello IV tantum.

Numerus universus locorum: 55 (e 18 text.)

| | CanC2 | CanP |
|---|---|---|
| CanC2 | 0 | 5 |
| CanP | 5 | 0 |

3. Comparatio codicum editionis II inter se
Numerus universus locorum: 270 (e 53 textibus)

| | Cas1 | RomVE1 | SGa4 | Vat1 | Ven |
|---|---|---|---|---|---|
| Cas1 | 270 | 227 | 222 | 186 | 218 |
| RomVE1 | 227 | 270 | 239 | 187 | 237 |
| SGa4 | 222 | 239 | 270 | 187 | 233 |
| Vat1 | 186 | 187 | 187 | 270 | 195 |
| Ven | 218 | 237 | 233 | 195 | 270 |

4. Comparatio codicum editionis II inter se
pro libello IV tantum.
Numerus universus locorum: 55 (e 18 textibus)

| | Cas1 | Par6B | RomVE1 | SGa4 | Stu2B | Vat1 | Ven |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cas1 | 55 | 37 | 42 | 36 | 42 | 35 | 40 |
| Par6B | 37 | 55 | 41 | 35 | 40 | 27 | 38 |
| RomVE1 | 42 | 41 | 55 | 41 | 41 | 32 | 43 |
| SGa4 | 36 | 35 | 41 | 55 | 40 | 31 | 38 |
| Stu2B | 42 | 40 | 41 | 40 | 55 | 22 | 42 |
| Vat1 | 35 | 27 | 32 | 31 | 22 | 55 | 33 |
| Ven | 40 | 38 | 43 | 38 | 42 | 33 | 55 |

5. Comparatio codicum editionis III inter se
Numerus universus locorum: 270 (e 53 textibus)

| | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|
| Atr1 | 270 | 212 | 201 |
| Div | 212 | 270 | 216 |
| Par3 | 201 | 216 | 270 |

3. Comparatio codicum editionis II inter se

Numerus universus locorum: 270 (e 53 textibus)

| | Cas1 | RomVE1 | SGa4 | Vat1 | Ven |
|---|---|---|---|---|---|
| Cas1 | 0 | 43 | 48 | 84 | 52 |
| RomVE1 | 43 | 0 | 31 | 83 | 33 |
| SGa4 | 48 | 31 | 0 | 83 | 37 |
| Vat1 | 84 | 83 | 83 | 0 | 75 |
| Ven | 52 | 33 | 37 | 75 | 0 |

4. Comparatio codicum editionis II inter se pro libello IV tantum.

Numerus universus locorum: 55 (e 18 textibus)

| | Cas1 | Par6B | RomVE1 | SGa4 | Stu2B | Vat1 | Ven |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cas1 | 0 | 18 | 13 | 19 | 13 | 20 | 15 |
| Par6B | 18 | 0 | 14 | 20 | 15 | 28 | 17 |
| RomVE1 | 13 | 14 | 0 | 14 | 14 | 23 | 12 |
| SGa4 | 19 | 20 | 14 | 0 | 15 | 24 | 17 |
| Stu2B | 13 | 15 | 14 | 15 | 0 | 33 | 13 |
| Vat1 | 20 | 28 | 23 | 24 | 33 | 0 | 22 |
| Ven | 15 | 17 | 12 | 17 | 13 | 22 | 0 |

5. Comparatio codicum editionis III inter se

Numerus universus locorum: 270 (e 53 textibus)

| | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|
| Atr1 | 0 | 58 | 69 |
| Div | 58 | 0 | 54 |
| Par3 | 69 | 54 | 0 |

6. Comparatio codicum edit. I cum codicibus editionis I*, II et III pro libellis I-III

Numerus universus locorum: 215 (e 35 textibus)

| | CanC2 | CanP | Cas1 | RomVE1 | SGa4 | Vat1 | Ven | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aur2 | 160 | 150 | 151 | 150 | 159 | 137 | 150 | 143 | 153 | 146 |
| Bam2 | 154 | 147 | 144 | 150 | 156 | 129 | 149 | 137 | 147 | 141 |
| Guel1 | 191 | 172 | 172 | 188 | 196 | 151 | 186 | 168 | 180 | 172 |
| Lau | 152 | 145 | 138 | 150 | 153 | 123 | 146 | 134 | 145 | 140 |
| Lug2 | 183 | 171 | 166 | 175 | 184 | 141 | 174 | 158 | 170 | 165 |
| Par1 | 182 | 173 | 163 | 179 | 184 | 146 | 178 | 163 | 171 | 168 |
| Par2 | 188 | 174 | 173 | 184 | 190 | 151 | 181 | 168 | 177 | 169 |
| Par4 | 94 | 108 | 87 | 90 | 93 | 85 | 88 | 73 | 85 | 85 |
| Par5 | 176 | 161 | 160 | 168 | 179 | 146 | 170 | 155 | 168 | 159 |
| Par6A | 183 | 169 | 164 | 172 | 184 | 146 | 171 | 163 | 173 | 164 |
| ParN1 | 203 | 181 | 175 | 189 | 200 | 151 | 186 | 174 | 181 | 177 |
| Stu2A | 176 | 160 | 165 | 165 | 178 | 142 | 173 | 158 | 169 | 166 |
| Trec | 170 | 162 | 152 | 165 | 173 | 140 | 165 | 155 | 160 | 158 |
| VatR3 | 136 | 125 | 122 | 131 | 135 | 110 | 132 | 118 | 127 | 123 |

7. Comparatio codicum edit. I* cum codicibus editionis II et III pro libello IV tantum.

Numerus universus locorum: 55 (e 18 textibus)

| | Cas1 | Par6B | RomVE1 | SGa4 | Stu2B | Vat1 | Ven | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| CanC2 | 37 | 33 | 39 | 52 | 35 | 30 | 39 | 39 | 40 | 36 |
| CanP | 34 | 33 | 41 | 50 | 35 | 30 | 37 | 37 | 41 | 35 |

## 6. Comparatio codicum edit. I cum codicibus editionis I*, II et III pro libellis I-III

Numerus universus locorum: 215 (e 35 textibus)

| | CanC2 | CanP | Cas1 | RomVE1 | SGa4 | Vat1 | Ven | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Aur2 | 55 | 65 | 64 | 65 | 56 | 78 | 65 | 72 | 62 | 69 |
| Bam2 | 61 | 68 | 71 | 65 | 59 | 86 | 66 | 78 | 68 | 74 |
| Guel1 | 24 | 43 | 43 | 27 | 19 | 64 | 29 | 47 | 35 | 43 |
| Lau | 63 | 70 | 77 | 65 | 62 | 92 | 69 | 81 | 70 | 75 |
| Lug2 | 32 | 44 | 49 | 40 | 31 | 74 | 41 | 57 | 45 | 50 |
| Par1 | 33 | 42 | 52 | 36 | 31 | 69 | 37 | 52 | 44 | 47 |
| Par2 | 27 | 41 | 42 | 31 | 25 | 64 | 34 | 47 | 38 | 46 |
| Par4 | 121 | 107 | 128 | 125 | 122 | 130 | 127 | 142 | 130 | 130 |
| Par5 | 39 | 54 | 55 | 47 | 36 | 69 | 45 | 60 | 47 | 56 |
| Par6A | 32 | 46 | 51 | 43 | 31 | 69 | 44 | 52 | 42 | 51 |
| ParN1 | 12 | 34 | 40 | 26 | 15 | 64 | 29 | 41 | 34 | 38 |
| Stu2A | 39 | 55 | 50 | 50 | 37 | 73 | 42 | 57 | 46 | 49 |
| Trec | 45 | 53 | 63 | 50 | 42 | 75 | 50 | 60 | 55 | 57 |
| VatR3 | 79 | 90 | 93 | 84 | 80 | 105 | 83 | 97 | 88 | 92 |

## 7. Comparatio codicum edit. I* cum codicibus editionis II et III pro libello IV tantum.

Numerus universus locorum: 55 (e 18 textibus)

| | Cas1 | Par6B | RomVE1 | SGa4 | Stu2B | Vat1 | Ven | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| CanC2 | 18 | 22 | 16 | 3 | 20 | 25 | 16 | 16 | 15 | 19 |
| CanP | 21 | 22 | 14 | 5 | 20 | 25 | 18 | 18 | 14 | 20 |

8. Comparatio codicum editionis II cum codicibus editionis III

Numerus universus locorum: 270 (e 53 textibus)

| | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|
| Cas1 | 197 | 205 | 193 |
| RomVE1 | 205 | 221 | 212 |
| SGa4 | 225 | 228 | 222 |
| Vat1 | 163 | 177 | 168 |
| Ven | 203 | 219 | 211 |

9. Comparatio codicum editionis II cum codicibus editionis III pro libello IV tantum.

Numerus universus locorum: 55 (e 18 textibus)

| | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|
| Cas1 | 31 | 39 | 32 |
| Par6B | 27 | 34 | 31 |
| RomVE1 | 34 | 41 | 38 |
| SGa4 | 43 | 42 | 40 |
| Stu2B | 32 | 37 | 32 |
| Vat1 | 24 | 30 | 27 |
| Ven | 34 | 38 | 34 |

Quinam sit primum omnium uniuscuiusque editionis atque evulgationis principalis codex, his tabellis facile invenitur; iis namque demonstratur codicibus omnium et singularum ceterarum editionum vicinissimum esse inter codices non contaminatos prioris evulgationis editionis I codicem Par6A, inter codices vero alterius evulgationis ParN1; inter duos codices editionis I*, CanC2; editionis II, SGa4; editionis denique III, Div. Quin ParN1 in hac re ceteris omnibus suae editionis codicibus praestat. Atqui istae quorundam codicum maiores propinquitates uno dumtaxat modo explicantur, ponendo istos codices esse singulos in singulis familiis principales, id est ipsorum Amalarii exemplorum (a, b, c, d, e) ceteris viciniores. Sinceriorem enim textum praebent iidem codices, quam ut maior

8. Comparatio codicum editionis II cum codicibus editionis III

Numerus universus locorum: 270 (e 53 textibus)


| | Atr1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|
| Cas1 | 73 | 65 | 77 |
| RomVE1 | 65 | 49 | 58 |
| SGa4 | 45 | 42 | 48 |
| Vat1 | 107 | 93 | 102 |
| Ven | 67 | 51 | 59 |

9. Comparatio codicum editionis II cum codicibus editionis III pro libello IV tantum

Numerus universus locorum: 55 (e 18 textibus)

| | Atı1 | Div | Par3 |
|---|---|---|---|
| Cas1 | 24 | 16 | 23 |
| Par6B | 28 | 21 | 24 |
| RomVE1 | 21 | 14 | 17 |
| SGa4 | 12 | 13 | 15 |
| Stu2B | 23 | 18 | 23 |
| Vat1 | 31 | 25 | 28 |
| Ven | 21 | 17 | 21 |

eorum coniunctio cum codicibus aliarum familiarum in contaminatione aliqua causam suam habere possit. Rem clariorem faciet haec tabella:



Codices autem editionis I in tres familias dividuntur, quibuscum unus singularis codex coniungitur:

Aur2, Bam2, Par5, Par6A, Stu2A;

Lau, VatR3, Par4;

Par2;

ParN1, Gueli.

Porro ad conferendos quinque primae familiae codices inter se et cum ParN1, e 35 textibus locos binarum lectionum 70 selegimus. Locis 16 Aur2 lectionem singularem exhibet; locis 16 Bam2; 2 Par5; 2 Par6A; 2 Stu2A; 13 ParN1. In omnibus autem ac singulis his locis concordat lectio ParN1 cum textu editionis I* et in iisdem, praeter quam in duobus, cum textu quoque editionis II et III. In 4 ex his 11 locis congruit praeterea cum textu ceterorum codicum familiae quartae editionis I (Gueli, Lug2, Par1, Trec); in aliis 5 cum lectione eorundem codicum et codicis Par2; in uno denique cum textu omnium codicum editionis I, exceptis codicibus familiae primae (Aur2, Bam2, Par5, Par6A, Stu2A). Lectiones ergo illae 13 quas praebet ParN1, non opera librariorum sed ipsius auctoris in textum *Libri officialis* introductae sunt.

Locis vero 19 sex codices plures contra plures hac ratione inter binas lectiones dispertiuntur.

1. L. I, c. 11, 5. *Constituto.* Aur2, Par5.
*Constituta.* Bam2, Par6A, Stu2A; ParN1.
2. c. 12, 41. *Mundo.* Aur2, Bam2.
Praep. *in.* Par5, Par6A, Stu2A; ParN1.
3. c. 29, 5. *Novissimo.* Aur2, Bam2, Par5, Stu2A.
*Novissima.* Par6A; ParN1.
4. c. 33, 3. *Descendit.* Aur2, Par6A, Stu2A; ParN1.
*Ascendit.* Bam2, Par5.
5. 4. *Deinde.* Aur2, Par6A.
*Ac dein.* Bam2, Par5, Stu2A; ParN1.
6. 5. *Quod.* Aur2, Bam2, Par5, Stu2A.
*Quo.* Par6A; ParN1.
7. c. 36, 9. *In decimo.* Aur2, Bam2, Par6A, Stu2A.
Om. *in.* Par5; ParN1.
8. c. 40, 6. *Eiecit.* Aur2, Bam2.
*Eicit.* Par5, Par6A, Stu2A; ParN1.
9. L. II, c. 3, 4. *Suae.* Aur2, Bam2, Par5, Stu2A.
*Se.* Par6A; ParN1.
10. c. 16, 6. *Sacrae.* Aur2, Par6A, Stu2A; ParN1.
*Sacratae.* Bam2, Par5.
11. L. III, c. 21, 1. *Decentem.* Aur2, Par6A, Stu2A; ParN1.
*Dicentem.* Bam2, Par5.

12. c. 23, 20. *Indicat.* Aur2, Bam2, Par5, Stu2A.
*Iudicat.* Par6A; ParN1.

13. *Deinde.* Aur2, Bam2.
*Dein.* Par5, Par6A, Stu2A; ParN1.

14. *Dominum.* Aur2, Bam2, Par5, Stu2A.
*Deum.* Par6A; ParN1.

15. *Id est.* Aur2, Stu2A.
*Idem.* Bam2, Par5, Par6A; ParN1.

16. c. 26, 16. *Dominum.* Aur2, Par5, Par6A; ParN1.
*Deum.* Bam2, Stu2A.

17. *Saucient.* Aur2, Bam2, Par5, Par6A.
*Sauciant.* Stu2A; ParN1.

18. c. 35, 3. *Graeci.* Aur2, Bam2, Par6A.
*Graece.* Par5, Stu2A; ParN1.

19. c. 36, 6. *Audivimus.* Aur2, Par6A.
*Audimus.* Bam2, Par5, Stu2A; ParN1.

Omnibus ac singulis iisdem locis SGa4 eandem lectionem praebet quam ParN1.

| Loci | Lectiones codicum | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| | Aur2 | Bam2 | Par5 | Par6A | Stu2A | ParN1 |
| 1 | 1 | 2 | 1 | 2 | 2 | 2 |
| 2 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 3 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 4 | 1 | 2 | 2 | 1 | 1 | 1 |
| 5 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 2 |
| 6 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 7 | 1 | 1 | 2 | 1 | 1 | 2 |
| 8 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 9 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 10 | 1 | 2 | 2 | 1 | 1 | 1 |
| 11 | 1 | 2 | 2 | 1 | 1 | 1 |
| 12 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 13 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 2 |
| 14 | 1 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 15 | 1 | 2 | 2 | 2 | 1 | 2 |
| 16 | 1 | 2 | 1 | 1 | 2 | 1 |
| 17 | 1 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 18 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 | 2 |
| 19 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 2 |

Aur2 > Bam2 : 8
Aur2 > Par5 : 11
Aur2 > Par6A : 10
Aur2 > Stu2A : 9
Bam2 > Par5 : 7
Bam2 > Par6A : 14
Bam2 > Stu2A : 9
Par5 > Par6A : 13
Par5 > Stu2A : 8
Par6A > Stu2A : 11
ParN1 > Aur2 : 15
ParN1 > Bam2 : 15
ParN1 > Par5 : 10
ParN1 > Par6A : 5
ParN1 > Stu2A : 8

Aur2 > Bam2. Par5 :6
Bam2 > Aur2. Par5 :2
Par5 > Aur2. Bam2 :5


Aur2 > Bam2.Par6A:2
Bam2 > Aur.2 Par6A:6
Par6A > Aur2. Bam2 :8

Etc.

Adhibitis superioribus lectionum intervallorumque rationibus, haec demonstrari possunt intervalla inter singulos codices et hypotheticum quendam eorum archetypum a quo ParN$_1$ iis tantum lectionibus discedere censetur quas omnino proprias habet.

| a | Aur$_2$ | Bam$_2$ | Par$_5$ | Par$_6$A | Stu$_2$A | ParN$_1$ | Lectionum loci |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| o | x | x | o | o | o | o | 2 |
| o | x | x | o | o | o | o | 8 |
| o | x | x | o | o | o | o | 13 |
| o | x | o | x | o | o | o | 1 |
| o | x | o | o | x | o | o | 5 |
| o | x | o | o | x | o | o | 19 |
| o | x | o | o | o | x | o | 15 |
| o | o | x | x | o | o | o | 4 |
| o | o | x | x | o | o | o | 10 |
| o | o | x | x | o | o | o | 11 |
| o | o | x | o | o | x | o | 16 |
| o | x | x | o | x | o | o | 18 |
| o | x | x | x | x | o | o | 17 |
| o | x | x | x | o | x | o | 3 |
| o | x | x | x | o | x | o | 6 |
| o | x | x | x | o | x | o | 9 |
| o | x | x | x | o | x | o | 12 |
| o | x | x | x | o | x | o | 14 |
| o | x | x | o | x | x | o | 7 |
| 0 | 15 | 15 | 10 | 5 | 8 | 0 | |

Multiplices autem atque subtilissimae codicum rationes, quas numerica lectionum computatio numquam non manifestat, non possunt, nisi minima e parte valdeque crasse, paucis stemmatum lineis demonstrari. In schemate quod hic proponimus, addenda esset, v. g., linea quaedam inter Aur$_2$ et Par$_6$A, qua ostenderetur cur in locis 5, 17, 18, 19 codices illi inter se contra ParN$_1$ et Stu$_2$A congruant; altera inter codices Bam$_2$ et Par$_5$, qua explicaretur quare in locis 4, 10 et 11 inter se conveniant adversus Aur$_2$. Nec plus nec minus igitur quam consueta stemmata demonstrant schemata nostra: praecipuas quasdam codicum cognationes.




Alterum alteri valde esse propinquos codices Erf et Trev$_1$ iam diximus. Plane easdem habent omissiones maiores ac minores, easdemque passim a ceteris codicibus lectionum discrepantias. Vide eorum descriptionem, *Le texte*, 1933, pp. 234-235; 319-320. Vel ambo proxime ex uno eodemque exemplo promanarunt, vel Trev$_1$ ex Erf ortus est. Ful$_1$ autem ita Stu$_2$A similis est, ut ex eo descriptus videatur, sed in hoc ab eo distat quod textum valde coartatum praebet; praeterea ob amissionem quattuor fasciculorum plus quam 18 capitulis libelli I deminutus est.


Par$_2$ aequalibus intervallis, et iis quidem minoribus, distat a codicibus Par$_6$A (31) et ParN$_1$ (30); etsi enim aliquantum editione II contaminatus est, textu nihilo minus suo editionis I testibus adnumerandus est. Si tamen ratio habetur correctionum alia manu in eo factarum, Par$_2$ paulo propior est codici ParN$_1$ (192 convenientiis) quam codici Par$_6$A (186).

Intervallis multo maioribus, etsi inter ipsa fere paribus, separatur Lau a Par$_5$ (65), Par$_6$A (58), Stu$_2$A (62), Par$_2$ (60) ac ParN$_1$ (58); eidem vero vicinus est VatR$_3$ (25), qui ulterius a codicibus Par$_6$A (76), Par$_2$ (79), ParN$_1$ (78) discessit. Minus a Lau et VatR$_3$ quam a ceteris exemplis remotus apparet Par$_4$. Artissime autem cum Par$_4$ atque inter psos cohaerent Abr$_1$, And, Lug$_1$. Quam propinquitatem proat: 1. Ingens numerus lectionum peculiarium quattuor iisdem co-

dicibus communium, in quarum tamen non nullis Lau ac VatR$_3$, vel VatR$_3$ solus, numquam vero solus Lau, cum illis conveniunt. – 2. Omissa praefatio *Gloriosissime imperator*, quae in Lau quoque et in VatR$_3$ desideratur. – 3. Compositio appendicis epistularum: I, II, III, excerpt. *Sufficere quidem*; quae compositio in VatR$_3$ eadem quidem est, sed postrema epistulae III verba totumque excerptum manu recentiore adiuncta sunt. – 4. Coniunctio trium indicum capitulorum in unum titulorum contextum, omissis, praeterquam in Lug$_1$, capitulorum numeris ac libellorum distinctione; eiusdem contextus collocatio in principio totius operis. – 5. Perturbatio in eadem serie, excepto iterum Lug$_1$, ordinis capitulorum 5-24 libelli II, quae hoc ordine ponuntur: 5, 6, 8, 10, 12, 14, 16, 17, 19, 21, 23, 24, 5 (!), 7, 9, 11, 13, 15, 18, 20, 22. – 6. Quidam leviores errores in titulis aliquot capitulorum: v. gr., in l. I, c. 16; c. 31; l. III, c. 25 et 26; praetermissio, praeter quam in Lug$_1$ et in Par$_4$, inscriptionis c. 37 l. III; adiunctio in Abr$_1$, And, Lug$_1$ capituli cuiusdam *De anniversaria die*, cuius textus in corpore operis ex ultima parte capituli 44 l. III constat; in Par$_4$ autem capitulorum tabula non ultra c. 30 l. III producitur. – 7. Omissa in ipso operis corpore omnium capitulorum numeri ac libellorum distinctio. – 8. Error in inscribendis capitulis 23-28, qui effecit ut tituli capitulorum 23-27 singulis capitulis proxime subsequentibus praeponerentur, inscriptio vero capituli 28 omitteretur; excipitur Lug$_1$, in quo capitulorum tituli omnes desiderantur. Cognationem vero codicum Abr$_1$, And, Lug$_1$, Par$_4$ pressius definire operae pretium non est, sed satis est animadvertere inter eos ceterosque codices editionis I sitos esse codices Lau et VatR$_3$, ambos optimae notae; horum autem lectiones proprias omnes etiam in Abr$_1$, etc. reperiri, non autem e converso.

Locis vero 19 binarum lectionum quas supra percensuimus, Lau 16$^{ies}$ cum ParN$_1$, 15$^{ies}$ cum Par$_6$A, 12$^{ies}$ cum Stu$_2$A, 8$^{ies}$ cum Par$_5$ 7$^{ies}$ cum Aur$_2$, 5$^{ies}$ cum Bam$_2$ congruit. Locis vero 13 quibus ParN$_1$ a ceteris quinque codicibus discrepat, bis tantum Lau cum illo convenit, nimirum ubi quinque iidem codices coniuncte a reliquis omnibus codicibus differunt. Ratio igitur qua Lau ceterique familiae II codices cum codicibus familiae I et cum ParN$_1$, non ipsi per se, sed per sua quique exempla, coniunguntur, hoc stemmate fere demonstratur.

In eo tamen cognatio codicis Par$_5$ cum ceteris suae familiae codicibus paulo alia apparet atque in stemmate p. 187. Communi scilicet linea hic demonstratur cur in locis 1, 4, 10, 11, 17 Par$_5$ cum Aur$_2$ vel cum Bam$_2$ adversus Stu$_2$A congruat. Altero stemmate praecipua tantum codicis Par$_5$ cognatio indicatur.




Etsi locos 18 atque 19 nondum correctos habent, codices Par1, Lug2, Trec nihilo secius codici ParN1 propiores sunt quam codicibus Par5, Par6A, Stu2A et etiam Par2. Codici ParN1 duobus ceteris vicinior est Par1; ab eo magis distat Trec. Intervalla distantiarum inter tres eosdem codices et ceteros universos codices non parum minuuntur, si textus, ut sunt passim etiam manibus aliis correcti, inter se conferuntur; ita est praesertim de Trec. Praecipua quadam affinitate alter cum altero iunguntur Par1 et idem Trec.

ParN1, codicum editionis I omnium praestantissimus, paribus paene intervallis distat a codicibus Par5 (30), Par6A (28), Stu2A (28), Par2 (30), Par1 (29); paulo maiore a Lug2 (33), maiore a Trec (43) (ut non est alia manu passim correctus), multo maiore ab Aur2 (48) ac Bam2 (51) et a Lau (58). Textui codicis ParN1, ut est aliis manibus passim correctus, ceteris cunctis propior apparet textus codicis Guel1, qui unus inter universa editionis I exempla correctionem locorum 18 atque 19 monstrat.

Codici ParN1, praesertim pro huius textu passim aliis manibus correcto, valde est affinis in libellis suis I-III CanC2, affinis quoque, quamvis multo minus, iisdem in libellis, CanP. Hic autem codex priori textui, quo cum ParN1 et CanC2 sociatur, alterum quendam admiscuit, quo aliquatenus etiam cum codicibus Abr1, etc., praesertim vero cum Par4, copulatur. Quam coniunctionem prodit: 1. Con-

gruentia CanP cum solis codicibus Abr1, etc., in compluribus propriis lectionibus. – 2. Compositio appendicis epistularum, quae ep. I, II, III, excerptum *Sufficere quidem*, ep. IV complectitur. – 3. Coniunctio in unam capitulorum seriem indicum libelli II et III, omissis in ea capitulorum numeris et libellorum distinctione. – 4. Inversiones in eadem serie capitulorum 5-24 libelli II, plane sicut in codicibus Abr1, And, Par4. – 5. Mutilatio indicis libelli II, cui, sicut in Par4, desunt capitula 31-44. – 6. Praetermissio in operis contextu omnium numerorum, quibus signanda sunt capitula. Textum nihilo minus libellorum I-III codicis CanP nullatenus e textu codicum Abr1, etc. manasse, sed e contrario illum hoc esse priorem ex eo manifeste apparet, quod nulla praecipua cognatione CanP cum Lau vel VatR3 colligatur, neque umquam fit, nisi casu, ut CanP peculiari aliqua lectione una cum Abr1, etc. et Lau ac VatR3, vel una cum Abr1, etc. et solo VatR3 congruat. Influxu videlicet alterius fontis codicis CanP in textum codicum Abr1, etc., pro parte factum est, ut hic textus a textu codicis Lau et VatR3 valde discederet. Ex eodem fonte acceperunt codices Abr1, etc., non solum excerptum *Sufficere quidem*, quod in codice VatR3 manu multo recentiore est adiunctum, sed ipsas epistulas I-III, ut apparet e lectione « vobis videatur nomen Iesu pingi. At ille... qualicumque latine convenienti», quam codices Abr1, etc., cum uno codice CanP communem habent.

Quod ad libellum suum IV attinet, CanC2 et CanP alter alteri ita sunt similes, ut tamquam unum exemplum haberi possint. Vide *Lectiones discrepantes longiores*, I, 25, B; 27; 31; 32, B. Epistulas I-III et excerptum *Sufficere quidem* CanP aliunde assumere non potuit quam ex altero libellorum suorum I-III fonte; quod peculiaribus quibusdam lectionibus confirmatur. Epistulam vero IV una cum libello IV suscepit vel ex exemplo e quo eadem accepit CanC2, vel, quod tamen multo minus probabile est, ex ipso hoc codice.

Inter codices editionis II, Cas1, Ful2 (?), Par6B, RomC, RomVE1, SGa4, Stu2B, Vat1, Vat2, Vat3, Ven, Vin1 familiam clarissimis quibusdam notis distinctam constituunt codices RomC, Vat1, Vat2, Vat3 et Vin1. Etenim: 1. In locis ad collationem delectis 464, plerumque prorsus soli, 164er vel paulo saepius propriam quandam lectionem pariter praebent. – 2. Universa ratio earum lectionum eos demonstrat a ceteris codicibus valde discrepantes, inter ipsos e contrario simillimos. – 3. Omnes eandem servaverunt translationem extra suum locum magnae cuiusdam partis libelli III (a fine c. 2 usque ad medium c. 11), quam a communi parente acceperunt. V. *Le texte*, 1934, pp. 67-68.

Quis autem eorum sit communi parenti vicinior nullo certo ar-

gumento nobis demonstrare potuimus. Cum RomC gravi lacuna vitietur, codex praecipuus huius familiae Vat$_1$ habeatur. Iidem quidem codices ob ipsam sui textus singularem rationem, sicut codices Abr$_1$, etc., editionis I, tenuissimae auctoritatis existimandi sunt.

Quamquam de codice Ful$^2$, ut iam diximus (p. 125 et 160), incertum nobis est utrum editionis I*, an II, an mixtae sit, constat nihilo minus eum in loco duplicato 10 (*Off.*, l. I, c. 32, 10; p. 140) textum editionis I ac I* et textum editionis II, sicut editio Hittorpiana, coniuncte exhibere, cum non paucis tamen propriis lectionibus. Lectionem autem « Qui versus » praebent codices italici Cas$_1$, etc. En geminus codicis Fuldensis textus:

> Ubi notandum versus responsorii omnes esse de psalmo « *Confitemini domino* » qui sonat confessionem laudis. Quae tamen laus alleluia concluditur propter nobiliorem linguam. Qui versus versus altum (?) sic continuant: « Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius »; item: « Dicat nunc Israel quoniam bonus »; item: « Dicant nunc qui timent dominum », seu: « Dicant qui redempti sunt a domino » – utrosque enim vidi scriptos in isto loco, et utrosque audivi cantare; – item: « Dextera domini »; item: « Lapidem quem reprobaverunt »; item: « Lapidem quem reprobaverunt »; item: « Benedictus qui venit ». Sed in fine versuum praeposterus ordo secundum quosdam observatur. Nam versus « Benedictus qui venit » in V feria praeponitur versui « Lapidem quem reprobaverunt », qui est in ordine psalmi prior, ea videlicet ratione quod sexta feria idem versus « Lapidem quem reprobaverunt » inter ceteros praecipue sonat de passione domini, quae facta est VI feria. In illa reprobaverunt Iudei dominum edificantes, in illa factum est caput anguli coniungens duos parietes simul ex adverso venientes.

Ein$_1$, Ein$_2$, Mon$_2$, SGa$_4$ ita inter se pares sunt, ut vix quidquam habeant quo, quod eorum textum spectat, alius ab alio distinguantur. Communi fonti ceteris paulo propior nobis visus est SGa$_4$; quin ipse ceterorum fons esse potuit.

Codices Cas$_1$, RomVE$_1$, SGa$_4$, Vat$_1$, Ven, Par$_6$B, Stu$_2$B inter se conferendi causa, locos 104 (22) binarum lectionum e 53 textibus selegimus.

Porro locis 13 (3) Cas$_1$; 5 (0) RomVE$_1$; 7 (2) SGa$_4$; 51 (13) Vat$_1$; 5 (2) Ven; 2 Par$_6$B; 0 Stu$_2$B singularem lectionem praebent.

Locis vero 23 iidem codices inter binas lectiones ita plures a pluribus dividuntur (Codices tamen Par$_6$B et Stu$_2$B locis dumtaxat 15, 17-23 cum ceteris conferri possunt: namque loco 16 Stu$_2$B tertiam lectionem quandam habet):

1. L. I, c. 11, 4. *Armemus*. Cas$_1$, SGa$_4$, Vat$_1$.
   *Armemur*. RomVE$_1$, Ven.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| 2. | | c. 12, | 41. | *Mundo.* Cas1, RomVE1, SGa4. |
| | | | | *Mundum.* Vat1, Ven. |
| 3. | | | | *Aedificio.* Cas1, SGa4, Vat1. |
| | | | | *Aedificatione.* RomVE1, Ven. |
| 4. | | c. 13, | 1. | *Eum.* Cas1, SGa4, Vat1 (e corr. e. m. pro *eam*). |
| | | | | *Eam.* RomVE1, Ven. |
| 5. | | c. 29, | 5. | *Novissima.* Cas1, RomVE1, SGa4. |
| | | | | *Novissimo.* Vat1, Ven. |
| 6. | | | | *Portanda.* Cas1, Vat1. |
| | | | | *Portata.* RomVE1, SGa4, Ven. |
| 7. | | c. 33, | 4. | *Patientia.* Cas1, RomVE1, SGa4. |
| | | | | *Patientiam.* Vat1, Ven. |
| 8. | | | | *Laetitiae.* Cas1, Vat1. |
| | | | | *Laetitia.* RomVE1, SGa4, Ven. |
| 9. | | c. 37, | 1. | *Vigiliis.* Cas1, RomVE1. |
| | | | | *Vigilia.* SGa4, Vat1, Ven. |
| 10. | L. II, | c. 4, | 1. | *Clerus.* Cas1, RomVE1, SGa4. |
| | | | | *Cleros.* Vat1, Ven. |
| 11. | | c. 10, | 4. | *Prophetae.* Cas1, RomVE1, SGa4. |
| | | | | *Prophetiae.* Vat1, Ven. |
| 12. | L. III, | c. 18, | 11. | *Praecipisse.* Cas1, RomVE1. |
| | | | | *Praecessisse.* SGa4, Vat1 (e corr. pro *praecepisse*), Ven. |
| 13. | | c. 23, | 20. | *Deinde.* Cas1, RomVE1, Vat1. |
| | | | | *Dein.* SGa4, Ven. |
| 14. | | c. 41, | 1. | *Iohannis.* Cas1, RomVE1, SGa4. |
| | | | | Praep. *sancti.* Vat1, Ven. |
| 15. | L. IV, | c. 7, | 23. | *Laudem.* Cas1, SGa4, Vat1, Stu2B. |
| | | | | *Lauda.* RomVE1, Ven, Par6B. |
| 16. | | | | *Modo apud te.* Cas1, RomVE1, Ven. |
| | | | | *Apud te modo.* SGa4, Vat1. |
| 17. | | c. 17, | 3. | *Quod.* Cas1, Vat1. |
| | | | | *Quid.* RomVE1, SGa4, Ven, Par6B, Stu2B. |
| 18. | | c. 25, | 6. | *Ut convertatur.* Cas1, RomVE1, Vat1. |
| | | | | Omis. *ut.* SGa4, Ven, Par6B, Stu2B. |
| 19. | | c. 32, | 1. | *Contagione.* Cas1, RomVE1, Vat1, Par6B, Stu2B. |
| | | | | *Cogitatione.* SGa4, Ven. |
| 20. | | | | *Virorum.* Cas1, Vat1, Par6B. |
| | | | | *Verorum.* RomVE1, SGa4, Ven, Stu2B. |
| 21. | | c. 34, | 5. | *Invocabit.* Cas1, RomVE4, Vat1, Par6B, Stu2B. |
| | | | | *Invocavit.* SGa4, Ven. |
| 22. | | c. 42, | 1. | *Agenda sunt.* Cas1, RomVE1, Par6B. |
| | | | | *Agenda sint.* SGa4, Vat1, Ven, Stu2B. |
| 23. | | | | *Dicuntur caelebrari.* Cas1, Vat1. |
| | | | | Praep. *die.* RomVE1, SGa4, Ven, Par6B, Stu2B. |

| Loci | Lectiones codicum | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | Cas1 | Rom VE1 | SGa4 | Vat1 | Ven | Par6B | Stu2B |
| 1 | 1 | 2 | 1 | 1 | 2 | | |
| 2 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | | |
| 3 | 1 | 2 | 1 | 1 | 2 | | |
| 4 | 1 | 2 | 1 | 1 | 2 | | |
| 5 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | | |
| 6 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | | |
| 7 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | | |
| 8 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | | |
| 9 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | | |
| 10 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | | |
| 11 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | | |
| 12 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | | |
| 13 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 | | |
| 14 | 1 | 1 | 1 | 2 | 2 | | |
| 15 | 1 | 2 | 1 | 1 | 2 | 2 | 1 |
| 16 | 1 | 1 | 2 | 2 | 1 | | |
| 17 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 2 | 2 |
| 18 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 | 2 | 2 |
| 19 | 1 | 1 | 2 | 2 | 1 | 1 | 1 |
| 20 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 21 | 1 | 1 | 2 | 1 | 2 | 1 | 1 |
| 22 | 1 | 1 | 2 | 2 | 2 | 1 | 2 |
| 23 | 1 | 2 | 2 | 1 | 2 | 2 | 2 |

Intervalla igitur inter codices haec sunt:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cas1 | > RomVE1 | : | 9 |
| Cas1 | > SGa4 | : | 13 |
| Cas1 | > Vat1 | : | 11 |
| Cas1 | > Ven | : | 21 |
| RomVE1 | > SGa1 | : | 12 |
| RomVE1 | > Vat1 | : | 20 |
| RomVE1 | > Ven | : | 12 |
| SGa1 | > Vat1 | : | 14 |
| SGa1 | > Ven | : | 12 |
| Vat1 | > Ven | : | 14 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cas1 | > RomVE1.SGa4 | : | 5 |
| RomVE1 | > Cas1.SGa4 | : | 4 |
| SGa4 | > Cas1.SGa4 | : | 8 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cas1 | > RomVE1.Vat1 | : | 0 |
| RomVE1 | > Cas1.Vat1 | : | 9 |
| Vat1 | > Cas1.RomVE1 | : | 11 |

Etc.


| | | | |
|---|---|---|---|
| Cas1 | > RomVE1 | : | 4 |
| Cas1 | > SGa4 | : | 7 |
| Cas1 | > Vat1 | : | 2 |
| Cas1 | > Ven | : | 7 |
| Cas1 | > Par6B | : | 4 |
| Cas1 | > Stu2B | : | 5 |
| RomVE1 | > SGa4 | : | 5 |
| RomVE1 | > Vat1 | : | 6 |
| RomVE1 | > Ven | : | 3 |
| RomVE1 | > Par6B | : | 2 |
| RomVE1 | > Stu2B | : | 3 |


| | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| SGa4 | > Vat1 | : | 5 | Vat1 | > Ven | : | 7 | Ven | > Par6B | : | 3 |
| SGa4 | > Ven | : | 2 | Vat1 | > Par6B | : | 6 | Ven | > Stu2B | : | 2 |
| SGa4 | > Par6B | : | 5 | Vat1 | > Stu2B | : | 5 | Par6B | > Stu2B | : | 3 |
| SGa4 | > Stu2B | : | 2 | | | | | | | | |

| | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| Cas1 | > RomVE1.SGa4 | : | 3 | Cas1 | > RomVE1.Vat1 | : | 0 | Etc. |
| RomVE1 | > Cas1.SGa4 | : | 1 | RomVE1 | > Cas.Vat1 | : | 4 | |
| SGa4 | > Cas1.RomVE1 | : | 4 | Vat1 | > Cas1.RomVE1 | : | 2 | |

Intervalla inter eosdem codices singulos et archetypum hypotheticum d:

| d | Cas1 | RomVE1 | SGa4 | Vat1 | Ven | Par6F | Stu2B | Lectionum loci |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| o | x | o | o | x | o | | | 6 |
| o | x | o | o | x | o | | | 8 |
| o | x | o | o | x | o | o | o | 17 |
| o | x | o | o | x | o | o | o | 23 |
| o | x | o | o | x | o | x | o | 20 |
| o | x | x | o | o | o | | | 9 |
| o | x | x | o | o | o | | | 12 |
| o | x | x | o | o | o | x | o | 22 |
| o | x | x | o | x | o | | | 13 |
| o | x | x | o | x | o | o | o | 18 |
| o | x | x | o | x | o | x | x | 21 |
| o | x | x | o | o | x | | | 16 |
| o | x | x | o | o | x | x | x | 19 |
| o | o | x | o | o | x | | | 1 |
| o | o | x | o | o | x | | | 3 |
| o | o | x | o | o | x | | | 4 |
| o | o | x | o | o | x | x | o | 15 |
| o | o | o | o | x | x | | | 2 |
| o | o | o | o | x | x | | | 5 |
| o | o | o | o | x | x | | | 7 |
| o | o | o | o | x | x | | | 10 |
| o | o | o | o | x | x | | | 11 |
| o | o | o | o | x | x | | | 14 |
| 0 | 13 | 12 | 0 | 14 | 12 | | | |
| 0 | 7 | 5 | 0 | 5 | 2 | 5 | 2 | |




E tribus codicibus primae evulgationis editionis III, Atr1, Par7, Par8, ultimos duos ambos e primo ortos esse, e Par8 vero Par7, olim demonstravimus. *Le texte*, in *Ephemerides liturgicae*, 48 (1934), pp. 224-227; 49 (1935), pp. 424-426. Haec autem conclusio eo confirmatur quod complures loci qui in Atr1 desunt, in Par8 non repeiuntur, nisi alia manu suppleti, cum Par7 eos in ipso suo textu exhibeat (Sic, v. g., in l. I, c. 31; l. II, c. 12, c. 14; l. III, c. 1, c. 3; l. IV, c. 3, c. 27). Codex Par8 videlicet prius recognitus est ac completus, quam a librario codicis Par7 descriptus est. Porro codex ad quem recensitus est Par8, exemplum erat editionis II, ut clarissime appa-

ret e lectionibus eiusdem Par3 in pluribus locis duplicatis. Atr1 vero omni admixtione lectionum e prioribus editionibus liber apparet. Similiter puri sunt codices alterius evulgationis eiusdem editionis III, Div et Par3, etsi Div in sex locis duplicatis textum editionis I vel II suo textui adscripsit, eum in duobus huic substituit. Sed haec substitutio duorum capitulorum inscriptiones tantum affecit (loc. 5 et 8).

Locis binarum lectionum 71 e 18 textibus usi sumus in conferendis inter se et cum codice SGa4 codicibus Atr1, Div, Par4.

Singularem praebet lectionem locis 22 Atr1; 12 Div; 18 Par3; 4 SGa4. Locis vero 15 quattuor codices plures a pluribus inter binas lectiones ita dividuntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. | L. I, | c. 12, 41. | *Aedificio.* Atr1, SGa4. |
| | | | *Aedificatione.* Div, Par3. |
| 2. | | c. 40, 7. | *Linguas apostolorum.* Atr1, SGa4. |
| | | | Invert. Div, Par3. |
| 3. | L. II, | c. 16, 5. | *Propria.* Atr1, Div. |
| | | | *Proprio.* Par3, SGa4. |
| 4. | | | *Laborem.* Atr1, Div. |
| | | | *Labore.* Par3, SGa4. |
| 5. | | | *Texa.* Atr1, Div. |
| | | | *Texta.* Par3, SGa4. |
| 6. | | | *Secreto.* Atr1, Div. |
| | | | *Secreta.* Par3, SGa4. |
| 7. | L. III, | c. 18, 11. | *Servus.* Atr1, Par3. |
| | | | *Servos.* Div, SGa4. |
| 8. | | c. 23, 20. | *Primo.* Atr1, SGa4. |
| | | | *Primum.* Div, Par3. |
| 9. | | | *Deinde.* Atr1, Div. |
| | | | *Dein.* Par3, SGa4. |
| 10. | | | *Id est.* Atr1, Div. |
| | | | *Idem.* Par3, SGa4. |
| 11. | | c. 26, 17. | *Consortium quaesumus nos.* Atr1, SGa4. |
| | | | *Nos consortium quaesumus.* Div, Par3. |
| 12. | L. III, | c. 35, 3. | *Idem.* Atr1, Par3. |
| | | | *Unde et.* Div, SGa4. |
| 13. | L. IV, | c. 17, 3. | *Dies.* Atr1, Par3. |
| | | | *Die.* Div, SGa4. |
| 14. | | c. 32, 1. | *Celebratur.* Atr1, Div. |
| | | | *Celebrabatur.* Par3 (e corr. pro *celebratur*), SGa4. |
| 15. | | c. 38, 1. | *Neo temptoribus.* Atr1, Par3 (*nec temporibus*). |
| | | | *Ve contemptoribus.* Div, SGa4. |

| Loci | Lectiones codicum | | | |
|---|---|---|---|---|
| | Atr1 | Div | Par3 | SGa4 |
| 1 | 1 | 2 | 2 | 1 |
| 2 | 1 | 2 | 2 | 1 |
| 3 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 4 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 5 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 6 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 7 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 8 | 1 | 2 | 2 | 1 |
| 9 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 10 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 11 | 1 | 2 | 2 | 1 |
| 12 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 13 | 1 | 2 | 1 | 2 |
| 14 | 1 | 1 | 2 | 2 |
| 15 | 1 | 2 | 1 | 2 |

Atr1 > Div : 8
Atr1 > Par3 : 11
Atr1 > SGa4 : 11
Div > Par3 : 11
Div > SGa4 : 11
Par3 > SGa4 : 8

Atr1 > Div.Par3 : 4
Div > Atr1.Par3 : 4
Par3 > Atr1.Div : 7


Atr1 > Div.SGa4 : 4
Div > Atr1.SGa4 : 4
SGa4 > Atr1.Div : 7

Atr1 > Par3.SGa4 : 7
Par3 > Atr1.SGa4 : 4
SGa4 > Atr1.Par3 : 4

Div > Par3.SGa4 : 7
Par3 > Div.SGa4 : 4
SGa4 > Div.Par3 : 4

| e | Atr1 | Div | Par3 | SGa4 | Lectionum loci |
|---|---|---|---|---|---|
| o | x | o | x | o | 7 |
| o | x | o | x | o | 12 |
| o | x | o | x | o | 13 |
| o | x | o | x | o | 15 |
| o | x | x | o | o | 3 |
| o | x | x | o | o | 4 |
| o | x | x | o | o | 5 |
| o | x | x | o | o | 6 |
| o | x | x | o | o | 9 |
| o | x | x | o | o | 10 |
| o | x | x | o | o | 14 |
| o | o | x | x | o | 1 |
| o | o | x | x | o | 2 |
| o | o | x | x | o | 8 |
| o | o | x | x | o | 11 |
| 0 | 11 | 11 | 8 | 0 | |

d. SGa4 (+ 4)




### *B*) De codicibus *Retractationis I*

De primae tantum retractationis codicibus nobis hic agendum, quoniam illa tantum in redigenda *Libri officialis* editione usi sumus.

E septem codicibus *Retractationis I* Vin3 non plus quam excerptum quoddam continere potest. Al hoc praestat quod seriem capitulorum quae de singulis hebdomadis feriis agunt, ultimo quodam capitulo, *De sabbato*, complet; hoc autem vix aliunde habere potest quam ex ipso primo *Retractationis I* exemplo. Longe tamen abest ut huic exemplo propior dici debeat, quam codices Bol, CanC1, CanT, ParN3, etsi hi cuncti illo capitulo carent. Etenim, ut alias rationes taceamus, in Al capitulum *De vespertinali synaxi*, quod nunc propter amissionem totius fasciculi cuiusdam (inter ff. 82 et 83) desideratur, in verum suum locum, post capitulum *De nona*, translatum videtur. Capitulum ultimum *De sabbato* continet quoque Hol, sed hic codex potius quam *Retractationem I*, huius novam quandam retractationem praebet.

Codici Bol fere omnino par est codex ParN3, codici CanC1 codex CanT, sive Bol a ParN3, CanT a CanC1 deducendus est, sive Bol ac ParN3 pariter ex uno parente orti sunt, CanC1 ac CanT ex altero. Etenim neque ParN3 e Bol, neque CanC1 e CanT manare potuisse, clare demonstrant quaedam earum lectiones.

Ex iisdem manifestum fit Bol et ParN3 multo viciniores mansisse codicibus ipsius *Libri officialis*, maxime codici Par3, quam CanC1 et CanT. Quas rationes cunctas aliquomodo esprimat haec figura:




## Articulus VI

### *De editionis huius ratione*

Editione nostra praecipue ipsum textum editionis III praebendum esse liquet. Huius ergo formam fideliter exhibet textus noster, ad quem parandum adhibuimus codices Atr1, Bol, Div, Par3, Par8, ParN3.

Ubi nempe tres codices, Atr$_1$, Div, Par$_3$, inter se congruebant, eos fere semper secuti sumus; ubi vero iidem tres codices binas vel etiam ternas inter se diversas lectiones praebebant, si, quod plerumque fiebat, earum una communi priorum editionum lectioni similis erat, illam praeferendam duximus; sin minus, lectionem codicis Div. Auxilio codicis Par$_8$ usi sumus in iis locis in quibus scriptura codicis Atr$_1$ prope prorsusve evanuit, vel ipse codex propter lacunam aliquam (plures enim easque graviores, ut diximus, habet) omnino deficiebat.

Apparatus hoc modo positivus est, quod ubicumque in eo lectio aliqua a textu discrepans et quorundam codicum propria exhibetur, hac ipsa ratione significatur ceteros omnes codices qui in capite apparatus critici percensentur, ipsius textus lectionem praebere. At, ubi nulla lectio a textu distans profertur, certum est solum nullo ex iisdem codicibus lectionem propriam alicuius momenti contineri. Variis enim lectionibus non adnumeravimus minutissima illa menda, aliaque similia, quae saepius nihil ipsa significant et ne in conferendis quidem inter se codicibus utilia sunt. Cfr. huius *Introductionis* c. 5. E *Retractationis I* codice ParN$_3$ et praesertim Bol, qui ineptissimis refertus est erratis, maioris tantum ponderis lectiones, easque quibus alterius alicuius codicis — maxime Par$_3$ — propriae lectiones confirmarentur, retinuimus. Codex Bol quidem ibi tantum intervenit; ubi ParN$_3$ ob amissionem alicuius quaternionis defectum passus est, paucissimis iis locis exceptis quibus comparationis causa lectiones quattuor praecipuorum *Retractationis I* exemplorum praebemus. Nihilo minus, si quomodo in colligendis variis lectionibus peccavimus, hoc nobis magis per nimium quam per parum fecisse videmur. Signis ⌜ ⌝ eos locos comprehendimus qui in *Retractatione I* servati sunt.

Textum trium priorum editionum, I, I*, II, lector facile restituet adhibito apparatu critico; cuius rei gratia proprium istarum editionum apparatum ab apparatu editionis III seiunximus, ipsumque bifariam divisimus, cum lectiones editionis I*, in libellis I-III cum lectionibus editionis I coniunximus, in libello IV separate posuimus.

Testes evulgationis I editionis I sunt codices Aur$_2$, Par$_5$, Par$_6$, Lau, VatR$_3$; testis evulgationis II ParN$_1$. Editionis vero I* lectiones praebet codex CanC$_2$, editionis II SGa$_4$, RomVE$_1$, Cas$_1$ (iis locis quibus deficit RomVE$_1$ et pro Ven, quem tempore opportuno praesto habere non potuimus).

Porro lectiones trium priorum editionum et *Retractationis I* proprias quae longiores erant, quam ut integrae in apparatu exhibe-

rentur, appendix quaedam excepit, qua colliguntur etiam *Adnotationes marginales* codicis ParN1.

Ratio vocabula scribendi seu orthographia novem his antiquioribus praestantioribusque codicibus innititur: Atr1, Aur2, Lau, Par5, Par6, ParN1, ParN3, SGa4, praesertim vero eorum primo, sexto, octavo, ita ut paene cum ea qua ipse Amalarius eiusve scriptores utebantur, concordare credenda sit. In apparatum autem eas tantum lectiones orthographicas excepimus, quarum cognitio utilitatem aliquam habere potest.

Etiam crucis signa, quorum usum ac significationem Amalarius in praefatione *Gloriosissime princeps*, 6, exponit, suis quaeque locis textui inseruimus, videlicet in fine verborum quae auctor ab aliis scriptoribus mutuatus est et in principio eorum quae ipse exaravit, non autem inter duos continuos locos aliunde acceptos, neque post locos e sacra scriptura sumptos, neque in fine capitulorum, nisi ubi omnes meliores codices contrariam rationem demonstrabant. V. *Le texte*, 1934, p. 232.

## CAPITULUM XIV

### De « Libro de ordine antiphonarii » (*Ant.*)

Nullus codex huius maximo momento operis adhuc repertus est, nec vel uno verbo quidquam manifestavit M. Hittorp de codice in quo illud ei invenire contigit. Frequentissima ac manifesta confusio in textu *Ant.* duorum adverbiorum « autem » et « enim » ex altera confusione notarum h et H, a priore quodam librario vel ab ipso Hittorpio admissa, sine dubio orta est. Hae autem notae maxime scripturae anglosaxonicae propriae sunt. W. M. Lindsay, *Notae latinae. An account of abbreviation in latin mss. of the early minuscule period* (c. 700-850), Cambridge, 1915, nn. 11-18; 65.

Editio *Prologi antiphonarii* (de quo in c. 11) et *Libri de ordine antiphonarii* una est: M. Hittorp, *De divinis catholicae ecclesiae officiis ac ministeriis varii... libri...*, Coloniae, 1568, pp. 263-308, etsi eadem pluries typis renovata est. Eam haec volumina exhibent:

*Sacrae bibliothecae sanctorum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum tomus sextus...* per Margarinum de la Bigne... editione secunda..., Parisiis, 1589, pp. 1081-1146.

*De catholicae Ecclesiae officiis ac ministeriis varii... libri... ad Sanctissimum D. N. Gregorium XIV P. M.*, Romae, 1591, quod est ipsum M. Hittorpii volumen, sed auctum novoque titulo inscriptum, pp. 223-261.

*De divinis catholicae Ecclesiae officiis et mysteriis* (!) *varii... libri... nunc primum auctarii loco caeteris Bibliothecae veterum Patrum tomis adiuncti...*, Parisiis, 1609 vel 1610, pp. 503-558. *Bibliotheca* enim *veterum Patrum et auctorum ecclesiasticorum* Margarini de la Bigne anno 1610 Parisiis tertium edebatur; auctarium vero aliud nihil est, nisi totum Hittorpianum volumen novis operibus ditatum. Idem dicendum est de auctario editionis quartae et de tomo decimo editionis quintae ac sextae.

*De divinis catholicae Ecclesiae officiis et mysteriis varii... libri... anno* 1619 (lege 1609 vel 1610) *auctarii loco caeteris Bibliothecae veterum Patrum tomis adiuncti...*, pp. 503-558. Quarta haec editio ipsius *Bibliothecae* anno 1624 prodiit.

*Magna bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum...* tomus decimus, Parisiis, 1644, pp. 503-558.

*Magna bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum...* tomus decimus, Parisiis, 1654, pp. 503-558.

*Magna bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum...*, Coloniae Agrippinae, 1618, t. IX, pp. 392-418.

*Maxima bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum...*, Lugduni, 1677, t. XIV, pp. 1032-1061.

PL, 105, pp. 1243-1316.

De quarum bibliothecarum editionibus v. O. Bardenhewer, *Geschichte der Altkirchlichen Literatur*, t. I, 1913, pp. 56-57; J. M. Hanssens, *Le texte du « Liber officialis » d'Amalaire*, in *Ephemerides liturgicae*, 46 (1933), pp. 118-125. Corrigendum vero est in hoc articulo quod p. 122 de auctario Frontonis du Duc affirmatur; hoc non anno 1639, sed iam 1624 prodiit; anno 1639 exiit supplementum Ae. Morel.

Prologum *Libri de ordine antiphonarii* incipere a titulo *De his quae meo interrogatui responsa sunt*, etc. supra ostendimus; manifestum autem est hunc prologum praefationi *Postquam scripsi* tertiae editionis *Libri officialis* valde similem esse. Ipse vero *Liber* in duas partes dividitur: altera, eaque multo brevior, inscribitur: *Adnotatio de nocturnalibus officiis et diurnalibus quae vulgo cursus vocantur*, septemque priora capitula complectitur; altera ex ipsa explicatione ordinis antiphonarii constat et a c. 8 usque ad 80 pertinet.

Liquet *Librum de ordine antiphonarii* scribi non potuisse, nisi post ordinatum ipsum antiphonarium; quod annis 831-834 evenisse diximus. Quin eundem *Librum* non ante annum 844, seu non ante mortem Gregorii papae IV, absolutum esse planum faciunt verba c. 58, 3 de Amalarii altero Romano itinere. V. huius *Introductionis* c. 3.

In constituendo editionis nostrae textu pro codice nobis fuit prima Hittorpiana editio (1568), cuius tamen scripturam orthographiae codicum *Libri officialis* aliquantum accommodavimus.

## CAPITULUM XV

### De « Eclogis de ordine romano et quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa » (*Ecl.*)

Huius commentarii nobis sunt noti hi codices:

Guelferbytensis 2 (Guel2, W) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 4159 (Wissemburgensis 75), cuius descriptionem quaere in *Le texte*, 1933, p. 419 et in huius *Introductionis* c. 14, a. 1, Codices *Retractationis II*. Continet, praeter alia, ff. $1^v$-$17^v$, *Eclogas de ordine missae*; ff. $25^r$-$102^v$, *Retractationem II*.

Metensis 2 (Met2, Z) – Metz, Bibliothèque municipale, c. lat. 351, 210 × 165 mm., 118 fol. Constat e duabus partibus, quarum prior 8 priores fasciculos, seu ff. 1-65, altera reliquos 7 fasciculos, seu ff. 66-118, complectitur. Scriptus videtur saec. IX ex., non tamen ante annum 875 vel 876, quoniam in Laudibus carolinis graecis, f. $78^r$, nominatur Walo Metensis episcopus (875/6-882). Fuit prius abbatiae Metensis Sancti Arnulfi, sed nulla hodie nota antiqua signatur. Eum Metis exaratum esse demonstrant eaedem laudes ceteraque carmina in adventu imperatoris sive episcopi canenda. Continet praeter alia minora (cfr. indicem manu saec. X vel XI, f. $1^r$, conscriptum), ff. $1^v$-$42^r$, Rabani Mauri Librum de sacramentis, PL, 112, pp. 1165-1192; 107, pp. 299-309; ff. $42^r$-$50^r$, Venantii Fortunati (o. post 600) Expositionem orationis dominicae, Miscellanea, l. X, c. 1, PL, 88, pp. 313A-322C; ff. $50^r$-$61^v$, s. Cypriani expositionem de eadem oratione, PL, 4, pp. 519D-544A; 47, pp. 1113A-1128B; ff. $62^r$-$64^v$, eiusdem Venantii Fortunati Expositionem symboli, Miscellanea, l. XI, c. 1, PL, 88, pp. 354C-351C, sed imperfectam seu usque ad ipsas voces « Tu es qui venturus » tantum, pp. 349D-350A; f. 65 (quod fasciculo est agglutinatum) vacuo, ff. $66^r$-$75^v$, Tonos authenticos, seu initia antiphonarum missae atque officii ex ordine modorum; ff. $76^r$-$78^r$, Laudes carolinas, latinas et graecas, aliaque eiusmodi carmina, de quibus v. H. LECLERCQ, *Metz, XXII, Les laudes grecques*, in DACL, t. XI, pp. 860-864 et I. M. HANSSENS, *De laudibus carolinis*, in *Periodica de re morali, canonica, liturgica*, 31 (1942), pp. 284-291; ff. $78^v$-$103^r$, collectionem decretorum Romanorum pontificum, PL, 130, p. 99, ss.; denique, ff. $103^v$-$117^v$, *Eclogas de ordine romano*. Pluribus manibus exaratus est, sed eadem est per totum

codicem scripturae species; saeculi IX ex. vel in. X propria; magna atque aequalis; litterarum hastas crassiores, elegantem litterae r humerum exhibens; nondum littera s rotunda utens. – *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements*, t. V, pp. 147-148.

Parisiensis 12 ($Par_{12}$, P) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 1248; saec. X-XI, 172 × 118 mm., 128 fol. (I-V, 120, 3). E monasterio Lemovicensi Sancti Martialis. Notae antiquiores: in folio nunc faciei interiori tegumenti adhaerenti, 25 (saec. XVII); in f. $C^r$, 1249, sed cancellata; in f. eodem 1248; in f. $E^r$, LXXIV; in f. $1^r$, XCX, sed cancellata; in f. eodem $4614_5$. Lem. 74 (mon. S. Martialis). Apud B. DE MONTFAUCON, *Bibliotheca bibliothecarum*, t. II, p. 1034DE, codex numero 41 notatur. Fortasse est ille codex Tilianus (e bibl. Ioannis du Tillet, episcopi Meldensis, o. 1570), quem descripsit. I. de Voisin in codice $Par_8$. Continet praeter alia: ff. $5^r$-$23^v$, *Expositionem missae « Dominus vobiscum »*; ff. $23^v$-$24^v$, expositionem missae « Missa celebratur (!) primum a sancto Petro »;ff. $24^v$-25 ex *Ordinis totius missae expositione* duplicem praefatiunculam, usque ad voces « quo iusti ab iniustis separabuntur », ed. a nobis in Appendice, XIII; ff. 25-40, expositionem De baptismo officii (!) ac misticis sensibus eorumque auctoribus nominatim designatis et de ordine venientium ad fidem eiusdemque mysteriis; inc. « De catecuminis. Isidori in libro officiorum »; des. « iustorum autem ad vitam aeternam »; ff. $40^r$-$66^r$, *Eclogas de ordine romano* cum epilogo « Et tu, domine mi, reverentissime pater ». De reliquis codicis scriptis v. M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 265-269. – *Bibliothèque nationale. Catalogue général de manuscrits latins*, t. I, p. 462.

Treverensis 1 ($Trev_1$, T) – Trier, Stadtbibliothek, c. lat. 592. V. *Le texte*, 1933, pp. 319-320. *Eclogae* continentur ff. $108^v$-$118^v$ ($105^v$-$115^v$); *Liber officialis* editionis I formaque breviore, ff. $43^r$-$108^r$ ($40^r$-$105^r$).

Erfordiensis (Erf, F) – Erfurt, Stadtbücherei, Cod. Amplonianus in fol. 64. V. *Le texte*, 1933, pp. 234-235. *Eclogas* cum epilogo « Et tu, domine mi, reverentissime pater », praebet ff. $107^v$-$117^v$; *Librum officialem* editionis I in breviorem formam redactum, sicut in $Trev_1$, ff. 53-87.

Cantabrigiensis $C_4$ ($CanC_4$, C) – Cambridge, Corpus Christi College, c. lat. 265. V. *Le texte*, 1933, p. 232; 1935, p. 435. Continet praeter alia, pp. 269-297, excerpta e *Libro officiali*; pp. 305(?)-324, *Exp. I* et *Exp. II*; pp. 329-363, *Eclogas*.

Vaticanus $R_4$ ($VatR_4$, $R_1$) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. lat. 221; 185 × 125 mm., 76 fol. Constat

ex 8 vel 9 fasciculis, qui praeter secundum, ff. 9-17, saeculis XII, XIII, XIV vel XV scripti sunt. Secundus vero saec. X est exaratus, neque aliud quidquam complectitur nisi *Eclogas*.

Vaticanus R6 (VatR6, R2) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. lat. 338; 183 × 150 mm., 124 fol., saec. IX et X. Continet inter alia plura (orationes, benedictiones, hymnos), ff. 64$^{v}$-84$^{v}$, *Eclogas*; ff. 85$^{v}$ ss., De decem praeceptis vel plagis, inc. « Diligenter considerandum est », sicut in VatR7. Ff. 68$^{r}$ et 180$^{r}$ sunt quaedam formulae lingua anglosaxonica scriptae. – H. Ehrensberger, *Libri liturgici*, pp. 564-566.

Vaticanus R7 (VatR7, R3) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. lat. 612; 186 × 129 mm., 84 fol. (1-73, 73, 74-83), diversis manibus saec. IX-X et X scriptus. Continet praeter alia plura ac diversa, ff. 41$^{v}$-57$^{v}$, *Eclogas*, quarum scriptura ad saec. IX-X referenda est; ff. 57$^{v}$-58$^{v}$, De decem praeceptis vel decem plagis, inc. « Diligenter considerandum est », sicut in VatR6.

Sangallensis 6 (SGa6, G2) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 614; 228 × 165 mm., 339 pag. (2-340). Complectitur quattuor series fasciculorum: 1$^{a}$ constat e paginis 2-183, saec. IX scriptis; 2$^{a}$ e paginis 184-231, saec. IX ex.; 3$^{a}$ e paginis 232-270, saec. IX (exc. pp. 264-269, quae saec. X ex. vel XI in. sunt); 4$^{a}$ e paginis 271-340, saec. XII. Tres ultimae series documenta liturgica praebent; pp. 232-258, *Eclogas* – A. Scherrer, *Verzeichniss*, pp. 198-199; M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 343-347.

Sangallensis 5 (SGa5, G1) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 446; 250 × 185 mm., 344 pag., saec. X in. Complectitur inter alia complura (expositiones, benedictiones, ordines), pp. 18-45, *Eclogas*; pp. 85-105, *Expositionem missae « Dominus vobiscum »*; pp. 147-159, *Epistulam ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo*. – A. Scherrer, *Verzeichniss*, pp. 144-146; M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 336-343.

Einsiedlensis 2 (Ein2, E) – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. lat. 110. V. *Le texte*, 1933, pp. 233-234. *Eclogae*, pp. 19-51. – M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 135-137.

Bambergensis 1 (Bam1, B) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 131. V. *Le texte*, 1933, pp. 230. *Eclogae*, ff. 1$^{r}$-26$^{v}$; excerpta e *Libro officiali*, ff. 145$^{v}$-165$^{r}$.

Sampaulinus 1 (SPa1, L) – Sankt Paul im Lavantthal, Stiftsbibliothek, 25/2/20, fol., saec. X. Quondam Samblasianus? Nota antiquior: XXV $\frac{a}{10}$. *Eclogae* per modum interrogationum ac responsio-

num, ff. $15^{r}$-$26^{r}$ et $27^{r}$-$28^{r}$; Capitula enim post ipsum commentarium collocata ab hoc Ordine romano IV (A. VII) dividuntur.

Monachensis 1 (Mon1) – Muenchen, Staatsbibliothek, lat. 14581. V. *Le texte*, 1933, p. 237; huius *Introductionis* c. 14, a. 1, Codices excerpta continentes. *Eclogae* per modum interrogationum et responsionum, sicut in SPa1, ff. $79^{r}$-$92^{v}$ et $94^{v}$-$95^{v}$; excerpta e *Libro officiali*, ff. $152^{r}$-$159^{r}$. Collocatio enim Capitulorum, interposito, ff. 92-94, Ordine romano IV (A. VII), eadem est atque in SPa1.

Monachensis 6 (Mon6) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 6425; 266 × 180 mm., 262 fol., saec. XI. Olim ecclesiae Frisingensis cum nota 225. Quae contineat singillatim describit M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 220-230. *Eclogae*, ff. $173^{r}$-$198^{v}$.

Romanus C (RomC) – Roma, Biblioteca Casanatense, c. lat. 1405. V. *Le texte*, pp. 313-315. Continet, ff. $73^{r}$-$163^{v}$, ipsum textum *Libri officialis* editionis II; ff. $40^{r}$-$43^{v}$, eadem excerpta atque Bam1. Ff. $1^{r}$-$5^{r}$, *Eclogae*, a vocibus « anima mea, ubi pascas, ubi cubes », c. 17, 2, cum Ordine romano IV (A. VII); ff. $5^{r}$-$8^{v}$, expositio missae *Primum in ordine missae*, usque ad verba « et ideo in easdem materias unde cor hominis », PL, 138, p. 1181A8; ff. $9^{r-v}$, postrema pars expositionis « *Dominus vobiscum* »; v. *Introductionis* c. 9.

Vaticanus 1 (Vat1) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1146.

Vaticanus 2 (Vat2) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1147.

Vaticanus 3 (Vat3) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 1148.

De tribus his codicibus v. *Le texte*, 1933, pp. 320-321; huius *Introductionis* c. 9. *Eclogae*, ff. $5^{r}$-$12^{r}$; $5^{r}$-$13^{v}$; $5^{v}$-$12^{v}$.

Vaticanus 4 (Vat4) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, c. lat. 5627. Chartaceus, saec. XVI, 296 fol. (omissis tamen in numeratione notis 214-218). Ff. $227^{r}$-$243^{r}$ (in priore numeratione $191^{r}$-$207^{r}$), *Eclogae*.

Vindobonensis 1 (Vin1) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 914. V. *Le texte*, 1933, p. 323; huius *Introductionis* c. 9. F. $1^{r-v}$, *Eclogae*, a vocibus « Osanna, benedictus qui venit. Gentiles », c. 29, 1.

Abrincensis 3 (Abr3) – Avranches, Bibliothèque et Archives de la Ville, c. lat. 114; 255 × 185 mm., 137 fol. Constat e duabus partibus, quarum prior fasciculos I-XII (ff. 1-97), altera reliquos 5 (ff. 98-137) complectitur. Saeculo XII exeunti compluribus manibus exaratus. Notae antiquiores (f. $1^{r}$): N° 95; N° 60; R5. *Eclogae* ff. $86^{r}$-$91^{v}$, hoc titulo inscriptae: « Glosę de ordine romano... populi in missa », sed textu mutilo; desinit namque in verbis « orationem facere

super oblatam, ut possit ex ea fieri corpus domini », c. 29, *De secreta*, 1. – *Catalogue général... des départements*, t. IV, pp. 483-484; *Catalogue général... de France. Départements*, t. X, pp. 52-53.

Lugdunensis V (LugV) – Leiden, Bibliotheek der Rijks Universiteit, Bibliotheca quondam Vossiana, Mss. praecip. Graec., etc., in quarto 30. Chartaceus, 240 × 175 mm., 258 fol.; compluribus manibus saec. XV-XVII. Continet, praeter alia scripta graeca et latina, ff. 85$^r$-101$^v$, transcriptum (e cod. SGa$_6$) *Eclogarum*, cum hoc titulo: *Amalheri abbatis Aeclogae de ordine Romano et quatuor orationibus Episcoporum*. – *Codices manuscripti* (*Bibliotheca Universitatis Leidensis*), t. IV, *Codices Bibliothecae quondam Vossianae*, p. 397.

Parisiensis Ba (ParBa) – Paris, Bibliothèque nationale, Collection Baluze, c. 379. Describitur apud M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 279-280. *Eclogarum* aliud non praebet, f. 126$^r$, nisi titulum, e cod. SGa$_5$, p. 18. – L. Auvray et R. Poupardin, *Catalogue des manuscrits de la collection Baluze*, Paris, 1921, pp. 421-424.

Parisiensis 18 (Par$_{18}$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 9490. Continet ff. 85$^r$-94$^v$ textum *Eclogarum* manu I. de Voisin (o. 1685) e codice bibliothecae Thuanae n. 344: « *Incipiunt hae glosae de Ordine Romano Et de quatuor orationibus Episcoporum sive populi*. Capitula sequentis opusculi. Capitula sequentis opusculi praenotamus, ut, si quis... laudantes et benedicentes deum qui vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen ». Collatus est porro hic textus cum textu *Eclogarum* in codice quodam Sangallensi (SGa$_5$, ut videtur) et in codice quodam Tilliano Bibliothecae Regiae. Ita I. de Voisin. Estne hic fortasse codex noster Par$_{12}$?

Parisiensis 19 (Par$_{19}$) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 9494. F. 510 ss., transcriptum manu I. de Voisin textus *Eclogarum* e codice quodam Sangallensi, quem SGa$_5$ fuisse putamus.

De codicibus *Eclogarum* quibusdam qui in antiquis bibliothecarum catalogis indicantur, nunc vero vel perierunt vel latent, v. E. Flicoteaux, *Un problème de littérature liturgique. Les « Eclogae de officio missae » d'Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 25 (1908), p. 305. Illis autem adiungendus est codex Thuanus 344 a I. de Voisin in codice Par$_{18}$ conscribendo adhibitus; quo quid post venditionem bibliothecae Thuanae, anno 1789, factum sit ignoramus. Apud I. de Montfaucon, *Bibliotheca bibliothecarum*, t. II, pp. 351-352, inter recensitos bibliothecae Thuanae codices memoratur cod. « 344. De vita christiana. De sermone Domini in monte. Varii sermones »; quae omnia s. Augustini opera esse videntur. Neque alius ex iisdem codicibus quidquam *Eclogis* simile exhibet.

Editiones complures habuerunt *Eclogae*: St. Baluze, *Capitularia Regum Francorum*, t. II, pp. 1352-1366, e codice SGa$_5$; I. Mabillon, *Museum Italicum*, t. II, pp. 549-559, quae est ipsa editio Baluziana; D. Giorgi, *De liturgia Romani Pontificis*, t. III, pp. 339-365, e codice VatR$_4$ et Vat$_1$; M. Gerbert, *Monumenta veteris liturgiae Alemannicae*, t. II, pp. 156-165, e codice SPa$_1$; PL, 38, pp. 1371-1380 et 105, pp. 1315-1330, quarum utraque Baluziana quoque est.

Epilogum « Et tu, domine mi, reverentissime pater, edidit R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 254-255 e codice Erf, ff. 117$^{r-v}$.


Cum autem definiendae sunt rationes quibus inter se coniunguntur codices quos recensuimus, ex iis neglegi possunt Abr$_3$, LugV, Mon$_6$, ParBa, Par$_{18}$, Par$_{19}$, VatR$_4$. Ita vero alii aliis similes sunt RomC, Vat$_1$, Vat$_2$, Vat$_3$, Vin$_1$, ut pro uno exemplo accipi possint. Vat$_1$ usi sumus, quia RomC nimis mutilus est. Ein$_2$ denique, quod ad eius lectiones attinet, aegre a SGa$_5$ distinguitur.

Horum igitur codicum rationes nobis definiendae restant: Bam$_1$, CanC$_4$, Erf, Guel$_2$, Met$_2$, Mon$_1$, Par$_{12}$, SGa$_5$, SGa$_6$, SPa$_1$, Trev$_1$, Vat$_1$, VatR$_4$, VatR$_6$, VatR$_7$. Perpensis autem variarum lectionum rationibus quibus iidem codices inter se ipsos et cum *Gemino missae expositionis codice*, id est cum codice Turicensi, ff.78$^r$-93$^v$, coniunguntur, duae illorum familiae facillime altera ab altera discernuntur, et in his ipsis plures quasi cognationes:

- Γ
  - Guel$_2$
  - Met$_2$
  - Γ'
    - Par$_{12}$
    - γ
      - Trev$_1$
      - Erf
      - γ'
        - CanC$_4$
        - Vat R$_4$
        - Vat R$_6$
        - Vat R$_7$

- Δ
  - SGa$_6$
  - δ
    - SGa$_5$
    - Vat$_1$
    - δ'
      - Bam$_1$
      - SPa$_1$
      - Mon$_1$

Ipsas vero codicum cognationes haec tabella ostendat, in qua litterula a primum exemplum *Gemini missae expositionis codicis* indicatur, litterula b primum exemplum *Eclogarum.*




Duplex est commentarius *Eclogarum.* Priore namque sua parte, et ea praecipua, ritus missae secundum ordinem romanum usque ad fractionem et commixtionem interpretatur; altera deinde, eaque breviore, quattuor missae orationes explicat quae sunt collecta, secreta, praefatio, benedictio post communionem, id est quattuor orationes ad proprium missae pertinentes, seu pro alio distinctionis ac nominationis modo, precationes, a principio missae usque ad offertorium, orationes, a secreta usque ad « Agnus Dei », postulationes, post communionem, gratiarum actiones, in populi responso « Deo gratias », cum in fine missae a diacono dimittitur. Ante ambas autem illas partes posita sunt « Capitula », quae tamen cum neutra earum congruunt. Iisdem denique ad fidem duorum codicum epilogus quidem accedit.

Clarissimum igitur est, quod iam viderat R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 98-99, capitulum *De fractione oblatarum* et capitulum *De pace adnuntiata antequam commisceatur corpus et sanguis Domini*, usque ad ipsas voces « super interfectos istos et reviviscant », quae in omnibus codicibus medio in capitulo *De secreta*, post huius verba: « ut possit ex ea fieri corpus Christi » posita apparent, non ad commentarium de quattuor orationibus missae, sed ad commentarium de ordine romano pertinere; seu liquet eundem illum locum et hunc alterum: « De nominibus quattuor orationibus... ut possit ex ea fieri corpus Christi » (in capitulo *De secreta*) esse inter se fere aequales, ordine autem inverso sequi. Quod quomodo accidere potuerit facile explicatur, si ponitur *Eclogas* a suo auctore in solutis scidis exaratas esse, librarium vero, qui primum eas descripsit, ordinem duarum ex istis scidis pervertisse. In tabella quam hic ponimus et in ipsa editione rectam capitulorum seriem restituimus.

Duodecim priora capitula *Eclogarum*, seu plus duas partes commentarii de ordine romano, fere totas ex undeviginti prioribus capitulis *Codicis II* et, pro duobus brevissimis locis, e capitulo 4 et 5 *Codicis I* excerptas esse; ex huius quoque capitulo 8 sumptos esse duos breves locos e quibus constat earundem *Eclogarum* c. 19, demonstrat cum ipsum eclogarum, id est rerum delectarum, nomen, tum nostra editio, eaque quam diximus tabella. Hac praeterea planum fit cur in *Eclogis* nulla sit indicis capitulorum cum ipsis opusculi capitulis convenientia.

| *Missae expositionis geminus codex* | | *Eclogae de ord. rom. et de quatt. orat... in missa* |
|---|---|---|
| Capitula | Codex I | |
| I. Usque lectum evangelium. | | |
| II. Introitus. | 1. De introitu. | |
| III. « Kyrie eleison ». | 2. De kyrieleison et christeleison. | |
| IV. « Gloria in excelsis » | 3. De « Gloria in excelsis Deo ». | |
| V. Prima collecta. | | |
| VI. Epistola. | 4. De epistola. | |
| VII. Responsorium. | 5. De responsorio. | |
| VIII. Alleluia. | 6. De alleluia. | |
| IX. Evangelium. | 7. De evangelio. | |
| | 8. De « Credo in Deum | |
| X. Deinceps vero quod agitur. | 9. De offertorio. | |
| XI. Oratio a secreta usque « Nobis quoque peccatoribus». | | |
| XII. Illud quod postea agitur. | | |
| XIII. Quando panis mittitur in vinum. | | |
| XIV. Quod postea celebratur. | | |
| XV. Fractio oblatarum. | [De fractione oblatarum]. *Ultima pars capituli, cum conclusione totius codicis I.* | |
| | Codex II | I<br>De ordine romano |
| | 1. De romano ordine et statione in ecclesia. | 1. De romano ordine et statione in ecclesia. |
| | 2. De introitu episcopi. *Prior pars capituli.* | 2. De introitu episcopi. |

| *Missae expositionis geminus codex* | | *Eclogae de ord. rom. et de quatt. orat... in missa* |
|---|---|---|
| | 3. [De diaconibus et ceteris ministris episcopi]. *Ultima pars capituli.* | 3. De diaconibus et ceteris ministris episcopi. |
| | 4. De portatione cereorum. | 4. De portatione cereorum. |
| | 5. De portatione turibuli. | 5. De portatione turibuli. |
| | 6. De episcopo iam praesentato altari. | 6. De episcopo iam praesentato altari. |
| | 7. De «Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto». | 7. De «Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto». |
| | 8. De statione diaconorum. | 8. De statione diaconorum. |
| | 9. De statione episcopi. | 9. De statione episcopi. |
| | 10. Quibus in locis episcopus vel diaconi stant postquam oscutatum est altare. | 10. [Quibus in locis episcopus vel diaconi stant postquam oscultatum est altare]. |
| | 11. De officio candelabrorum. | 11. De officio candelabrorum. |
| | 12. De praesentatione turibuli et quod turibulum Christi corpus significat, *etc. Prior pars capituli.* | |
| | 13. [De sessione episcopi]. *Ultima pars capituli.* | 12. De sessione episcopi. |
| | | 13. De sede episcopali. |
| | 14. De ascensione subdiaconi ad ambonem. Quod, *etc.* | 14. De epistola. *Cum loco uno e Cod. I,* c. 4, 2. |
| | 15. De ascensione cantorum ad ambonem. Quod, *etc.* | 15. [De cantibus post epistolam]. *Cum uno loco e Cod. I,* c. 5, 1-2. |
| | 16. De diaconi ascensione ad ambonem. Quali ordine, et *etc.* | 16. [De evangelio]. |
| | 17. Quo sit versus diaconus in ambone. | 17. Cur sit diaconus versus ad meridiem. |
| | 18. De descensione diaconi de ambone. | |
| | 19. De extinctione cereorum. | 18. De extinctione cereorum. |

*Missae expositionis geminus codex*

20. De turibuli portatione post lectum evangelium. *Initium capituli tantum. Reliqua omnia desunt.*

*Eclogae de ord. rom. et de quatt. orat... in missa*

19. De «Credo in Deum». *Constat hoc capitulum e duobus locis Cod. I*, c. 8, 1-2.
20. De praesentatione corporalis et calicis ad altare.
21. Recapitulatio de passione Domini.
22. De oblatione.
23. Quomodo stent ministri episcopi... circa altare hora missae. De ministris stantibus hora missae.
24. De «Te igitur», cur secreto cantetur.
25. De crucibus in «Te igitur».
26. De fractione oblatarum. *Congruit initium capituli huius cum n. XV in indice Capitulorum.*
27. De pace adniuntiata antequaquam commisceatur corpus et sanguis Domini.

II

De quattuor orationibus episcoporum sive populi in missa

28. [De oratione sive collecta].
29. De secreta.
30. Item de secreto.
31. De praefatione.
32. De benedictione post communionem.

Epilogus.

Si porro certum est undeviginti priora *Eclogarum* capitula, quae de romano agunt ordine, e *Codice I* et praesertim e *Codice II expositionis missae* esse excerpta, satis utique probabiliter censebimus octo postrema capitula (20-27) eandem habere originem, seu ex iis capitulis *Codicis II* desumpta esse, quae perierunt. Quod autem ad quinque capitula de orationibus episcoporum ac populi in missa attinet, liquet solum doctrinam illorum de quattuor orationum generibus, de precationibus, orationibus, postulationibus, gratiarum actionibus, e quibus constent vicissim omnes missae preces, prorsus consentaneam esse doctrinae quam Amalarius, auctoribus s. Ambrosio et s. Augustino, in praefatione *Postquam scripsi* et in *Off.* l. IV, c. 45, 4-5, exponit. Non tamen negamus etiam fieri potuisse ut ultima e *Codicis* capitulis quae interierunt, similia de missae orationibus exprimerent, ex iisque excerperentur quinque ultima *Eclogarum* capitula. Certe haec (c. 28, 2; 32, 3-4), sicut *Geminus missae expositionis codex* (*Cod I*, c. 3, 2; c. 4, 1; 6; c. 5, 4; c. 9, 2; *De fractione oblatorum*, 1; 3; 6-9; 12; *Cod. II*, c. 10, 4; c. 11, 2; c. 15, 3; c. 16,3; 9; 12; 15) et commentarius de ordine romano in *Eclogis* (c. 3, 2; c. 23, 3; c. 26, 2), fratrem quendam adloquuntur, eundemque modum cogitandi, explicandi, scribendi omnino tenent qui Amalario familiaris erat. Epilogus quidem non fratrem sed dominum ac patrem reverendissimum affatur, unde quis deducendum putaverit illum ad *Eclogas* non pertinere. At ea duarum appellationum diversitas talem conclusionem nequaquam suadet. Facile fieri poterat ut ille vir ad quem auctor *Eclogarum* suum commentarium mittebat, ab hoc simul frater et pater vocaretur. Sic utique egit Amalarius erga Petrum abbatem Nonantulanum, quem in ipso *Gemino missae expositionis codice* fratris nomine pluries appellat, desideratissimi vero, reverendissimi ac sanctissimi patris simul et fratris in epistula qua eidem Petro suum scriptum dedicabat. Quin nihil prohibet quominus censeamus epilogum *Eclogarum* esse ipsam *Codicis II* conclusionem, etsi novo cuidam usui accommodatam. Opinamur nempe *Eclogas* una cum capitulis atque epilogo aliud non esse quam retractationem quandam *Gemini codicis*, a suo auctore ad alium quem amicum virum missam. Sic enim perspicue explicatur quomodo sit factum ut illa duarum partium, quam diximus, evidens inversio in omnibus exemplis inveniatur. *Ecloga* quippe non magis quam *Geminus codex* ab ipso suo auctore per librarios in codices relatas arbitramur, ut divulgarentur, sed solutis scidis omnino private, epistulae paene instar, ad amicum missas; cum autem postea huius amici iussu vel alia de causa a librario descriptae sunt, idem *Eclogis* accidit, quod *Gemino codici*, ut in iis describendis duarum scidarum ordo

inverteretur. Omnia *Eclogarum* servata exempla ex uno apographo seu transcripto manare compluribus lectionibus confirmatur.

At quis est *Eclogarum* auctor vel retractator? An ipse Amalarius? Huic attributioni non adversatur quod *Eclogae* aliud non videntur esse, nisi retractatio scripti quod certe Amalarii est. Cur non poterat hic, mortuo Petro Nonantulano, commentarium, iam pridem a se exaratum, in formam breviorem redigere, illumque ad alium amicum mittere? Sed vero ad explicandam *Gemini codicis* et *Eclogarum* similitudinem nullatenus necesse est statuamus has non esse nisi retractatum *Geminum codicem*; satis nobis est ponere utrumque scriptum esse ab Amalario ex iisdem chartis seu notis, etsi distinctis temporibus, depromptum, ita ut plane nihilo prohiberetur quominus duo opera duobus viris dedicaret. Ita inter alios fecit Rabanus Maurus (o. 856). Etenim cum tres libros *De clericorum institutione* anno 819 Fuldensibus monachis simul et Haistulfo Moguntino archiepiscopo (813-826) dedicasset, librum *De sacris ordinibus, sacramentis divinis et vestimentis sacerdotalibus*, paulo ante obitum suum, Thiotmaro episcopo ac coadiutori suo, libros tres *De disciplina ecclesiastica*, Reginbaldo episcopo cuidam missionario, sub aetatis finem obtulit, quamquam utrumque hoc opus magnam partem aliud non praebet, nisi capitula ex antiquiore opere excerpta, novoque ordine disposita. PL, 107, pp. 293-420; 112, pp. 1165-1192; 1191-1262. Neve opinioni *Eclogas* ipsum Amalarium auctorem habere obiciatur, ut solet, inordinata capitulorum series, quoniam, facta parva paucorum capitulorum inversione quam indicavimus, ordo opusculi re vera perfectus evadit. Adde quod non omni auctoritate vacua est nota quam saeculo IX ex. vel X in. lector vel librarius aliquis titulo *Eclogarum* in codice SGa6 adscripsit: « Haec Amalhere abbas aedidit », etsi fortasse alio fundamento non innititur illa affirmatio quam praesentia in capite *Eclogarum* eorundem capitulorum quae in codice Tur initium sunt *Codicis I* de missae expositione. Una tamen res dubium nobis reddit Amalarium ipsum *Eclogarum* esse parentem, manifestissima capitulorum et ipsius commentarii materiae ordinationisque discrepantia, cuius profecto conscius esse debebat qui bene noverat illa capitula non esse *Codicis II*, e quibus suas *Eclogas* excerpebat, sed *Codicis I*, quem fere totum omittebat. At vero certumne est capitula quae ante ipsum *Eclogarum* textum posita sunt, instar indicis ibi esse, non autem ut ipsa per se propriam quandam, quamvis brevem, missae expositionem praebeant? Hoc certe faciunt in *Missae expositionis gemino codice*, quoniam monet ipse Amalarius illa non indicem tantum, sed *Codicis I* esse compendium. Quibus rebus perpensis, concludendum videtur nullo certo argumento

demonstrari *Eclogas* ab ipso Amalario concinnatas, nullo eas esse alteri scriptori attribuendas. Rem igitur, ut incompertam, in opinione positam relinquamus. Aliorum scriptorum de authenticitate *Eclogarum* sententias hic referre supersedimus, quippe quae plena documentorum cognitione careant. V. E. Flicoteaux, *Un problème de littérature liturgique. Les «Eclogae de officio missae» d'Amalaire*, in *Revue Bénédictine*, 25 (1908), pp. 304-320.

In textu editionis nostrae parando hanc generalem normam secuti sumus. Ubicumque ambae codicum familiae concordes apparebant, earum lectionem recepimus; ubi differebant, si alterutra cum textu *Gemini codicis* congruebat, huic adhaesimus. Quoniam vero in hoc rerum statu plerumque familia Γ cum Tur conveniebat, etiam ubi comparatio *Eclogarum* cum hoc fieri non poterat, quia textus *Gemini codicis* deficiebat, lectionem familiae Γ alteri anteposuimus, eodemque modo egimus, sicubi utraque codicum familia a Tur discrepabat.

Signis ⌜ ⌝ includuntur loci a *Gemino codice* translati. Orthographia antiquioribus codicibus innititur.

## CAPITULUM XVI

### De «Epistula ad Carolum imperatorem de caeremoniis baptismi» (*Caer.*)

Tres nobis cogniti sunt codices.

Guelferbytensis 2 (Guel2, W) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 4159 (Wiss. 75). De quo v. *Le texte*, 1933, p. 419. Continet praeter *Epistulam de caremoniis baptismi*, ff. $17^{v}$-$19^{r}$, etiam *Eclogas de ordine romano*, ff. $1^{v}$-$17^{r}$, et *Retractationem II*, ff. $25^{v}$-$102^{v}$.

Monachensis 4 (Mon4, M) – Muenchen, Staatsbibliothek, c. lat. 21568, saec. xii. De quo *Le texte*, 1933, p. 415. Cum *Epistula de caeremoniis baptismi*, ff. $79^{r-v}$, praebet quoque, ff. $1^{r}$-$77^{r}$, *Retractationem II*.

Bruxellensis (Bru, B) – Bruxelles, Bibliothèque Royale, c. lat. 17349-17360. Olim in bibliotheca C. F.de Nelis, ultimi episcopi Antverpiensis, deinde in bibliotheca C. Van Hulthem. Complectitur documenta e codicibus compluribus S. Maximini Treverensis, S. Remacli Stabulensis, S. Wilibrordi Echternacensis, saec. xvii in usum Alexandri Wiltheim SI (o. 1684) descripta. *Epistulae* autem *de caeremoniis baptismi* initium tantum refert.

Editiones sunt duae. G. Morin, *Note sur une lettre attribuée faussement à Amalaire de Trèves dans le manuscrit lat.* 21568 *de Munich*, in *Revue Bénédictine*, 13 (1896), pp. 289-294, e cod. Mon3 et Bru, et

E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 273-274, ex iisdem codicibus; J. M. Hanssens, *Deux documents carolingiens sur le baptême*, in *Ephemerides liturgicae*, 41 (1927), pp. 69-72; 79-80 (e tribus codicibus adhuc inventis).

E duobus exemplis, Guel2 et Mon4, prius epistulae Alcuini ad Oduinum presbyterum, maxime ut haec est in codice Bruxellensi 9581-9595, s. x, ff. $54^v$-$55^v$, suis lectionibus vicinius est. Ex alcuiniana enim epistula, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. II, pp. 202, 14-203, 4, maximam partem excerpta est *Caer*. Cfr. eiusdem Alcuini epistulam ad monachos Gothiae sive Septimaniae, ibid., pp. 214, 21-215, 16. De textu vero codicis Bru vix aliquod iudicium ferri potest; modo cum Guel2, modo cum Mon3 congruit. Praeterea codici Guel2 desunt quaedam verba quae in Mon4 leguntur; in hoc autem addita seu interpolata videntur; v. gr., lemma quo epistula « Ammolario » Treverensi episcopo adscribitur; vox « libro » post verbum « sacramentorum » (par. 2 ad fin.); rursus Mon4 plures omissiones, v. gr., par. 5, ad fin., passus est, quod detrimentum non accepit Guel2. Quare, ubi duo codices inter se discrepant, — quod in levioribus tantum rebus accidit, — lectio vero Guel2 non manifesto falsa est, hic codex altero praeferendus nobis fuit.

*Epistula de caeremoniis baptismi* « Ammolario », id est Amalario, Treverensi archiepiscopo, in unius codicis Mon4 lemmate adscripta est, et hoc certe perperam, quoniam liquet veram Amalarii Treverensis epistulam de baptismate eam esse, quam primo inter eius opera loco edimus. Non minus tamen manifestum est eandem illam epistulam responsum esse quod annis 811-812 archiepiscopus quidam partis orientalis imperii carolingici litteris Caroli Magni de scrutiniis et baptismate administrando dedit. Porro ex archiepiscopis, Hildeboldo Coloniensi (785-819), Arnone Iuvavensi (785-821), Richulfo Moguntinensi (787-813), tertius prae duobus prioribus is fuisse videtur cui securius ieiunum istud commentariolum attribuamus. Cfr. S. A. Bennet, *Riculfus*, in *A Dictionary of christian Biography*, t. IV, p. 547; F. Jostes, *Saxonica*, 4. *Abcdarium*, *Taufgelöbnis u. Indiculus*, *Psalmen*, in *Zeitschrift für deutsches Altertum*, 40 (1896), pp. 187-188; G. Morin, *Note sur une lettre attribuée faussement à Amalaire de Trèves*, in *Revue bénédictine*, 13 (1896), p. 292.

## CAPITULUM XVII

**De « L. IV, c. 48. De regula s. Benedicti praecipui abbatis » (*Reg.*)**

Unus codex hoc scriptum exhibet.

Parisiensis 3 (Par3) – Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2400. De quo v. *Le texte*, 1933, pp. 239-240.

Editio quoque una est, I. Mabillon, *Vetera analecta*, t. II, 1676, pp. 96-144 (ed. 2, pp. 93-100).

Hanc apologiam ac laudationem officii horarum secundum usum benedictinum non esse ab Amalario compositam liquet. Etenim: 1. Ratio scribendi qua auctor apologiae utitur, toto caelo a ratione Amalariana distat; cum enim haec admodum simplex sit ac plana, illa artificiosis verborum figuris contortisque sententiarum circuitibus delectatur; abundat insuper vocabulis ab usu Amalarii prorsus alienis, compluribusque grammaticalibus erroribus depravatur, quos idem Amalarius certe non commisisset. – 2. Cum Amalarius constanter profiteatur se in celebrando officio horarum alium ritum numquam usurpavisse quam romanum, auctor apologiae ipsis suis explicationibus non obscure manifestat ritum suum monasticum fuisse ac benedictinum; par. 23, ss.; 56 ss., etc. – 3. *Reg.*, 27, lectorem quendam familiariter alloquitur, quod *Off.* numquam facit. – 4. In eadem apologia, 19, memoratur *Vita* illa *s. Mauri* quam a se retractatam vel scriptam, Fausto autem cuidam Glannafoliensi monacho adfictam, Odo S. Mauri Glannafoliensis, deinde S. Mauri Fossatensis abbas, annis 861-870 primum edidit. A. Zimmermann, *Maurus*, in LTK, t. VII, p. 10; J. Fohl, *Glanfeuil*, ibid., t. IV, p. 515; H. Leclercq, *Glanfeuil*, in DACL, t. VI, pp. 1284-1287. – 5. Tam fervidam regulae atque officii benedictini laudationem alius scribere non potuit, nisi monachus illius ordinis. – 6. Valde dubium est normas quas exponit auctor apologiae de translatione festorum tempore Amalarii iam statutas esse.

Verum apologiae auctorem fuisse ipsum Ademarum Cabannensem valde probabile est, sicque facile explicatur cur illa uno codice servata sit. Cfr. R. Mönchemeier, *Amalar von Metz*, pp. 75-81. Adversatur tamen huic opinioni quod difficile in ea explicatur quomodo potuerit vir non ineruditus, qualis erat Ademarus, non solum tot latinae syntaxi inferre iniurias, quot exhibet *Reg.*, sed tam stulte errare ut pro « sacratissimum vigiliarum paschae sabbatum » (19) scriberet « quadragesimum vigiliarum paschae sabbatum », pro « dominica quae mediana vocatur » « dominica quae medicina vocatur »

(34). Hi namque lapsus librarii inscientiae vel neglegentiae adscribi non possunt, quoniam constat paginas codicis quibus *Reg.* continetur, esse ipsius Ademari manu scriptas. An adeo alucinari potest vir doctus in transcribendis suis ipsius scriptis?

## CAPITULUM XVIII

### De « Ordinis totius missae expositione priore » (*Exp. I*)

Codices sunt:

Lucensis (Luc, L) – Lucca, Biblioteca capitolare, c. 607. – 305 × 215 mm., 174 fol. Horum pars praecipua et antiquior constat e foliis 4-163, quae inter 20 quaterniones, numeris I-XX signatos, dividuntur. Qui quaterniones fortasse olim plures fuerunt, quoniam textus f. 163$^{v}$ in media quadam sententia sistit. Scriptura eorundem foliorum unius manus est ex altera parte saec. x. Totus vero codex olim signatus est nota XLIII (ff. 1$^{v}$, 4$^{r}$, 173$^{v}$, 174$^{r}$), iamque saeculo XIII in bibliotheca ecclesiae cathedralis adfuisse videtur, ut demonstrat nota f. 174$^{r}$ scripta. In inventario librorum bibliothecae capitularis die 23 februarii 1239 conscripto, vers. 4, verbis « Item Ordo Romanus » designari videtur. P. Guidi ed E. Pelegrinetti, *Inventari del vescovato, della cattedrale e di altre chiese di Lucca*, p. 122. Certior autem est eius mentio in inventariis recentioribus: diei 5 octobris 1297, vers. 146-147, p. 188: « Liber Ordinis Misse Romane et expositiones misse, mediocris voluminis »; diei 5 martii 1305, vers. 148, p. 195, iisdem fere verbis; diei 5 iunii 1315, vers. 194-195, p. 203, item, sed cum hoc complemento: « incipit *Denuntiata* et finit *portam* »; anni 1409, vers. 547-548, p. 228: « I° libro piccolo, lo quale è Ordinario missarum. Incomincia *Dementiata statione*; finisce *fine fine daudeat* »; anni 1424, vers. 669-670, iisdem verbis quibus anno 1409 (« ... *daudeat servus* »); anni 1492, vers. 513-514, p. 270: « Uno libro grosso. Incipit *Ordo processionis.* In fine *super firmam petram* ». In inventariis recentioribus vero non memoratur. *Exp. I*, cum praefatione ff. 14$^{r}$-20$^{v}$; *Exp. II*, ff. 20$^{v}$-22$^{v}$. – M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 156-165.

Bambergensis 5 (Bam$_{5}$, G$_{1}$) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 53. – 273 × 196 mm., 195 f., saec. xi. Nota antiquior: Ed. III. 12. Eum singillatim describit M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 41-63. *Exp. I*, cum duplici praefatione, habetur, ff. 75$^{v}$-80$^{r}$; *Exp. II*, ff. 80$^{r}$-81$^{v}$. – F. Leitschuh, *Katalog*, t. I, pp. 196-198.

Eistetensis (Eis) – Eichstätt, Bischöfliches Archiv, Liber pontificalis Gundecari II episcopi (1057-1075), quem diligentissime de-

scribit M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, p. 117-134. *Exp. I*, cum praefatiuncula, ff. $7^{r}$-$10^{v}$; *Exp. II*, ff. $10^{v}$-$11^{v}$. Cognationem huius codicis et Lucensis demonstrat utriusque compositio.

Cantabrigiensis 4 (CanC4) – Cambridge, Corpus Christi College, c. lat. 265. Saec. xi. De quo codice v. *Le texte*, 1933, p. 232; 1935, p. 435. Praeter *Exp. I*, cum praefatiuncula, p. 305 (?) (f. $302^{r}$)-319, et *Exp. II*, pp. 319 ss., continet etiam excerpta e *Libro officiali* et *Eclogas de ordine romano*. V. huius *Introductionis* c. 13, a. 1 et c. 15.

Monachensis 6 (Mon6) – München, Bayerische Staatsbibliothek, c. lat. 6425. Saec. xi. Describitur apud M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 220-232. Continet praeter plura, ff. $155^{v}$-$168^{v}$, *Exp. I*, cum praefatione; ff. $168^{v}$-$173^{r}$, *Exp. II*; ff. $173^{r}$-$198^{v}$, *Eclogas de ordine romano*. V. huius *Introductionis* c. 15.

Monachensis 9 (Mon9, M) – München, Bayerische Staatsbibliothek, c. lat. 14690. Saec. xi. Eum breviter describit, partemque rerum quas continet indicat M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 240-241. Ff. $174^{r}$-$180^{r}$, *Exp. I*, cum praefatione; ff. $180^{r}$-$182^{v}$, *Exp. II*.

Guelferbytensis 3 (Guel3) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 164 (Helmestetensis 141). Saec. xii priore parte exaratus. Describitur accuratissime a M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 419-429. Ff. $46^{r}$-$49^{r}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula; ff. $49^{v}$-$50^{v}$, *Exp. II*.

Londiniensis A (LonA) – London, British Museum, *Additional* 17004. Saec. xi. Singula de eius constitutione atque historia exponit M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 144-154. Pp. 214-230, *Exp. I* cum praefatione; pp. 230-236, *Exp. II*.

Cassinensis 2 (Cas2) – Monte Cassino, Archivio e Biblioteca Abbaziale, c. lat. 451. Saec. xi in. (a. 996-1002). Ff. $88^{r}$-$92^{v}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula; ff. $92^{v}$-$94^{r}$, *Exp. II*.

Romanus V3 (RomV3, V) – Roma, Biblioteca Vallicelliana, D. 5. Saec. xi. Ff. $77^{v}$-$80^{r}$ *Exp. I*, cum praefatione; ff. $80^{r}$-$81^{v}$, *Exp. II*. – Duos hos codices alterum alteri simillimos coniuncte summa diligentia describit M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, pp. 176-211.

Romanus V1 (RomV1) – Roma, Biblioteca Vallicelliana, B. 66. Saec. xii, ff. 1-88, litterarum forma beneventana. F. $55^{r}$, a. m. adscripta, praefatiuncula; ff. $55^{v}$-$59^{r}$, *Exp. II*; ff. $78^{r}$-$88^{v}$, *Exp. I*. V. huius *Introductionis* c. 9.

Vendocensis (Vend) – Vendôme, Bibliothèque municipale, c. 14. Prioris partis saec. xi. Ff. $66^{r}$-$70^{v}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula.

Parisiensis 9 (Par9) – Paris, Bibliothèque Nationale, c. lat. 820. E saec. xi altera parte. Olim Mazarinaeus. Ff. $83^{v}$-$89^{r}$, *Exp. I*, cum praefatione. – *Catalogus codicum manuscriptorum bibliothecae regiae*, t. III, pp. 66-67.

Victoriacensis (Vic) – Vitry-le-Francois, Bibliothèque municipale, c. 36. Saec. XI ex. vel XII in. Ff. $62^{r}$-$66^{v}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula. E tribus his codicibus fons duorum ceterorum est Vend; eosdem tres coniuncte describit M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 351-366.

Parisiensis 23 (Par23) – Paris, Bibliothèque Nationale, c. lat. 9493 (Voisin). *Exp. I*, cum praefatione.

Vindobonensis 5 (Vin5) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 701 (Theol. 87; antiq. Theol. lat. Ms. n. 361). Saec. XI. Codicis descri3tionem praebet M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 373-388. Ff. $81^{r}$-$84^{r}$, *Exp. I*, cum praefatione; ff. $84^{r}$-$85^{v}$, *Exp. II*.

Guelferbytensis 4 (Guel4) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 530 (Helmestetensis 493). Saec. XII in. Quem describit M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 429-441. Ff. $192^{r}$-$199^{r}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula; ff. $199^{r}$-$201^{r}$, *Exp. II*.

Monachensis 5 (Mon5, M3) – München, Bayerische Staatsbibliothek, c. lat. 3909. Saec. XII. Olim Aug. eccl. 209. Ff. $9^{v}$-$10^{v}$; $1^{v}$-$5^{r}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula; ff. $5^{r}$-$6^{v}$, *Exp. II*. – *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis*, t. III, pars 2, ed. 2, pp. 152-153.

Monachensis 8 (Mon8, M2) – München, Bayerische Staatsbibliothek, c. lat. 14628. Saec. XII. Olim Em. G. 12. Ff. $106^{v}$-$113^{v}$; *Exp. I*, sine praefatione; ff. $114^{r}$ s., *Exp. II*. – *Catalogus codicum latinorum*, t. II, pars 2, p. 205.

Bernensis 1 (Ber1, B) – Bern, Stadtbibliothek, AA 90. Volumen e pluribus codicibus constans. Pro parte quae huc pertinet, saec. XII est. Ff. $5^{r}$-$8^{v}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula. – H. HAGEN, *Catalogus codicum Bernensium* (*Bibliotheca Bongarsiana*), 1875, pp. 113 ss.

Vaticanus R1 (VatR1, R) – Città del Vaticano, Biblioteca Apostolica Vaticana, Regin. lat. 73; 180 × 115 mm., 65 fol.; post med. saec. XII. Ff. 44-54, *Exp. I*, cum praefatione.

Guelferbytensis 6 (Guel6) – Wolfenbüttel, Landesbibliothek, c. lat. 4099 (Wissemburgensis 15). Volumen duos codices complectens, saeculo XI exaratos. Descriptionem eius quaere apud M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 441-452. Ff. $39^{v}$-$45^{r}$, *Exp. I*, cum praefatione.

Parisiensis 15 (Par15) – Paris Bibliothèque Nationale, c. lat. 11579. Saec. XII. Ff. $20^{v}$-$22^{v}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula.

Bambergensis 6 (Bam6) – Bamberg, Staatsbibliothek, Lit. 140. – 209 × 153 mm., 187 fol., saec. XII. Nota antiquior: Ed. II. 16. Ex parte eum describit M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, p. 89. Ff. $180^{r}$-$186^{r}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula; f. $181^{r-v}$, *Exp. II*. F. LEITSCHUH, *Katalog*, t. I, pp. 288-291.

Burdigalensis (Bur) – Bordeaux, Bibliothèque municipale, c. 11. Saec. XII. Cfr. *Le texte*, 1933, p. 226. Ff. 97$^{v}$-99$^{r}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula. – *Catalogue général,... de France*, t. XXIII, p. 10.

Cantabrigiensis T$_{2}$ (CanT$_{2}$) – Cambridge, Trinity college, cod. lat. 1434 (O. 9. 22). Saec. XII. Ff. 90$^{v}$-98$^{r}$, *Exp. I*, cum praefatione. – M. R. JAMES, *The western manuscripts in the Library of Trinity College*, Cambridge, t. III, pp. 461-463.

Metensis 1 (Met$_{1}$) – Metz, Bibliothèque municipale, c. lat. 226. Saec. XI, olim Sancti Arnufi. « 3° Incipit Expositio missae ». *Catalogue général... des départements*, t. V, p. 99.

Vindobonensis 7 (Vin$_{7}$) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 982. Saec. XII. Ff. 68$^{r}$-71$^{v}$, *Exp. I*, cum praefatiuncula; *Exp. II*. – *Tabulae codicum*, t. I, pp. 169-170.

Vindobonensis 6 (Vin$_{6}$) – Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 1180. Saec. XII-XIV. Continet ff. 181$^{v}$-184$^{v}$ expositionem missae quae incipit sicut *Exp. II*: « De introitu. Introitus missae quare dicitur », et desinit verbis « ad candorem pervenit », e c. 10, 4, *Exp. I*. – *Tabulae codicum*, t. I, pp. 201-202.

Sangallensis 2 (SGa$_{2}$) – Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 69. Volumen duos codices complectens; saec. XII. P. 415-416, expositio missae. – A. SCHERRER, *Verzeichniss*, p. 30 et 612.

Parisiensis 12 (Par$_{12}$) – Paris, Bibliothèque Nationale, c. lat. 1248. Saec. XI. Describitur in huius *Introductionis* c. 15 et apud M. ANDRIEU, *Les « Ordines romani »*, pp. 265-269. Continet praeter *Expositionem missae « Dominus vobiscum »*, ff. 5$^{r}$-23$^{v}$, duplicem praefatiunculam, ff. 23$^{v}$-25$^{r}$.

Praecipui ex illis codicibus in has familias distribuuntur:

I. Luc, Bam$_{5}$ et Eis; CanC$_{4}$ et Mon$_{6}$
II. Mon$_{9}$, Guel$_{13}$ et LonA; Cas$_{2}$ et RomV; Vend, Par9 et Vic; Vin$_{5}$ et Guel$_{4}$
III. Mon$_{5}$ et Mon$_{8}$; Ber$_{1}$, VatR$_{1}$, Guel$_{6}$ et Par$_{15}$; cod. a Cochlaeo adhibiti.

Editiones *Exp. I*:

I. COCHLAEUS, *Speculum antiquae devotionis circa missam*, 1549, pp. 134-142, hac inscriptione: *Expositio missae transcripta e duobus venerandae vetustatis codicibus Misnensi et Eystatensi, qui per omnia concordant*; quam editionem sine ulla mutatione iteravit N. AURIFICUS, *Speculum missae*, 1572, ff. 91$^{r}$-97$^{v}$.

M. HITTORP, *De divinis catholicae ecclesiae officiis ac ministeriis varii... libri...* Coloniae, 1568, pp. 580-587, cum hoc titulo: *Expositio missae transcripta ex venerandae vetustatis codicibus* [saltem tri-

bus praeter Cochlaeanos] et cum duabus lectionibus variantibus longioribus, « Post cantatum » et « Hic ergo septem ». Quam editionem iterarunt: *Sacra* (*Magna*) *bibliotheca sanctorum Patrum seu scriptorum ecclesiasticorum* MARGARINI DE LA BIGNE, annis 1575, 1589, 1610, 1624, 1644, 1654, Parisiis edita, t. IV, pp. 763-772 (1575), t. VI, pp. 279-289 (1589), t. VI, pp. 235-244 (1610), t. VI, pp. 179-188 (1624-1654); novae editiones collectionis Hittorpianae annorum 1591, 1609 vel 1610, 1624, 1644, 1654, pp. 675-681 (1591), pp. 1169-1176 (1609 v. 1610-1654); *Magna bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*... Coloniae Agrippinae, 1618, t. VIII, pp. 481-485; *Maxima bibliotheca veterum Patrum et antiquorum scriptorum ecclesiasticorum*... Lugduni, 1677, t. XIII, pp. 746-750.

D. GEORGIUS, *De liturgia Romani Pontificis in solemni celebratione missarum*, t. III, 1744, pp. 413-425, e codice VatR1.

I. M. HANSSENS, *Le premier commentaire d'Amalaire sur la messe?* in *Ephemerides liturgicae*, 44 (1930), pp. 24-42, adhibitis 11 codicibus.

Quibus rationibus inter se coniungantur *Expositionis missae geminus codex* et haec *Expositio*, olim iam demonstravit A. FRANZ, *Die Messe im deutschen Mittelalter*, pp. 409-410, idemque egimus, pp. 24-30 memorati articuli. Idem nunc clarius et in quibusdam rebus etiam emendatius praestamus hac tabella. Quod autem pauci brevesque loci *Expositioni I* cum *Eclogis* communes apparent, nequaquam eo demonstratur illos ab auctore *Expositionis* ex *Eclogis* excerptos esse. Etenim veri simillimum est, vel etiam fere certum, illos locos partem fuisse capitulorum *Codicis II* quae perierunt, censerique probabiliter potest auctorem *Expositionis* duo commentaria ipsius *Gemini codicis* in unum redegisse. Valde differt porro *Expositio I* ab *Eclogis* in hoc quod textum *Gemini codicis* magna libertate retractavit, adeo ut saepissime congruentia solum rerum sit, non verborum.

| *Missae expositionis geminus codex* | | *Ordinis totius missae* |
|---|---|---|
| CAPITULA | CODEX I | EXPOSITIO PRIOR |
| I. Usque lectum evangelium. | | |
| II. Introitus. | 1. De introitu. | 1. De introitu. *Sed eius paragr. altera sicut in* Cod. II, c. 7, 1-3, *vel* Ecl., c. 3, 3; paragr. 3-4 sicut in Cod. II, c. 10, 6-11, *vel* Ecl., c. 10, 2-4. |

| *Missae expositionis geminus codex* | | *Ordinis totius missae* |
|---|---|---|
| III. «Kyrie eleison». | 2. De kyrieleison et christeleison. | 2. De kyrieleison et christeleison. |
| IV. «Gloria in excelsis». | 3. De « Gloria in excelsis ». | 3. De « Gloria in excelsis Deo ». |
| V. Prima collecta. | | 4. De collecta. *Sed eius pars altera constat e quattuor locis, sicut in* Ecl., c. 28, 29 *et* 32, *de quattuor orationum modis in missa seu de precatione, oratione, postulatione, gratiarum actione.* |
| VI. Epistola. | 4. De epistola. | 5. De epistola. |
| VII. Responsorium. | 5. De responsorio. | 6. De responsorio. |
| VIII. Alleluia. | 6. De alleluia. | 7. De alleluia. |
| IX. Evangelium. | 7. De evangelio. | 8. De evangelio. |
| | 8. De «Credo in Deum». | 9. De «Credo in unum Deum ». |
| X. Deinceps vero quod agitur. | 9. De offertorio. | 10. De offertorio. *Sed eius paragr.* 3 *pro parte sicut in* Ecl., c. 23, 1; *paragr.* 4 *item sicut in* Ecl., c. 20, 1-2. |
| XI. Oratio a secreta usque « Nobis quoque peccatoribus ». | | |
| XII. Illud quod postea agitur. | | |
| | | 11. De statione diaconorum et subdiaconorum; *cfr.* Ecl., c. 23, 2-8. |
| | | 12. De angelico ymno; *cfr.* Ecl., c. 24, 1, *et* c. 32, 2. |
| | | 13. De sex ordinibus crucium in « Te igitur »; *cfr.* Ecl., c. 25. |
| | | 14. De elevatione calicis et de corpore Christi in altari permanenti; *cfr.* Ecl., c. 25. |
| | | 15. De patena quam tenet acolitus. |
| | | 16. De subdiacono deferenti corpus Christi primum ad frangen- |

| *Missae expositionis geminus codex* | | *Ordinis totius missae* |
|---|---|---|
| | | dum, postea ad communicandum; *cfr.* Ecl. c. 23, 5-6. |
| | | 17. De septem petitionibus orationis dominicae et de numero diaconorum et subdiaconorum; *cfr.* Ecl. c. 23, 6, *et* c. 3. |
| XIII. Quando panis mittitur in vinum. | | 18. De commixtione, de osculatione pacis et de fractione oblatarum; *cfr.* Ecl., c. 26 *et* 27. |
| XIIII. Quod postea celebratur. | | |
| XV. Fractio oblatarum. | [De fractione oblatarum]. | |
| | | 19. De postcommunione et de benedictione sacerdotis, *sicut in* Ecl., c. 32, 2. |
| | | 20. De Ite missa est, *sicut in* Ecl., c. 32, 3-4. |

De nostrae edtionis ratione hoc solum declarandum est, capitulorum titulos esse a nobis in textum introductos; eos prorsus ignorant codices manuscripti. Id nobis necesse videbatur ut *Exp. I* commode cum ipsis Amalarii scriptis comparari posset, qui unus finis est huius editionis.

Codicibus quos anno 1930 adhibuimus, addidimus Lucensem (L) et Romanum V (V).

## CAPITULUM XIX

### De « Ordinis totius missae expositione altera » (*Exp. II*)

Codices huius expositionis iidem fere sunt qui expositionem priorem praebent. Nullus enim codex *Exp. II* continet, quin habeat etiam *Exp. I*. Quidam contra hanc tantum sine *Exp. II* exhibent: Vendocinensis, Parisiensis 9, Victoriacensis; Parisiensis 23; Bernen-

sis 1, Vaticanus R1, Guelferbytensis 6, Parisiensis 15; Burdigalensis, Cantabrigiensis T2, Sangallensis 2(?), Metensis 1(?).

Editiones: G. Cassander, *Ordo romanus de officio missae*, 1561, pp. 54v-58r; J. M. Hanssens, *Le premier commentaire d'Amalaire sur la messe?* in *Ephemerides Liturgicae*, 44 (1930), pp. 29-30; 42-46, septem adibitis vel collatis codicibus.

Quattuor codicibus anno 1930 adhibitis accedunt in hac editione Lucensis (L) et Romanus V (V).

---

# OPERA MINORA

I – A) *Epistula Petri abbatis Nonantulani ad Amalarium* (*Petr.*)

B) *Epistula Amalarii ad Petrum abbatem Nonantulanum* (*Non.*)

A

H — Turicensis — Zürich, Zentralbibliothek, Car. C 102, f. $76^v$

M — Monachensis 7 — München, Staatsbibliothek, c. lat. 13581, f. $243^r$.

B

H — Turicensis — Zürich, Zentralbibliothek, Car. C 102, ff. $68^r$-$69^r$.

## I – A) *Epistula Petri abbatis Nonantulani ad Amalarium* (*Petr.*)

### EPISTOLA VENERABILIS ABBATIS PETRI f. 76v

Domino et venerabili et mihi cum summo amore nominando Amalario praesuli almo Petrus indignus abba in Domino salutem.

1. Notum sit venerabili almitati tuae quia propitiante Deo sani sumus et sedulo in precibus exsistentes pro tua tuorumque sospitate. Et humili prece tuam beatitudinem deposcimus, ut pro nobis apud Deum intercessor existes.

2. Et obsecramus tuam amabilem et inviolabilem caritatem, ut illum expositionis codicem quem, dictante Spiritu Sancto cordi tuo, in itinere maris exposuisti, nobis dirigere digneris ad augmentum et statum sanctae ecclesiae nostrae; ut qui legerint et aedificati fuerint, pro te, beatissime pastor, Domino preces fundant. Iterum obsecro de illa expositione quam ipse de fide et scrutinio seu baptismo, imperante piae memoriae domno Karolo, exposuisti, ut pariter dirigas.

3. Haec nostra postulatio impleta, magnam te apud Deum mercedem invenire credas, et pro te plures oratores, et me indignos fratresque nostros in omnibus servientes, quicquid nobis tua veneranda almitas iusserit. Et nobis de sanitate tua, quaeso, nuntiare digneris.

## I – B) *Epistula Amalarii ad Petrum abbatem Nonantulanum* (*Non.*)

Desiderantissimo et reverentissimo ac sanctissimo, igitur merito laudando, patri et fratri Petro, grandaevo venerabili abbati monasterio Nonantulae Amalarius exiguus in Domino perennem salutem. f. 68r

1. Nuperrime suscepi a vestra sanctitate directam epistolam plenam caritate * et humilitate, in qua inter alia continebatur ut meum, non tantum meum, sed et vestrum, quamvis parvum, opu- f. 68v

---

**HM** – 1 abbati H 2 et *1°*] *om.* M 2 venerabile H 5 venerabile, *sed corr.* H 6 exsistentibus H 6 precem H 8 exsistes, *sed corr. in* existes M 9 involabilem H 10 corde H 11 exposuiti H 11 aumentum H 12 legeriint H 14 ipsa H 14 baptisma H 16 postolacio H 17 inveneri H inveniri M 19 quaeso] qui H

**H** – 20 sanctisimo 24 nuperirime 24 directa

sculum quod inter equoreas comminationes cudimus, vestrae celsitudini scriberem. 2. In quo si quid dignum, si quid honestum, si quid rationale repperitur, non meae nempe doctrinae sed vestris merito sanctis precibus deputantur. Unde oro, sanctissime pater, quicquid in eo, temeritate mea faciente ac stulta praesumptione, inrationabiliter scriptum est, per vestram prudentiam correptionem habere mereatur, et nos indulgentiam apud omnes doctores. 3. Scripsi enim quidquid mihi videbatur iustum et honestum. Non eo animo, ceu valuerim omnem rectitudinem praesumpti operis indagare, sed ut tangerem meo incepto vestros industrios, qui facillime possent rei veritatem dilucidare eius quam vehementer desiderabam.

4. Scripsi, ut nostis, quos illos arbitrabar imitari qui in choro stant, et cantant intrante episcopo in ecclesiam, ut postea in sequenti opere demonstrabitur; quae convenientia esset nostro toti officio, quod agitur in missa, sive in psallendo sive in situ, sive in qualitate sive in quantitate, cum nostris authenticis, quos omnis ecclesia colit, reputans apud me nihil statutum esse in ecclesia, neque apud anticos patres neque apud recentiores, quod ratione careat. 5. Si enim gentiles argumentantur ludos aliquos suos allegorice promere, sicut aleatores, qui perhibent tribus tesseris suis tria tempora significari, praesens, praeteritum et futurum, et vias eorum senario numero distinguunt propter sex aetates hominum, quanto magis christianam industriam, orationem sibi a Deo concessam, nullo modo acciderit frustra aliquid statuere.

f. 69r * 6. Non ideo exemplum de gentilibus posui, ut eos imitemur. Sed si illi hoc vel illud argumentantur rationis, quanto magis totum quod rationis est, christianus sequi debet, qui summae rationi Deo se sponsorem facit. Non ideo Dominus villicum iniquitatis laudatum esse dicit, ut illum imitaremur; sed si ille ex villicatu iniquitatis prudenter sibi in futurum providit, quanto magis oportet christianum ex iustis censibus adquirere qui eum recipiant in aeterna tabernacula.

---

19-22 Cfr. Isidorus, *Etymologiae*, l. XVIII, c. 64, PL, 82, pp. 661BC; cfr., l. XI, c. 2, p. 415

---

**H** – 1 cominationes 3 rep||peritur 3 nemppe 3 meritos 4 sanctisime 5 praesumtione 6 preudentiam 6 coreptionem 8 cecu 9 indigare, *sed corr.* 10 utros 12 illo 12 immitari 14 convenientia] conscientia 14 toto 16 autenticis 17 repputans 20 alleatores 22 distingunt 23 concessa 24 exced oret, *corr. ex* extet oret 24 statuere] fratuere 25 Non] *suppl. a. m.* 25 posuit 28 vilicum 29 vi- icatu

7. Rogo, pater, ut non ad publicas aures et libellus noster mittatur, ne intrem in dentes obtrectatorum, neque cacinni superborum per auras resultent de humillima doctrina paupertatis nostrae, quoniam non me praefero magistrum de hac scriptione, sed discipulum inquirentem quod diligo scire.

8. Addidit etiam sanctitas vestra in epistola commemorata scedas quas legisti missas ad domnum Karolum imperatorem a nostra parvitate de scrutinio et baptisterio, praedicto operi innectere. Quod non distuli, praeponens illud; quoniam antea quisquis catecizatur et baptizatur, quam perveniet ad sacros ordines.

9. Addidi etiam et ipsas epistolas quas gloriosissimus imperator memoratus misit nobis, in prima nos excitans ad id faciendum, in secunda praebens auctoritatem operi facto.

10. Similiterque vos precor ut non pigeat dilectionem vestram perlegere ea quae modo addimus, et ille non legit, ut, sicut et ea quae ipse legit, sic et haec quae vobis leguntur, ex vestra sancta auctoritate corrigantur quae corrigenda sunt, et firmentur quae firmanda sunt. Mihique libuit vestram epistolam operi vobis specialiter directo praeponere cum versibus quibusdam marinis. Vos enim meum nullum latere volo.

11. Pertractavi, postquam corpore sequestrati sumus, aliqua inquirere de nocturnalibus officiis et de aliis quae in die aguntur; et de cena Domini et parasceve et sabbato sancto. Ad quod si vestrae orationes me perduxerint, credo meis motibus adesse et adfuturam fore misericordiam Domini. Valete in Domino.

---

**H** – 1 puplicas 1 mitatur 2 cacinnis 3 resultant 3 humilima 4 magi nostrum 6 adidit 9 distulli 9 catetizatur, *litt.* ti *suppl.* 11 gloriosimus 12 memoratus] *litt.* tu *suppl.* 15-16 et ea quae] exiiaq; 21 sequestra|ti 24 oracionis

II – A) *Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium prior* (*Car. I*)

B) *Epistula Amalarii ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* (*Bapt.*)

C) *Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium altera* (*Car. II*)

| | | |
|---|---|---|
| **H** | — Turicensis | — Zurich, Zentralbibliothek, Car. C 102, ff. $69^{v}$-$76^{v}$. |
| **M** | — Monachensis 7 | — München, Staatsbibliothek, c. lat. 13581, ff. $244^{v}$-$251^{v}$. |
| **R** | — Vaticanus R5 | — Roma, Biblioteca Vaticana, Reg. lat. 284, ff. $23^{v}$-$32^{v}$. |
| **L1** | — Sampaulinus 1 | — Sankt Paul in Kärnten, Stiftsbibliothek, c. 25-2-20, ff. $31^{v}$-$38^{v}$. |
| **P** | — Parisiensis N2 | — Paris, Bibliothèque nationale, Nouv. acq. lat. 450, ff. $12^{v}$-$25^{v}$. |
| **G** | — Sangallensis 5 | — Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 446, pp. 147-159. |
| **E** | — Einsiedlensis 2 | — Einsiedeln, Stiftsbibliothek, c. lat. 110, pp. 142-159. |
| **T** | — Stutgardensis 1 | — Stuttgart, Landesbibliothek, H. B. VI, 108. |
| **A** | — Atrebatensis 2 | — Arras, Bibliothèque municipale, c. 685 (741), ff. $130^{r}$-$134^{v}$. |
| **L2** | — Sampaulinus 2 | — Sankt Paul in Kärnten, Stiftsbibliothek, c. 25-2-35, f. $139^{r}$. |
| **V** | — Vindobonensis 4 | — Wien, Nationalbibliothek, c. lat. 398 (iur. can. 45), f. 13. |

H = 7 1
A = Aw
V = VI 1
L = Sp 1

II – A) *Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium prior* (*Car. I*)

## * INTERROGATIO KAROLI IMPERATORIS f. 69v

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Karolus serenissimus augustus a Deo coronatus magnus pacificus imperator Romanum gubernans imperium, qui et per misericordiam Dei rex Francorum et Langobardorum, Amalario venerabili episcopo aeternam in Domino salutem.

1. Saepius tecum, immo et cum ceteris collegis tuis familiare conloquium de utilitate sanctae Dei ecclesiae habere voluissemus, si absque molestia corporali id efficere potuissetis. 2. Sed quamvis sanctitatem tuam in divinis rebus tota intentione vigilare non ignoremus, omittere tamen non possumus quin tuam devotionem Sancto incitante Spiritu nostris apicibus conpellamus atque commoneamus, ut magis ac magis in sancta Dei ecclesia studiose ac vigilanti cura laborare studeas in praedicatione sancta et doctrina salutari; quatenus per tuam devotissimam sollertiam verbum vitae aeternae crescat et currat, et multiplicetur numerus populi christiani in laudem et gloriam salvatoris nostri Dei.

3. Nosse itaque per tua scripta aut per te ipsum volumus qualiter tu et suffraganei tui doceatis et instruatis sacerdotes Dei et plebem vobis commissam de baptismi sacramento, id est cur primo infans catecuminus efficiatur, vel quid sit catecuminus. 4. Deinde per ordinem omnia quae aguntur. De scrutinio, quid sit scrutinium. De symbolo, quae sit eius interpretatio secundum latinos. De cre-

---

20-p. 236, 11 Alcuinus, *Epistula ad Oduinum presbyterum*, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. II, pp. 202, 14-203, 4; *Epistula ad monachos Gothiae sive Septimaniae*, ibid., pp. 214, 21-215, 6

---

**HAVL2** – 1 Incipit interrogatio Karoli serenissimi augusti ad Amalherum episcopum A 3 magnus] et *add.* L2 4 Romanorum A 5 Franchorum VL2 5 Amalchero A 6 *aeternam*] *om.* VL2 6 salutem in domino ęterno A 7 sepius HVL2 7 tuis] *om.* HA 8 Dei] *om.* V 9 potuisset HAVL2 10 ignorem A 11 tamen] *om.* V 11 non] *om.* A 11 quin] qui in H 12 apicibus] *pos. post verb.* commoneamus V 14 salutari] salubri A 16 multiplicet A 18 itaque] *om.* A 19 et *3°*] *om.* H 20 baptismatis A 21 caticuminus *1°* HA 21 efficitur HA 21 caticuminus *2°* HA 23 De *2°*] et *praep.* AL2 23 simbolo HA 23 quae] quid HAV

dulitate, quomodo credendum sit in Deum Patrem omnipotentem,
et in Iesum Christum Filium eius, natum et passum, et in Spiritum
Sanctum, sanctam ecclesiam catholicam, et cetera que secuntur in
eodem symbolo. 5. De abrenuntiatione satanae et de omnibus operibus
eius atque pompis, quid sit abrenuntiatio, vel quae opera diaboli
et pompae, cur exsuffletur vel cur exorcizetur. Cur catecuminus
accipiat salem, quare tangantur nares, pectus ungatur oleo. Cur scapulae
signentur, quare pectus et scapulae liniantur. Cur albis induitur
vestimentis? 6. Cur sacro chrismate caput perunguitur et my-
f. 70r stico tegitur velamine? * Vel cur corpore et sanguine dominico confirmatur?
Haec omnia subtili indagine per scripta nobis, sicut diximus,
nuntiare satage, vel, si ita teneas et praedices, aut si in hoc
quod praedicas, te ipsum custodias. Bene vale et ora pro nobis.

## II – B) *Epistula Amalarii ad Carolum imperatorem de scrutinio et baptismo* (*Bapt.*)

f. 70r

### RESPONSIO AMALARII EPISCOPI

Gloriosissimo et excellentissimo augusto a Deo coronato
Karolo serenissimo vita salusque perpetua.

1. Domine mi, christianissime imperator, misistis ad servulum
vestrum inquisitiones secundum vestram misericordiam de sacro
f. 70v baptismate, per ordinem interrogantes * cur unaquaque res agatur
in baptisterio aut in scrutinio. Sicut in omnibus Christi exemplum
sequimini, sic et in isto, quia ad hoc interrogavit Philippum, ut doceret
dicens: *Unde ememus panes, ut manducent hi?* 2. Tamen, ut
evangelista ait: *Ipse enim sciebat quid esset facturus.* Quamquam

22-23 *Io.*, 6, 5-6

**HAVL2** – 2 in *1°*] *om.* H 4 simbolo HA 5 pompis] eius aut *add.* A 5 abrenuntiatio] abrenuncio H 5 opera] eius *add.* VL2 6 ponpis H 6 exsufflatur H insufflatur VL2 6 exorcizetur] exorcizatur H exorzizatur VL2 et exorcizatur A 6 caticuminus HA 7 accepit HA accipit L2 7 quare] cur V 7 tanguntur AV 7 pectus] cur *praep.* V 7 unguatur AL2 7 scapulae] spadule H scapuli V 8 signantur L2 8-9 quare pectus – vestimentis] *om.* V 8 scapulae] scabule H 8 linientur H 9 chrimate H crismate VL2 9 perungitur V 9 mistico A 9-10 misto cotegitur H 10 cur] *om.* H 10 confirmetur AV 11-13 Haec omnia – pro nobis] *om.* A 13 custodies L2 13 valete H valeas V

**HRL1GE** – 14 Responsio – episcopi] *om.* RL1GE Responsio amalheri episcopi ad karolum imperatorem A 17 misisti, *sed a. m. corr.* R 17 ad] *om.*, *sed in marg. adscr.* per R 19 unaqueque G(*sed corr.*)E 21 qui RL1G(*e corr.*)E

idoneus non sim vestrae interrogationi respondere, tamen inobedientem me non oportet esse, nisi omnibus sensibus et intellectu meo vestris sanctis iussionibus obtemperem. 3. Ideoque quod conicere potuimus, scripsimus de his rebus quas vestra dominatio interrogavit, et quod in promptu invenimus in dictis sanctorum patrum, illuc magis aciem mentis direximus ex his quae ammonitioni vestrae congrua videbamus. Nos vero, quamquam ignari simus, non cessamus pro vobis et vestra misericordia, quam exercetis in omnes Dei cultores, gratias Deo agere, et stabilitatem atque sapientiam inprecari vestro sancto regimini. Quarum interrogationum prima haec consistit, cur infans catecuminus fiat ante baptismum.

' De catecumino.

4. ' Scimus enim, excellentissime imperator, omnes homines sub iugo peccati teneri ab ipso articulo nativitatis eius usque ad secundam nativitatem, et veridicam esse sententiam psalmistae, qui inquit: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea.* Et hoc est propter inoboedientiam primi hominis et eius transgressionem, a quo ducimus originem carnalem, et non posse nos reformari ad imaginem eius qui nos creavit, nisi per salutare baptisma, quod nondum accepimus. 5. Neque patet aditus regni caelorum, nisi renascamur ex aqua et Spiritu Sancto. Sumus ante baptismum in tenebris ignorantiae, in desideriis carnis ambulantes, facimus ea quae non conveniunt, vivimus secundum veterem hominem qui corrumpitur secundum * desideria erroris. 6. Ideoque qui (f. 71r) desiderat renovari secundum novum hominem, necesse est ut instruatur a doctoribus ecclesiae qualis ante baptismum sit, qualis post baptismum futurus sit per Dei gratiam, ut de tenebris pecca-

---

16-17 *Ps.* 50, 7

---

24-p. 238, 8 Cfr. Isidorus, *Etymologiae*, l. VIII, c. 14, 7, PL, 82, p. 294C; *De ecclesiasticis officiis*, l. II, c. 21, 1, PL, 83, pp. 814BC

---

**HM**(12-)**RL1P**(13-)**GE** – 1 idoneus – respondere] *e. m. suppl. in marg.* G 1 interrogacione H 2 sensibus] in *praep.* E 3 obtemporem H 5 venimus, *sed a. m. corr.* R 6 direxerimus E 10 sancto] *e. m. suppl.* (sancte) H 11 faciat, *sed a. m. corr.* R 12 De catecumino] I *praep., itemque deinceps,* R 13 excellentissime imperator] *om.* P 14 eius] *om.* R 15 veridicam] vere vel veridicam G 15 qui] *om.* R 20 baptismatis G(*sed corr.*) E 20 nondum] *litt.* dum *suppl.* M 20 accipimus RL1(*sed corr.*) 25 novum] *suppl.* M 27 futurum sic H 27 Dei] *suppl.* M

torum in lucem veritatis convertatur, relicto nomine falsorum deorum, colat unum Deum vivum et verum, et, postquam haec percipit a doctore catholico, catecuminus dicitur, id est instructus sive auditor.

7. Non possumus cognoscere veritatem, antequam sciamus quid sit falsum. Igitur oportet nos docere illum a quo Deo recesserit peccando et in quo errore permaneat, et postea in quem oporteat credere et fidem tenere per opera caritatis. 8. Et sicut Agustinus ait in libro de Fide et operibus: « sic catecizandos eos qui baptismum petunt, ut non solum audiant atque suscipiant quid credere, verum etiam qualiter vivere debeant; sic promitti fidelibus vitam aeternam, ut non etiam per fidem mortuam, quae sine operibus salvare non potest, ad eam se quisque posse pervenire arbitretur, sed per illam fidem gratiae, quae per dilectionem operatur ». 9. De qua instructione, si quis vult, satis repperire potest in Agustino de Catecizandis rudibus. Super parvulos orationem facimus, ut cecitas cordis ab eis expellatur, disrumpantur laquei satanae quibus fuerant conligati et idonei efficiantur per incrementa et ministrationem membrorum ea cognoscere quae dimittenda sunt et quae tenenda.

## De scrutinio.

10. In scrutinio quippe facimus signum crucis super pueros, sicut invenimus scriptum in romano ordine, et genuflexionem et adiurationem, et docemus orationem dominicam patrinos et matrinas, ut et ipsi similiter faciant quos suscepturi sunt a sacro baptismate. Similiter docemus simbulum. Quod simbulum in lingua nostra verti-
f. 71v tur signum vel cognitio. * 11. Quando dividebantur apostoli per

---

8-14 *De fide et operibus*, c. 27, n. 49, PL, 40, pp. 229-230 15 *De catechizandis rudibus*, PL, 40, pp. 309-348 15-19 Cfr. *Sacram. gregor.*, 81; *Sacram. gelas.*, l. I, xxx 21-24 *Ordo rom. VII*, 1-9, PL, 78, pp. 993D-999A

---

**HMRL1PGE** – 1 convertatur] et *add.* H 2 vivum et verum] *inv.* GE 2 postquam haec] post hec quam H 5 possimus P 6 peccando] peccato, *sed corr.* M 7 et *2°*] *om.* H 7 oportet H 9 sic] si GE 9 catetizados H catezizandos MPGE 10 credere] se *adscr.* G 11 promittit H 12 mortuum H 15 quis vult] vult aliquis H 15 vult] *e. m. suppl.* M 15 catezizandis MPGE 16 faciamus R 18 incremento GE 19 dimittanda, *sed a. m. corr.* R 20 De scrutinio] *om.* P 21 puero R(*corr. a. m. in* puerum) puerum P 24 a] ad RP 25 simbulum *1°*] symbolum RP simbolum L1GE 25 simbulum *2°*] symbolum RP simbolum L1GE 25 lingua nostra] *inv.* H 26 cognitio] comiccio H 26 videbantur HP

totum orbem praedicationis causa, dederunt illud signum praedicationis, ut, si quis talia confiteretur qualia ibi dicuntur, cognitionem daret se a Christi apostolis sive a successoribus eorum didicisse.

### Cur in fronte faciamus signum.

12. Sedes verecundiae in fronte solet esse. Siquidem Iudei erubescunt credere in illum quem norunt crucifixum, ut Paulus apostolus dicit: *Nos autem praedicamus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum*, et reliqua. Sed nos credimus per crucifixum salvari; de cuius nomine Iudei erubescunt, eius nos nomine credimus muniri, atque ideo in fronte signum facimus, ubi sedes verecundiae est, sicuti iam diximus.

### Quali signo signemus nos.

13. Et non alio signo signamus, nisi signo crucis, quia Dominus in carne natus vexillum crucis, quo suorum frontes signaret, adferens, ut distrueret mortis imperium, et per tale signum recognoscat contraria potestas principatum se perdere in istis quos Deus vocavit ad gratiam baptismi. Illud signum faciunt in frontibus eorum presbiteri, acoliti, patrini vel matrinae. 14. Scribitur in aedificatione templi, quam vidit Hiezechiel spiritaliter: *Et fenestras obliquas in thalamis et in frontibus eorum, quae erant intra portam undique per circuitum*. Quod sic exponit beatus Gregorius: « Notandum vero, inquiens, quod intra portam undique per circuitum fenestrae obliquae esse memorantur. Non enim contemplationis gratia summis datur, et minimis non datur, sed saepe hanc summi, saepe minimi, saepius remoti, aliquando etiam coniugati percipiunt ».

---

7-8 *I Cor.*, 1, 23 19-21 *Ez.* 40, 16

---

5-11 *Off.*, l. III, c. 18, 10 21-25 *Homiliae in Ezechielem*, l. II, homilia 5, n. 19, PL 76, p. 996A

---

**HMRL$_1$PGE** – 1 causa – praedicationis] *om.* P 3 dicisse, *sed e. m. corr.* R 4 Cur – signum] *non titulus sed pars textus* PGE 4 faciamus] *litt.* a *suppl.* M 5 sedens H sedet P 9 Iudae, *sed a. m. corr. in* Iudei R 9 nos] *om.* GE 10 faciamus R 10 sedens H 11 sicut H uti R 12 Quali – nos] *om.* P 12 signemus nos] signe crucis, *e corr. a. m. pro* signe zici... (?) mus nos H 13 signamus] *e corr. e. m. pro* signemus G nos *add.* GE 14 adferentes R 18 aedificationem R 21 Notandum] non tantum H 22 infra R 22 undi, *sed a. m. corr.* R

### Cur septies scrutinium agatur.

15. Scrutinium fit ante pascha septies. Septenario enim numero f. 72r saepe universitas designatur, * sicut Iohannes scribit septem ecclesiis quae sunt in Asia. Per has enim septem ecclesias omni ecclesiae scribit. Septies perscrutantur, id est perfecte perscrutantur, si ea fixa mente teneant quae audierunt a magistro et quodammodo quasi tenebrae fugantur in inchoatione a catecumino, et in profectu scrutinii inluminentur ipsi catecumini. 16. Unde et in scrutinio acolitis plurimum ministerium inpenditur, qui accensores sunt luminum, et ideo autumamus nos in priore oratione dicere: « Omnem cecitatem cordis ab eo expelle », et in ista quae postea dicitur in scrutinio, « Aeternam ac iustissimam pietatem tuam », dicimus: « Ut digneris eos inluminare lumine intellegentiae tuae ».

### De genuflexione.

17. Genuflexionem pro his facimus, sicut Stephanus fecit pro his qui nondum baptizati fuerant, inquiens: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum, quia nesciunt quid faciunt.* Similiter pro istis oramus, ut Deus non illis inponat quod tamdiu erraverunt, et iacuerunt in peccatis, sed secundum magnam misericordiam suam eos ad baptismi gratiam perducat.

### De oratione dominica.

18. Orationem dominicam sic docemus. Dominus docuit discipulos suos hanc orationem, ne superflua peterent et ea quae ad eorum animarum salutem non pertinerent. Septem petitiones sunt in hac oratione dominica: tres pertinent ad aeternitatem, quattuor ad

---

3-4 *Apoc.*, c. 2-3 16-17 *Act.*, 7, 60

---

10-11 *Sacram. gregor.*, 81, p. 49 11-13 Ibid., 82

---

HMRL1PGE – 1 septies] septem dies H 2 sit H 3 Iohannes] *suppl.* M 4-5 quae sunt – scribit] *om., sed in marg. adscr.* hic deest M 5 scrutantur P 6 fixemente H 6 menta L1G 6 audierunt a magistro] *inv.* GE 6 quod amodo, *sed a. m. corr.* R 7 inchoatione] invocatione P 7 a] *om.* H 7 et] *a. m. corr. in* ut R 8 et] *om.* E 11 postea] propterea P 12 aeternam] et *praep.* R 12 dicimus] *om.* R 13 lumen M 16 fuerant] erant RL1P 17 *quia – faciunt*] et reliqua GE 17 istis] ipsis P 18 inponat] inputet R 19 sed] suis M 19 eos] *om.* M 25 ad] a R

necessaria nostra huius temporis. Quae isto modo continentur. 19. *Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum.* Te patrem Deum invocamus, qui voluisti nos tibi facere filios adoptivos et in animabus iustis sedem vis habere, ut sanctitas nominis tui quae apud te est, maneat in nostro pectore. *Adveniat regnum tuum.* Deficiat cotidie regnum diaboli crescatque tuum, vel illo modo sicuti clamant sancti in Apocalypsi: * *Usquequo, Domine, sanctus et verus, non iudicas et* f. 72v *vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra.* 20. Quod ita expositum invenimus in libro domni Bedae: « Non hoc odio inimicorum, pro quibus in hoc saeculo rogaverant, orant, sed amore aequitatis, quo ipsi iudici, ut prope positi, concordant, diem iudicii, quo peccati regnum destruatur, et resurrectionem extinctorum corporum advenire precantur. Nam et nos in praesenti, cum pro inimicis orare iubemur, dicimus tamen Domino orantes: *Adveniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra* ». 21. Per caelum spiritalem creaturam intellegimus, per terram corporalem. Ita fiat Deus Pater, voluntas tua, ut ea quae animo cogitamus bona, perficere valeamus opere per corpus. *Panem nostrum cotidianum da nobis hodie.* Semper, quamdiu sumus in saeculo, dignare ministrare nobis omnia necessaria. 22. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Cotidie enim peccamus et ideo necesse est nobis cotidie dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Te donante, Deus, molle sit cor nostrum, ut cito ignoscamus, et tu ignoscas. *Et ne nos inducas in temptationem.* Ne permittas nos a diabolo ita temptari, ut superemur. *Sed libera nos a malo*, id est a peccatis quae gessimus.

---

1-26 *Matth.*, 6, 9-13   7-8 *Apoc.*, 6, 10

---

9-15 *Explanatio Apocalypsis*, l. I, c. 6, PL 93, pp. 148AB

---

**HMRL1PGE** – 4 habere] *om.* M   4 quae] qui E   6 tuum] *e. m. suppl.* G regnum *add.* GE   7 apocalipsi H apocalipsin L1PGE   8 *de*] *om.* H   8 *in*] *suppl. e. m.* L1   8 terram L1P   9 hoc *om.* H   10 rogaverunt H   10 orabant M   11 iudicii HRP   11 diem] dei H   16 spiritalem] *suppl.* M   16 intellegemus, *sed a. m. corr.* M   17 cogitemus, *sed a. m. corr.* M   19 saeculo] hoc *praep.* R   19 ministrare nobis] *inv.* P   20 omnia] nobis *add.* P   20-21 *sicut et – nostris*] et reliqua GE   22 est nobis] *inv.* GE   22 cotidie] *om.* GE   23 molle] molet H   24 agnoscamus H   25 diabulo H   25 ita] *e. m. suppl.* M

De symbulo.

23. Simbulum autem sic: « Credo in Deum Patrem omnipotentem »; in Deum vivum et verum, patrem aeternum aeterni geniti, omnipotentem, qui et peccatoribus reddet supplicia secundum sua merita, et iustis praemia. « Creatorem caeli et terrae », id est spiritalis creaturae et corporalis. « Et in Iesum Christum filium eius », in salvatorem unctum, « Filium eius unicum, Dominum nostrum », quia solus nos redemit pretioso sanguine suo, qui per Esaiam dixit: *Torcular calcavi solus, et de gentibus vir non est mecum*; 24. « natum in tempore novissimo ex Maria virgine, passum pro nostra salute sub Pontio Pilato », id est sub praeside Pilato qui de Ponti insula fuit, sive de regione. « Crucifixus », in cruce suspensus, « mortuus », cor-
f. 73r porali morte, * « et sepultus », corpore triduo, « descendit ad inferna », anima tantum; « tertia die resurrexit a mortuis », corpore, resurrexit morte destructa; « ascendit ad caelos », videntibus apostolis, in forma qua venturus est ad iudicium, ascendit ad caelos qui numquam defuit caelestibus sedibus; 25. « sedet ad dexteram dei Patris omnipotentis », id est regnat in regno patris sui, in quo nil sinistrum manet aut manebit; « inde venturus iudicare vivos et mortuos », eam formam quam Iudei crucifixerunt, impiis et iustis demonstraturus, iustis vero eam formam tantum quam Iudei increduli non cognoverunt. « Iudicare vivos et mortuos », iustos et peccatores, unumquemque secundum eius facta. 26. « Credo in Spiri-

---

9 *Is.* 63, 3

---

2-p. 243, 14 *Ordo rom. antiq.*, pp. 80E-81A; G. Morin, *Notice sur un manuscrit important pour l'histoire du symbole, cod. Sessorian. 52,* in *Revue Bénédictine*, 14, (1897), pp. 483, 486, 488; F. Kattenbusch, *Das apostolische Symbol*, t. I, (1894), pp. 178-179

---

**HMRL1PGE** – 1 De Symbulo] *om.* P 1 simbolo, *corr. in* simbulo H symbolo RPGE simbolo L1 2 symbolum R simboulm L1 2 simbulum – sic] *om.* PGE 4 supplicium R 4 secundum] sicut P 5 est] et *add.* GE 6 in] *om.* H 7 eius] et *add.* RL1PGE 7 salvatore H 8 suo] *om.* P 8 qui] *om.* M 8 isaiam HR 9 torcolar R(*sed a. m. corr.*)L1 9 calcavit, *sed a. m. corr.* R 9 *vir non est*] *inv.* n. e. v. PGE 11 Ponti] pontu R 11 insola H 12 seu H 12 de regione] edegione H 15 surrexit H 15 morte] *a. m. corr. in* mortis R 15 destructa] destructor R 16 quia, *sed a. m. corr.* R 16 audicium H 16 ascendit] *om.* P 17 sedit, *sed a. m. corr.* P 21 demonstraturus – tantum] *om.* M 22 et mortuos iustos] *suppl.* M 22 et *2°*] ac GE 23 secundum] sicut P

tum Sanctum », qui aliquomodo donum Dei dicitur, et amor Patris et Filii, sive communicatio; in quo dono fit remissio omnium peccatorum; ideoque qui blasphemaverit in Spiritu Sancto, non remittetur ei neque in isto saeculo neque in futuro. « Sanctam ecclesiam catholicam », universalem congregationem iustorum et unanimitatem fidei credimus esse. 27. « Sanctorum communionem », in vinculo pacis unitatem spiritus servare credo. « Remissionem peccatorum », quae, sicut diximus, fit in dono Spiritus Sancti, « carnis resurrectionem », septimam sabbati credo iustos recipere, absolutos de corpore terreno, et esse in magno gaudio secundum uniuscuiusque mansionem, atque exspectare octavum diem, in quo corpora recipient sua integra atque perfecta, impii ad supplicium aeternum, iusti autem in « vitam aeternam ». « Amen », vere, absque ulla dubitatione ita credimus.

### De exorcizatione.

28. Exorcizatur, id est adiuratur, sive increpatur, diabolus, sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur, ut recedat a Dei creatura.

### De exsufflatione.

29. Exsufflatur itaque, quia tali dignus est ignominia desertor antiquus.

### De sale.

30. In ipso scrutinio benedictum salem ori inponimus post primam orationem, quae dicitur: « Omnipotens sempiterne Deus, respicere dignare * super hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei f. 73v
vocare dignatus es », et reliqua. Ut, postquam instructus fuerit a magistro ecclesiastico, recognoscat verba sua condita debere esse

---

24-26 *Sacram. gregor.*, 81, p. 49

---

**HMRL1PGE** – 1 aliquomodo] aliquando G(*sed e. m. adscr. supra vers.* vel aliquo modo)E 2 dono] *om.* M 2 fit] sit P 2 remissio] repromissio L1 4 isto] hoc P 5 unanimitatem] unianimitate H humanitate P 8 fit] sit P 9 septima H septimum M 12 iusti autem] Instiat, *sed a. m. corr.* H 15 De exorcizatione] *om.* P 15 exorzizacione GE 16 exorzizatur MGE 17 recedant RP 17 Dei] *om.* H 19 De exsufflatione] *om.* P 22 De sale] *om.* P 23 post] propter P 25 est M 25 postquam] post H praeterquam P

sale sapientiae, sicut Paulus apostolus scribit ad Colosenses: *Sermo vester in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere.*

### Quando fiat novissimum scrutinium.

31. Et istud scrutinium finitur sabbato sancto ante pascha. Ipso die facimus scrutinium septimum, sicut in romano ordine invenimus scriptum, et legimus super illos: « Nec te latet, satanas ».

### De tactu narium et aurium.

32. Post hanc lectionem tangimus eorum nares et aures, et dicimus eis: « Effeta in odorem suavitatis ». Nares tangimus, ut ammoneantur, quamdiu spiritum vitae huius naribus trahunt, semper in his perseverent, quae iam didicerunt et adhuc discunt ab ore catholicorum virorum, et ideo sputo presbiteri tanguntur. 33. Similiter dicimus de auribus, quasi dicat presbiter: Fidem quam ab isto ore didicisti, et quae per aures intravit ad animam, quamdiu spiritum vitae huius naribus trahis, semper tenere memento, et dicere possis cum Paulo apostolo: *Christi bonus odor sumus Deo.* Et iterum dicat auribus: Aures istae, Deo miserante, semper apertae sint ad intellegenda verba disciplinae Dei, et dicere possit qui ita apertas aures habet: In obauditu auris oboedivi tibi.

### De unctione scapulae et pectoris.

34. Postea tangimus de oleo sancto scapulas et pectus, et dicimus eis: « Abrenuntias satanae? » et cetera quae secuntur. Per oleum namque misericordiam Dei novimus signari, sicut illud est Gregorii:

---

1-3 *Coloss.*, 4, 6 17 *II Cor.*, 2, 15 20 Cfr. *Ps.* 17, 45

---

4-7 *Ordo rom. VII*, n. 9, PL, 78, p. 998CD; *Liber sacram.*, LXXIIII, 321; *Sacram. gregor.*, 83, 1-2 9-10 Ibid., n. 9, p. 998D; LXXIIII, 321 a; 83,3 10-13 *Ioannis diaconi epistula ad Senarium virum illustrem*, V, PL, 59, p. 402D 23-24 *Sacram. gregor.*, 83, 3

---

HMRL1PGE – 1 sicut] si H 1 scripsit H 1 colossenses H 2 *vos*] nos P 4 Quando – scrutinium] *non titulus sed pars textus* PGE 4 fiat] *suppl. a. m.* M 6 in] *om.* H 8 De tactu – aurium] *om.* P 9 tangimus eorum] *inv.* PG 11 huius] *om.* R 15 quae] *suppl.* R 17 dicit, *sed corr.* G 18 istae] semper *add.* H 19 verba] *suppl.* M 19-20 qui ita apertas aures habet] *om.* PGE et *add.* ML1 20 In] *om.* P 20 aures oboedivit H 20 obaudivi te GE 21 De unctione – et pectoris] *om.* P 23 eis] ei H 23 sequitur H 24 Dei] *om.* R 24 Gregorii] sancti *praep.* GE

« Quos autem per olivam, nisi misericordes accipimus, quia et grece eleos misericordia vocatur »? In scapulis, sive in humeris, fortitudinem brachii terreni hominis ponimus. 35. Brachia operantur, et manus quae in brachiis positae sunt, * [f. 71r] et ideo autumamus per scapulas designari fortia opera hominum, et per pectus, ubi quodammodo consistit cubiculum cogitationum, designari bonas cogitationes. Oleo sancto, id est misericordia Dei unguantur, ut sciant deprecari misericordiam Dei, ut *dirigat corda* et opera eorum *in caritate Dei et patientia Christi*, et recognoscant se non aliter bonum operari posse neque velle, nisi per misericordiam Dei.

### De abrenuntiatione.

36. Et interrogamus illos quos antea instruximus in fide, et quos postea scrutati fuimus, si adhuc permansissent in his quae primitus didicerunt, et si se caecos fuisse cognovissent, et modo properasse ad lumen, eo quod perfecte, id est septies, illos scrutati sumus; si abrenuntient, id est contradicant satanae contrariae potestati, et omnibus operibus eius, et omnibus pompis eius. 37. Dicimus illi: « Contradic satanae, cum propheta David, obliviscere populum tuum et domum patris tui; postea et omnibus operibus eius, quae sunt *fornicatio*, *idolorum servitus*, *veneficia*, *homicidia*, *ebrietates*, *commessationes*, *et his similia*, quae quamvis ad carnis voluptates pertineant, tamen opera sunt satanae, quorum suasor et instigator est occultus. 38. Haec sunt quae regnant in diabolo sine carne: *superbia*, *invidia*, *inimicitiae*, *contentiones*, *emulationes*, *irae*, *rixae*, *dissentiones*, *sectae*, et reliqua. Quamvis ea Apostolus opera carnis dicat, tamen sine carne regnant in diabolo, et sunt quodammodo opera carnis, quia sunt opera hominis; et homo vivendo secundum se ip-

---

8-9 *II Thess.*, 3, 5  20-25 Cfr. *Gal.*, 5, 19-21

---

1-2 *XL Homiliae in evangelia*, l. I, hom. 20, 13, PL, 76, p. 1167A

---

**HMRL1PGE** – 2 eleos] oleas H oleus M  3 operantium P  6 cubiculum] *a. m. suppl.* M  6 designari] volumus *praep.* RL1PGE  6 bonas cogitationes] *inv.* R  7 misericordiam R  7 ungantur H(*sed corr.*)P  7 sciant] semper *add.* RL1PGE  11 De abrenuntiatione] *om.* P  12 Et *1°*] *om.* R PGE  13 postea] praeterea P  14 se caecos] *inv.* R  16 contradicant] condicunt H  16 satanae] id est *add.* M  17 Dicimus] et *praep.* HL1  19 postea] praeterea P  20 *commessationes*] conversaciones H  22 suassor, *sed a. m. corr.* R  22 investigator R  23 regnat H  23 regnant in diabolo] *inv.* GE  23 diabulo HL1  24 *emulationes*] *pos. post dissentiones* R  25 opere H  26 regnat H  26 diabulo HL2  26 opera] opere HL2  27 quia] quę M  27 vivendum H

sum, hoc est secundum hominem, factus est similis diabolo, quia et ille secundum se ipsum vivere voluit. 39. Haec opera satanae dicimus, quorum aliquorum suasor et instigator est, aliquorum caput et origo. Novissime et omnibus pompis eius, quae sunt inanis iactantia, honores terreni, canora musica, in quibus saepe solvitur * f. 74v et mollitur christianus vigor, spectacula turpia vel supervacua, et reliqua. 40. Deinde perscrutamur patrinos vel matrinas, si possint cantare orationem dominicam et simbulum, sicut praemonuimus, ac postea per ordinem, sicut in romano ordine scriptum est, sacrum officium peragimus usque ad sacratissimum opus baptismatis.

Recapitulatio.

41. Is qui baptizandus est, est iam catecuminus, id est instructus, ut recognoscat errorem pristinum et intellegat lucem veritatis, accepit salem sapientiae, ut turpiloquia declinet. Adiuratus est diabolus, qui fuit in illo, cum signo crucis, ut recedat a Dei famulo, et inde fit genuflexio ad Deum, ut Deus illum expellat a suo vocato 42. Orare pro semet ipso iam doctus est in oratione dominica. Quomodo credere oporteat, iam audivit in symbulo. Ammonitus est per sputum presbiteri ut, quamdiu spiritum vitae huius trahit naribus, fidem, quam audivit per aures, teneat. 43. Post auditam fidem unguatur inter scapulas et pectus, ut Dei misericordia cogitationes bonae et opera corroborentur in eo, et recedat ab omni malo, quod ad membra satanae pertinet, et faciat bonum, ut confiteatur se credere in Deum Patrem omnipotentem et in Iesum Christum Filium eius, natum ex Patre ante omnia saecula, factum ex muliere in tempore. Et in Spiritum Sanctum, et reliqua. Sicque intingitur sacro fonte baptismatis.

---

9-10 *Ordo rom. VII*, nn. 10-11, PL, 78, pp. 999A-1000B    23-27 Cfr. *Sacram. gelas.*, l. I, xliv, p. 86

---

**HMRL1PGE** – 1-2 hoc est – se ipsum] *e. m. suppl. in marg.* L2    1 secundum] deum H    1 diabulo H(*e corr.*)L    1 et] *om.* H    6 expectacula R    7 possent P    8 simbolum HL1GE symbolum RP    8 promonuimus H    9 postea] praeterea P post EG    11 Recapitulatio] *non ad modum tituli sed in textu* R    12 est 2°] *suppl.* M    12 iam] etiam HL2    12 caticuminus H R(*corr. ex* catecuminus)L1P cathecuminus M    13 lumen H    13 accipit GE    14 diabulus L2    15 a Dei] adeo P    15 et] *om.* L1PGE    16 genuflexu L2GE    16 expellet GE    16 vocatu H    18 simbulo H symbolo RP simbolo L2GE    16-17 per sputum] spiritum H    22 opere L1PGE    26 intinguitur HE

### De unctione capitis.

44. Post hoc salutare lavacrum linitur caput eius sacro chrismate, unde sacerdotes et reges unctos esse novimus in veteri testamento, ut intellegat baptizatus regale ac sacerdotale mysterium se accepisse, quia illius corpori adunatus est, qui rex summus et sacerdos est verus, et regnum sperare debet perpetuum et hostias * immaculatae conversationis Deo semper offerre meminere. Tegitur postea linteo. f. 75r

### De tegumento capitis.

45. Et hoc de veteri testamento adsumptum est. Sic enim scriptum est in Exodo: *Filios quoque illius*, quin Aaron, *applicabis*, *et indues tunicis lineis*, *cingesque balteo*, Aaron scilicet et liberos eius, *et inpones eis mitras*. Iam percepta gratia sacri baptismatis, non se confidat viribus suis, sed semper deprecetur, ut protectus sit Domini et caelesti auxilio. Protectionem Domini praeclaram volumus intellegere per linteum quo caput tegitur.

### De indumento.

46. Albis induitur vestimentis, ut sciat se inviolatum corpus possidere et claritate Spiritus Sancti inlustratum cor se habere, sive recognoscat se iustitiam et nuptialem vestem habere. Per vestimenta enim opera iustitiae intelleguntur. Unde dicit David: *Sacerdotes tui induantur iustitia*.

---

11-13 *Ex.*, 29, 8-9  21-22 *Ps.* 131, 9

---

2 *Ordo rom. VII*, n. 11, PL, 78, pp. 999BC-1000A; *Sacram. gregor.*, 85, 11  10 *Ordo rom. VII*, ibid.  18 *Ordo rom. VII*, n. 11, PL, 78, p. 1000A

---

HMRL1PGE – 2 hoc] hunc H hanc L1PGE  4 ac] a GE  4 misterium HL1PGE(*sed e. m. corr.*)  5 corpore P  5 sumus, *sed a. m. corr.* R  6 est verus] *inv.* GE  7 conversionis MRL1PG(*corr. ex* conversationis?)E  7 Tegitur] et igitur, *sed corr.* M  7-8 Tegitur – linteo] *pos. in principio capituli sequentis, cum inversione duorum priorum verborum*, RL1PGE  10 de] *a. m. suppl.* R  10 Sic] sicut R  10 enim] *om.* R  11 quin] quem H qui in LM1 quim, *sed a. m. corr.* R *om.* GE  13 precepta H  15 preclara L1GE  19 claritatem P  19 cor se] *inv.* P  21 intellegitur, *sed a. m. corr.* R  21 Undidicit, *sed corr.* R  22 *iustitia*] iusticię H iustitiam M

### De confirmatione corporis et sanguinis Domini.

47. Confirmatur postea corpore et sanguine Domini, ut sciat per talia mysteria diabolum expulsum ab eius corde et Christum inhabitare, ita ut confidenter dicamus illis: *Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis.*

### De parvulis non intellegentibus et tamen fidem habentibus.

48. Quamvis parvuli pro aetate non possint intellegere ipsam conversionem ad Deum atque credulitatem, credimus tamen eos ad Deum convertere propter conversionis sacramentum, et fidem habere propter fidei sacramentum, sicut legimus in Agustini epistula ad Bonifacium episcopum de parvulis requirentem, ubi dicit: « Ipsa
f. 75$^{v}$ responsio ad caelebrationem pertinet sacramenti, * sicut de ipso baptismo Apostolus: *Consepulti*, inquit, *sumus cum Christo per baptismum in morte.* 49. Non ait sepulturam significabimus, sed prorsus ait: *Consepulti sumus.* Sacramentum ergo tantae rei, non nisi eiusdem rei vocabulo, nuncupavit. Itaque parvulum, etsi nondum fides illa quae in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondentur, ita etiam fideles vocantur, non rem ipsam mente annuendo sed ipsius rei sacramentum percipiendo. 50. Cum autem sapere homo coeperit, non illud sacramentum repetit, sed intellegit, eiusque voluntati consona etiam voluptate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest, valebit sacramentum ad eius tutelam adversus contrarias potestates, et tantum valebit, ut si ante maioris usum [aetatis] ex hac vita migra-

---

4-5 *Gal.*, 3, 27 13-14 *Rom.*, 6, 4

---

2 Ibid., n. 12, p. 1000B 11-p. 249, 3 Epistula 98, *Ad Bonifacium ep.*, 9-10, PL, 33, p. 364 (... significavimus... respondetur... vocatur... ipsa... repetet... intelleget... eiusque veritati consona voluntate...)

---

HMRL1PGE – 2 postea] propterea P 3 misteria HL1PG(*sed corr.*) 3 diabulum H(*ex corr.*)L1(*sed corr.*) 3 ut] *om.* E 4 illis] *om.* R 6 tamen] *om.* R tunc L1PGE 8 conversationem, *sed corr.* G 9 conversionis] conversionem H confessionis P conversationem, *sed corr.* G 9-10 et fidem – sacramentum] *om.* P 11 bonefacium RGE 14 mortem MR(*sed corr.*) 14 sed] si M 15 ait] aut M 15 tanti GE 16 ita R 16 fides] dies H 17 voluptate H 19 rei] sacramenti *add.* M 21 repetit] recepit H 21 voluntati] veritati P 22 voluptate] voluntate RL1PGE 24 vitae P 24 emigraverit RL1

verit, per ipsum sacramentum commendantem ecclesiae caritatem ab illa condemnatione quae per unum hominem intravit in mundum, christiano adiutorio liberetur ». Hucusque Agustini.

De parvulis non loquentibus.

51. Potest fieri ut qui alieno peccato sunt ligati, aliena professione solvantur.

52. Haec, piissime imperator, causa oboedientiae posuimus, quia dignum est vestrae voluntati omnibus viribus oboedire. Tamen in omnibus his quae diximus, parati sumus a vestris inclitis doctoribus corrigi et emendari.

De nostra credulitate haec dicimus et recipimus quod Esaias dixit: Verbum adbreviatum faciet Dominus super terram. 53. Credimus Deum Patrem, unum, vivum et verum, semper esse inmutabilem, tamen mutabilia operantem; numquam esse sine sua sapientia, hoc est sine suo Filio, neque sine eius voluntate, hoc est sine Spiritu Sancto. Deus Pater, per sapientiam, in bona voluntate sua, omnia creavit. Credimus tres personas Patris et Filii et Spiritus Sancti, et accipimus versus Sedulii:

Non quia qui summus Pater est, et Filius hic est,
* Sed quia quod summus Pater est, et Filius hoc est f. 76r

54. Filium solum adsumpsisse carnem humanam, ut visibilis foret hominibus, hunc baptizatum, quia oportebat nos baptizari, hunc mortuum corpore mundo, ut nos moriremur peccatis, hunc resurrexisse a mortuis, ut nos resurrectionem speraremus, hunc

---

12 *Rom.*, 9, 28; cfr. *Is.*, 10, 23

---

5-6 Cfr. Augustinus, *Sermo CLXXVI*, c. 2, n. 2, PL, 38, p. 950; *Sermo CCXCIV*, c. 11, n. 12, PL, 38, p. 1342    19-20 *Carmen paschale*, l. I, vv. 319-320, PL, 19, p. 586A

---

**HMRL1PGE** – 1 commendantem] cum mediantem H commendante P 1 caritate P 2 condemnacionem H 3 Agustini] de parvulis non loquentibus *add.* GE 4 De parvulis non loquentibus] *om.* GE 7 oboediencia H 7 posuimus] possumus RP 8 voluntate, *sed corr.* R 8 obaudire GE 9 parati sumus] *om.* P 11 recepimus E 13 Deum Patrem unum] deum unum RL1GE unum deum P 14 tamen] in *add.* H 15 suo Filio] *inv.* RL1PGE 16 per] *om.* RP 18 recipimus R 19 qui] quod H 20 sumus HR 20 quod] *suppl.* M 20 sumus HR 21 visibilis] similis P 23 moreremur HR(*e corr. a. m.*) moriemur L1PGE

visurum in novissimo iudicio, quando segregabit oves ab hedis, et postea solos malos in inferno, hoc est in poenis victuros, iustos solos in regno Dei beate regnaturos, haec est, iustissime imperator, nostra credulitas, haec spes firma, hunc Deum amamus, quem ardentius amare desideramus. '

55. Dixistis, serenissime auguste, velle vos scire qualiter nos et nostri suffraganei doceremus populum Dei de baptismi sacramento; haec prout potuimus praelibavimus. Suffraganeus est nomen mediae significationis; ideo nescimus quale fixum ei apponere debeamus, aut presbiterorum, aut abbatum, aut diaconorum, aut ceterorum graduum inferiorum. 56. Si forte episcoporum nomen, qui aliquando vestrae civitati subiecti erant, addere debemus, oro ut hoc non inputet dominus servo suo, quia usque in praesens tempus non sum ausus ea adtingere quae nobis iniuncta non sunt, sed paratus sum omnium Christi servorum vestigia sequi. Et si forte presbiterorum supra dictum ordinem, docuimus illos et ammonuimus ut saepe doceant populum Dei vana huius mundi relinquere et vera caelestia petere.

57. ' Ex hoc unde me cogit vestra iussio respondere, si in hoc quod praedico, me ipsum custodiam, ita respondeo: ' *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse evellet de laqueo pedes meos.* Sciat, domine mi, sanctissima gubernatio vestra nulli me praedicare ut peccet, sed ut non peccet, et tamen recolo sententiam Iacobi apostoli,
f. 76v ubi ait: *In multis enim offendimus omnes.* * 58. Cum summus Christi loqueretur apostolus, et praemisit *in multis*, subiunxit *omnes*, ut tanto cautius se inperfecti quique in agendo vel loquendo circumspexerint, quanto certissime cognoscerent quia nec perfecti quidem boni, et qui Spiritus Sancti gratia duce incedunt, huius vitae viam sine offensione peccati alicuius transigere nullatenus possent, atque

---

20-21 *Ps.*, 24, 15 24 *Iac.*, 3, 2

---

HMRL1(-20)P(-5,19-)GE – 1-2 quando – in poenis] *om.* P 1 segregavit H 1 edis HL1GE 2 solus H 2 vincturos G(*sed corr.*)E 2 solus H 3 imperatori P 4 haec] est *add.* R 4 ardendus G(*sed corr.*)E 5 dixisti R 6-19 Dixistis – caelestia petere] *om.* P 6 nos M 7 sacramenti L1GE 7 suffraganeus] subfraganeus, *sed a. m. corr.* H enim *add.* R 10 ablatum H 12 vestri R 12 hoc] *om.* H 16 et ammonuimus] etiam monuimus H 17 derelinquere H 17 vere G verae E 19 coegit H 19 vestra iussio] vestrę iussioni me GE 20-p. 251, 5 *oculi mei – peccatorum*] *desunt in* L1 21 *quoniam*] quo, *sed a. m. corr.* R 22 peccet *1°*] peccetur PGE 23 recole H 23 Iacobi] sancti *praep.* GE 24 sumus H 25 *omnes*] *om.* P 27 quia] qui H 29 offensionem GE 29 transiere M transire PGE

ideo docemus sic: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis et iustus est, ut remittat nobis peccata nostra*, quia sine peccato in hac vita esse non possumus. Prima salutis spes est confessio, ne quisquam se iustum putet et ante oculos Dei erigat cervicem, deinde dilectio, *quia caritas operit multitudinem peccatorum.*

## II – C) *Epistula Caroli imperatoris ad Amalarium altera* (*Car. II*)

1. HAEC EPISTOLA MISSA EST POST LECTAM RESPONSIONEM. f. 70r

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI, KAROLUS SERENISSIMUS AUGUSTUS A DEO CORONATUS MAGNUS PACIFICUS IMPERATOR ROMANUM GUBERNANS IMPERIUM, QUI ET PER MISERICORDIAM DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM AMALARIO VENERABILI EPISCOPO IN DOMINO SALUTEM.

2. Scripta nobis tua sanctitate directa grata suscepimus dextera, pro quo tibi laudes et gratias referimus. Maxime, quia cum ipsam perlegere in praesentia nostra fecissemus, catholicam et omni laude dignam invenimus. Et hoc quod nobis obediens fuisti et nostris iussionibus accelerare curasti, gratiam agimus. 3. Quamvis enim tuam sanctitatem in spiritalibus et christianis doctrinis sollicitam esse non ignoramus, adhuc te admonemus et exhortamur ut magis ac magis in christiana doctrina et praedicatione sancta omnes qui sub tuo regimine consistunt et ad tuam dioecesim pertinent, inbuere non graveris. 4. De episcopis suffraganeis ad ecclesiam Treforum in qua, Domino annuente, te praesulem esse volumus, sicut antenus nostram ordinationem et dispositionem atque iussionem expectasti, volumus ut, interim quod ad nostrum venias conloquium, ita expectes, ceteris vero gradibus, id est presbyteris, diaconibus, et omni clero, vel plebi tuae tibi commissae, inter tuam parochiam commorantibus, cum omni devotione praedicare et docere viam veritatis studeas. Bene vale et ora pro nobis.

---

6-7 *I Io.*, 1, 9 10 *I Petr.*, 4, 8

---

**HMRPGE** – 1 docemur P 2 *remittat*] a *add.* H 2 *nobis*] *suppl.* G **H** – 10 quia 16 dignum 19 exortamur 21 diocessim 25 veniens 27 parrochiam

III – *Missae expositionis geminus codex* (*Cod. I, Cod II*)

**H** – Turicensis – Zürich, Zentralbibliothek, Car. C 102, ff. 78r-93v

## III – *Missae expositionis geminus codex* (*Cod. I*, *Cod. II*)

# CODEX EXPOSITIONIS

## I. Codex seu scedula prior

1. ⌜Capitula sequentis opusculi praenotamus, ut si quis forte f. 78r ignarus extans de ignobilitate operis nostri, aggrediensque illud quasi dignum, ac postea reperiens vile, ne paenitentia ductus dicat apud semetipsum vel apud suos adstantes: Si cognovissem rusticitatem huius operis, nullatenus in eo laborem oculorum meorum inpenderem, videat modo in capite quae sequantur usque in finem; et si lectionis causa in aliquam nausiam incurrerit, non mihi tantum ingratus existat, sed et sibi, qui, cognita ignobilitate nostra, magis eam elegit rimare usque ad calcem.

2. Illud vero intimandum est, quod ea quae celebramus in officio missae usque lectum evangelium respicientia sunt ad primum adventum Domini usque ad illud tempus, quando properabat Hierusalem passurus.

3. Introitus vero ad chorum prophetarum respicit et merito hos hic tangimus, quod Augustinus ait: « Moyses minister fuit et veteris testamenti, et prophetae ministri novi testamenti ».

Kyrieleison ad eos prophetas respicit qui circa adventum Domini erant, de quibus erant Zacharias nec non et Iohannes filius eius.

4. Gloria in excelsis Deo * ad coetum angelorum respicit, qui f. 78v gaudium nativitatis Domini pastoribus adnuntiaverunt.

Prima collecta ad hoc respicit, quod Dominus agebat circa duodecimum annum, quando ascendit Hierosolimam, et sedebat in templo inter medios doctorum, et audiebat illos atque interrogabat.

5. Epistola ad praedicationem Iohannis pertinet.

---

3-p. 256, 22 *Ecl.*, Capitula  17-18 Cfr. *Enarratio in ps. LXXXIX*, 1, PL, 37, p. 1141: « Fuit ergo Moyses minister testamenti veteris et propheta testamenti novi »

---

H – 1-2 *Uterque hic titulus a nobis est adiunctus, auctoribus Petro abbate et Amalario ipso.* V. epistulam Petri ad Amalarium, 2, et *Codicis II* c. 6, 1  3 forte] quis *add.*  11 arimare  12 illa  14 illum  18 profecte

Responsorium ad benivolentiam apostolorum, quando vocati a Domino et secuti sunt.

Alleluia ad laetitiam mentis eorum, quam habebant de promissionibus eius, vel de miraculis quae videbant fieri ab eo, sive pro nomine eius.

De tractu alias dicemus.

Evangelium ad suam praedicationem usque ad praedictum tempus.

6. Deinceps vero quod agitur in officio missae, ad illud tempus respicit quod est a dominica quando pueri obviaverunt ei, usque ad ascensionem eius sive pentecosten.

Oratio quam presbyter dicit a secreta usque « Nobis quoque peccatoribus », hanc orationem designat quam Iesus exercebat in monte Oliveti.

Et illud quod postea agitur, illud tempus significat quando Dominus in sepulchro iacuit.

7. Quando panis mittitur in vinum, animam Domini ad corpus redire demonstrat.

Et quod postea celebratur, significat illas salutationes quas Christus fecit discipulis suis.

Et fractio oblatarum illam fractionem significat quam Dominus duobus fecit in Emaus.⌉

8. Qualiter occurrat cantorum officium, quod agitur ad missam, sive subdiaconi vel diaconi, quod agitur in pulpito, sacramento incarnationis Christi, angelorum praedicationis, passionisque, nec non et resurrectionis.

## I – De introitu

1. Introitus fit primo in officio cantorum ad missam, quando
f. 79r intrat episcopus in ecclesiam. * Legimus namque quod Christus vice sua posuisset in ecclesia apostolos ut eius successores. Successores apostolorum episcopi sunt, qui eos imitantur. Introitus cui convenit aptius, nisi choro prophetarum qui adnuntiaverunt Christum venturum in mundum et per quos introivit Christus in mun-

---

H – 5 nomen 6 ducemus, *sed corr.* 12 quam] cum 13 monti 22 memaus, *sed corr.* 23-24 igitur admissa 24 pulpite 27 *Huic titulo et ceteris omnibus numeri praefixi sunt a nobis* 30 ut] et 31 inmitantur

dum? 2. Sicut Paulus apostolus de David: *Et cum introducit*, inquit, *primogenitum in orbem terrae, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.* Ipsa introductio est eius aperte declarata incarnatio et, sicut illi extiterunt praecones adventus Christi, ita et cantores praesentium sacerdotum.

## II – De Kyrieleison et Christeleison

1. Plane prophetae non tantum praedixerunt Christi adventum, verum etiam et aliquando ex persona primitivae ecclesiae etiam venisse clamarunt, et hanc misericordiam, quae modo manifestata est, deprecati sunt. Unde dicit Isaias: *Domine, miserere nostri, te expectavimus.* Iste enim numerus, id est Kyrieleison et Christeleison, innuentibus eis qui in altiore loco stant, mutatur. 2. Talis enim mos exstitit apud prophetas Domini, ut ad tactum spiritus Dei, qui excellit omnem creaturam, aliquando deprecarentur formam Dei, quod pertinet ad Kyrieleison, et aliquando ad formam servi, quod pertinet ad Christe eleison. Ad formam Dei respicit quod David dixit: *Inclina, Domine, aurem tuam, et exaudi me.* Quod est aperte dicere: Commoda mihi, Kyrie, misericordissimam aurem tuam et miserere mei. 3. Iterum ad formam servi pertinet, quod ait: *Domine, refugium factus es nobis.* Quod factus est, secundum humanitatem factus est. Quid tamen orat servus Dei illum? Hoc nempe: *Ne avertas hominem in humilitatem*, id est, Christe, ne permittas humanum genus terrena desiderare, * sed ad caelestia dignare extollere. 4. Non [f. 79v] abhorret a vero, si propinquiores prophetas in isto officio accipimus, de quibus fuit Zacharias, cui dictum est: *Ne timeas, Zacharia, exaudita est deprecatio tua.* Audite, cantores: quorum ministerium frequentatis, horum vitam sequimini. Audite quod suavis tuba ex voce Dei pie resonet: *In manibus prophetarum assimulatus sum.*

## III – De Gloria in excelsis Deo

1. Postea episcopus dicit clara voce: « Gloria in excelsis Deo ». Iam praedicaverunt prophetae, iam deprecati sunt. Ecce Christus advenit, quem prophetae praedicaverunt, quem oraverunt. Prima

---

1-2 *Hebr.*, 1, 6 10-11 *Is.*, 33, 2 17 *Ps.* 85, 1 19-20 *Ps.* 89, 1 21-22 *Ps.* 89, 3 25-26 *Luc.*, 1, 13 28 *Osee*, 12, 10

---

H – 3 aperte] *ex corr. pro* a patre 4 praesenciam 12 in] *suppl.* 13 exstetit 15 ad 2°] de 21 Quid] quod 25 *Zacharia*] zacharias

laus post eius nativitatem et decantatio secundum evangelium ista fuit. Sic enim scriptum est: *Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium*: *Gloria in altissimis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis*. 2. Non unus solus angelus cantavit, sed unus primo adfuisse dicitur, et subito cum eo factam esse multitudinem angelorum laudantium Deum. Sicque modo unus episcopus inchoat, et omnis ecclesia resonat laudem Deo. Iamque, gloriose sacerdos, angelicis vocibus interfuisti; hortor ut intimo animi affectu eorum conversationem inplores, sursumque cor habeas, quia ei dixisti gloriam quem credis in excelsis habitare.

## IV – De epistola

1. Videamus, frater, quis eo nato primus extiterit praelator et subministrator novi testamenti. Ut omittamus ea quod ipse Christus lector fuit, dicamus quis de membris eius primus praenuntiaret in ecclesia sacramenta novi testamenti, aut subminister fuerit f. 30r vice subdiaconi. * 2. ⌜Christus enim minister fuit, qui dixit: Non veni ministrari sed ministrare. Iohannes nempe subminister, qui dixit: *Hic erat quem dixi vobis*: *quia post me venturus est. Ante me factus est,*⌝ *quia prior me erat*. Et iterum requisitus a phariseis quis esset, respondit: *Ego baptizo in aqua* vos, et, ut Matheus manifestus ait, in paenitentia. *Qui autem post me venturus est*, *fortior me est*; *ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni*. 3. De eodem Iohanne scriptum est: *Vox clamantis in deserto*. Ipse enim praedicavit ante Christum eadem quae Christus: *Paenitentiam*, inquiens, *agite*, *adpropinquavit enim regnum caelorum*. Videamus quae convenientia sit officio apostolorum sive aliorum praedicatorum, quorum dicta subdiaconi legunt in ambone cum Iohanne.

4. Audi quid dicat Isaias propheta de praedicatoribus: *Clama*, *ne cesses*, *quasi tuba exalta vocem tuam*. Et cui dicitur specialiter in Isaia propheta de clamatione? Profecto, sicut legimus, Iohanni. De ipso enim dicitur: *Vox clamantis in deserto*. Unde ipse de se testatur: *Ego*

---

1-4 *Luc.*, 2, 13-14 5-6 *Luc.*, 2, 13 16-17 Cfr. *Matth.*, 20, 28 18-19 *Io.*, 1, 15; cfr. 1, 27-30 20 *Matth.*, 3, 11; *Luc.*, 4, 16; etc. 21-22 *Matth.*, 3, 11 23 *Matth.*, 3, 3; etc. 24-25 *Matth.*, 3, 2; 4, 17 28-29 *Is.*, 58, 1 31 *Is.*, 40, 3; *Matth.*, 3, 3; etc. 31 *Io.*, 1, 23

---

16-19 *Ecl.*, 14.

---

H – 12 exteterit 13 omitamus 15 fuerit] ficeret 22 baptizavit

*vox clamantis.* Et paulo post in eodem Isaia de choro praedicatorum dicitur: *Videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est. Vox dicentis: Clama, et dixi: Quid clamabo?* 5. *Omnis caro fenum*, et reliqua. Fenum cum siccatur, minuitur; vide quomodo his verbis Iohannes conveniat: Me oportet, inquit, minui, illum autem crescere. Iohannes praeco verbi, praeco praedicationis novi testamenti. Ideo omnis chorus praedicatorum in eo concordat, et apte, quia praeco erat Christi.

6. Epistola quae legitur ante evangelium, ministerio Iohannis convenit. Audi, pronuntiator sermonum Dei, audi, speculator mandatorum Dei. Haec tibi dicit Dominus, * ut non sileas, nec propter f. 80v pigritiam, neque propter adulationem, neque propter timorem. Si non adnuntiaveris iniquo iniquitates suas, *sanguinem eius de manu tua requiram.* Audi et unde gaudeas, fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore cibum.

## V – De responsorio

1. Veniamus modo ad chorum apostolorum. Responsorium in ecclesia cantatur post lectionem. ⌜Responsorium ideo dicitur, eo quod uno cantante ceteri respondeant. Cantavit unus Christus, id est vocavit Petrum et ceteros apostolos et illi responderunt, quia Christum imitati sunt; et ideo responsorium convocationi ⌞apostolorum convenit. 2. Ipse idem qui inchoavit solus, solus versum cantat, quia Christus, qui apostolos vocavit seorsum, et pernoctans et solus orabat. Sicut scriptum est in evangelio⌝: *Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Olivarum.* 3. *Secuti sunt autem illum et discipuli. Et cum pervenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in temptationem, et ipse avulsus est ab eis, quantum iactus est lapidis et positis genibus orabat.* Et iterum: *Iussit discipulos suos ascendere in naviculam et praecedere eos trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in montem orare solus.* Et iterum: *Ipse autem erat pernoctans in oratione.* 4. Vis audire ubi iterum incipiat responsorium: *Statimque Iesus locutus est, dicens: Habete fiduciam, ego*

---

1-3 *Is.*, 40, 5-6 5 Cfr. *Io.*, 3, 30 12-13 Cfr. *Ez.*, 3, 20 13-15 Cfr. *Matth.*, 24, 25 24-28 *Luc.*, 22, 39-41 28-30 *Matth.*, 14, 22-23 30-31 *Luc.*, 6, 2 32-p. 260, 1 *Matth.*, 14, 27

---

18-24 *Ecl.*, 15, 3

---

H – 3 dixit 10 nec] ne 11 adolacionem 13 gaudias 27 quantus 27 lapis 29 gtransfertum 29 donet

*sum, nolite timere.* Audi et ubi respondeat chorus: *Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me venire ad te.* Ambulabat Christus super mare, et fecit et Petrum ambulare supra mare.

f. 81r * 5. Ecce sic convenit responsorio convocatio apostolorum. Nec minus convenit rationi, si officium Iohannis praeponatur duodenario numero, quia aliqui discipulorum per Iohannis locutionem secuti sunt Iesum, sicut scribit Iohannes evangelista: *Stabat Iohannes et ex discipulis eius duo et respicit Iesum ambulantem; dicit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt Iesum.* 6. Illum fuerant secuti de quo Iohannes loquebatur. Ipse Iohannes exponit infra qui discipuli essent, dicens: *Erat Andreas, frater Simonis Petri, unus ex duobus*, et reliqua. Et paulo post: *Invenit hic primum fratrem suum Simonem, et dicit ei: Invenimus Messiam*, et cetera. 7. Et Matheus evangelista apertissime praedicat quod *Iohannes iam traditus esset*, quando coepit Iesus praedicare et dicere: *Paenitentiam agite*, et reliqua. Si quis vult investigare de vocatione apostolorum, legat evangelium, et ibi inveniet vocatos esse apostolos a Christo post praedicationem Iohannis Baptistae.

## VI – De alleluia

1. Post duodenarium namque apostolorum numerum veniamus per ordinem ad septuaginta duos discipulos, quos *misit* Iesus *binos ante faciem suam* praedicare *in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus.* Audiamus quid sequatur post eorum reversionem ad Iesum. Evangelista Lucas ita meminit: *In ipsa hora*, inquiens, *exultavit* Iesus in *Spiritu Sancto, et dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.* 2. Verbum «confiteor» duobus modis accipitur: pro confessione peccatorum, et pro laude Christi. Confessio ad laudem utique pertinet, non ad confessionem peccatorum, quia nulla fuerunt in eo.

f. 81v 3. Alleluia quid sonat in lingua nostra * nisi laudem Dei? Ipse qui in convenientia responsorii vocavit apostolos, ipse modo laudat Deum Patrem de revelatione parvulorum, quasi sequatur post responsorium alleluia. Ipse solus cantat versum de alleluia, quia dicit:

---

1-2 *Matth.* 14, 28 7-10 *Io.*, 1, 35-37 11-12 *Io.*, 1, 40 12-14 *Io.*, 1, 41 14-16 *Matth.*, 4, 12-17 21-23 *Luc.*, 10, 1 24-27 *Luc.*, 10, 21

---

H – 4 cumvocacione 6 aliquid 10 fuerant] *litt.* u *expuncta, ut videtur* 10 ipsa 22 *quo*] quod

*Nemo scit quid sit Filius, nisi Pater, et quid sit Pater, nisi Filius.* Ipse iterum « alleluia » dicit, quando ait secundum Matheum eisdem discipulis et eorum successoribus: *Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos reficiam.*

4. Et paulo post: *Et invenietis requiem animabus vestris.* Quae est requies animarum, nisi totam vitam in Dei laude ducere? Diximus namque quod septuaginta et duo discipuli missi essent ante faciem Iesu in omnem civitatem et locum quo erat ipse venturus. Eia, quo discipuli ante faciem eius pervenerunt, veniat ipse Christus *magni consilii angelus*, qui doceat nos super omnes prophetas et super omnem chorum doctorum quae sint pascua eius et quae sint gaudia aeterna. 5. O cantores, *cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit.* Mirabile opus, ut te vocaret, fecit, quando hoc quod totus mundus capere non potest, ad hoc contractum est, ut in uno homine totum maneret et tu haberes quod imitareris.

## VII – De evangelio

1. Legatur evangelium. In ipso Christus ore suo loquitur populo, sicut dicit evangelista Matheus: *Et aperiens os suum docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu*, et reliqua. Tuba angeli magni consilii, memento si est quod reboas, dulce quasi mel in ore tuo; verumtamen ventrem tuum amaritudine complet. 2. Item primitiva ecclesia hunc usum habebat, sicut in Actibus apostolorum legitur, * ut (f. 82r) per sabbata recitarentur lex et prophetia. Et ideo oportet ut in celebratione nostrae missae et lectio fiat pro lege, et prophetia in responsorio, et alleluia sequatur in recordatione laudis resurrectionis aeternae, et evangelium postea sequatur, quia in Christo omnia bona complentur et permanent.

## VIII – ⌜De Credo in Deum

1. Postquam Christus locutus est populo suo, fas est ut dulcius et intentius profiteatur credulitatem suam,⌝ sicut scriptum est in evangelio Iohannis fecisse populum, qui audierant a muliere Sama-

---

1 *Luc.*, 10, 22 3-4 *Matth.*, 11, 28-29 10 *Is.*, 9, 6 12-13 *Ps.* 97, 1 18-19 *Matth.*, 5, 2-3 20-21 Cfr. *Apoc.*, 10, 9 22-23 Cfr. *Act.*, 13, 27

---

28-p. 262, 8 *Ecl.*, 19

---

H – 1 *quid sit 2°*] qui si 4 honorati 11 omnem] omnia 15 tu haberes] thuaberes 21 ventrum 21 amaritudinem 27 permanet

ritana verbum: *Multi*, inquit, *crediderunt in Iesum propter verbum mulieris testimonium perhibentis*, et cetera. Et paulo post: *Multi plures crediderunt in eum propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus; ipsi enim audivimus et scimus quia hic est vere salvator mundi.* 2. ⌜Sicque convenit populum post evangelium, quia Christi verba audiunt, intentionem credulitatis suae praeclaro ore proferre. Christiana religio, ut salva maneas, *corde crede ad iustitiam; oris autem confessio fit in salutem.*⌝

## IX – De offertorio

1. Post credulitatem nostram prolatam veniamus ad offertorium. Offertorium namque dicitur, quia ipso tempore oblationes offeruntur; nempe fas est ut Christi verba suscepta et populi intentionem eius credulitatis ore prolatam sequantur ea quae praedicat Paulus apostolus, dicens: *Obsecro vos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem.* 2. Et cui tibi placet hoc officium
f. 82v convenire, nisi his qui quando Christus * Hierusalem properabat, et passio eius inminebat, obviaverunt ei dicentes: *Osanna filio David. Benedictus qui venturus est in nomine Domini*? 3. Sic enim scriptum est in evangelio: *Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via, alii autem caedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbae autem quae praecedebant et quae sequebantur, clamabant dicentes: Osanna filio David* et cetera, sicut iam diximus. 4. Quod ibi significant vestimenta, hoc et in isto officio offertorii oblationes possunt significare. Vestimenta eorum de quibus iam diximus, signa esse corporum eorum possumus dicere, qui non denegabant tradi ad mortem temporaliter, ut Christus super ea ambularet, id est ut per martyrium eorum fides Christi de homine in homines cresceret, et de regno in regnum, et de gente in gentem.

5. Et hoc offertorium ante consecrationem corporis et sanguinis Domini fit. In qua consecratione dicitur: « Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis », hoc est, sicut mortuus sum pro vobis, ita sitis parati mori pro fratribus vestris, et, sicut nobis videtur, significant oblationes quae offeruntur in altari. 6. Illic clamabant dicentes: *Osanna filio David*, et cantores clamant intenta

1-2 *Io.*, 4, 39  2-5 *Io.*, 4, 41-42  8 *Rom.*, 10, 10  14-15 *Rom.*, 12, 1  16-22 *Matth.*, 21, 1 ss.; etc.  17-18 *Matth.*, 21, 9  19-22 *Matth.*, 21, 8-9

H – 3 *Quia*] qui  4 audimus  12 nempe] neque, *sed e m. corr.*  12 intencio  13 ora praelata  20 *caedebant*] debant  21 *clamabant*] clabant  23 possunt] posuit

voce: *Ad te, Domine, levavi animam meam. Deus meus, in te confido, non erubescam.* Et iterum: *Populum humilem salvum facies, Domine.* 6. Et alia his similia quae pertinent ad salvationem animae. Id ipsum enim videtur sonare « osanna », id est salvum fac. O cantores, *mortificate membra vestra, quae sunt super terra*, id est extinguite carnales concupiscentias, *estote malitia parvuli.*

(*Hic plura desunt, quae in capite commentarii summatim indicantur*).

[De fractione oblatarum]

... * 1. postquam dixit: « Pro vobis et pro multis effundetur », f. 87v, v. 9
adiuncxit: « In remissionem peccatorum ». Intende, dilecte frater, qualibus verbis cantores in eadem hora ostia oris et cordis pulsent: « Agnus Dei, dicentes, qui tollis peccata mundi, miserere nobis ». Ecce eadem verba quae Christus dixit in remissionem peccatorum, cantores precantur, quando dicunt: « Qui tollis peccata mundi, miserere nobis ». 2. Quis est occisus, dilecte, in remissionem peccatorum, nisi agnus Dei innocens, qui ut catulus leonis recubuit et ut leo vicit, resurrectione sua destructa morte nostra?

3. Audi, si te delectat, quae convenientia sit evangelii cum praesenti officio. Ipsa die qua Christus resurrexit a mortuis, ambulantibus duobus in via, apparuit illis, et interrogavit illos quos sermones invicem proferrent. 4. Respondens unus, cui nomen Cleophas, inter alia dixit ei: *De Iesu Nazareno qui fuit vir propheta potens in opere et sermone coram Deo et omni populo; quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes et principes * nostri in damnationem mortis, et crucifixerunt* f. 88r, v. 1
*eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israhel.* 5. Eorum dubitatio, quam habebant de Christi resurrectione, nostram dubitationem signat, quae in nobis est ante quam conscientia nostra monstratur motus nostros extinctos penitus peccatis et solam vivere in nobis virtutem. In qua erat Paulus, quando dicebat: *Nihil enim mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* Interrogavit istos Iesus. 6. Nonne tibi videtur, frater, quando manducas corpus et sanguinem Domini, interrogat te Iesus utrum dignus sis tanto sacra-

---

1-2 *Ps.* 24, 1    2 *Ps.* 17, 28    5 *Col.*, 3, 5    6 *I Cor.*, 14, 20
8-9 *Matth.*, 26, 28    18-24 *Luc.*, 24, 13-21    28-29 *I Cor.*, 4, 4

---

H – 4 ossanna    14 Quis] qui    15 catulis    15 eleo    17 dilectat
20 proferent    25 resurreccionem    27 motos    31 te] ei

mento an non? Profecto stultissimus est qui non discernit corpus et sanguinem Domini de altero cibo. Ut credo, potes bene intellegere quomodo te interrogat Iesus, id est interrogari te facit a te ipso, ut diximus, utrum tanto sacramento dignus sis an non, 7. Ecce iam potes videre quae consequentia sit sensuum in supradictis verbis. Iesus dicit: « In remissionem peccatorum », cantores dicunt: « Qui tollis peccata mundi, miserere nobis », isti dicunt: *Ipse redempturus erat Israhel.* Qui remittit peccata, adimplet quod cantores precantur, quod bonum optant qui sperant redemptionem Israhel. Quod dixerunt « redempturus » de futuro, ideoque dixerunt quia adhuc dubitabant.

8. Sed bonus magister in fractione panis dubitationem abstulit et confirmationem intulit; et cantores non statim silent, sed adhuc cantant post Agnus Dei antiphonam ad complendum. Ut bene nosti, antiphona vox reciproca dicitur. Quod illi duo fecerunt qui venerunt, in mansione non certe, sed ad undecim congregatos statim pergentes, antiphonam retulerunt. 9. Undecim dixerunt: *Surrexit Dominus* f. 88v, v. 1 *vere et apparuit Symoni.* * Ipsi vero vocem reciprocam dederunt, dicente evangelio: *Et ipsi narrabant quae gesta erant in via, et quomodo cognoverunt eum in fractione panis.* Istud officium, si tibi videtur, officio istorum convenire potest. 10. Potest et ista antiphona quae ad complendum dicitur, quae ideo cantatur, sicut nobis videtur, ut digne conservetur sacramentum sumptum in cordibus sumentium, convenire illi loco evangelii, ubi dicit: *Undecim discipuli abierunt in Galilaeam*, postquam eis dixit: *Pax vobis*, et manducavit coram eis et reliquias dedit eis. *Abierunt in Galilaeam, in montem ubi eis constitutum erat, et* ubi *videntes eum adoraverunt; quidam autem dubitaverunt.* Qui mons apud nos usque hodie permanet. 11. Sacrificium sumptum, statim oramus [ut velit manere Christus in cordibus f. 87r, v. 1 nostris. Quare] * velit manere usque ad consummationem saeculi, Iohannes manifestat dicens: *Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo.* Ecce propter tantum sacramentum dicit se Christus manere in cordibus fidelium. Unde cantores orant ut, quod ipse promisit, nos adipisci mereamur.

---

6 *Matth.* 26, 28   7-8 *Luc.*, 24, 21   16-20 *Luc.*, 24, 33-35   24-28 *Matth.*, 28, 16-17; *Luc.*, 24, 36-43   31-32 *Io.*, 6, 56

---

14-15 Cfr. Isidorus, *Etymologiae*, l. VI, c. 19, 7, PL, 82, p. 252C

---

H – 1 Profecto] prophetos   2 potest   7 ipsi   9 sperat   15 reciproqua   17 antifonam   21 antifona   22-23 utdi neconservetur   24 conveniri   29 sumtum

12. Adhuc unum restat quod cantores solent dicere, id est « Deo gratias ». Quod ideo modo praetermittimus, ut ipsi vobis concludamus ea quae adhuc desideramus de aliis officiis missae disserere.

## II. Codex seu scedula altera

### I – ⌜De romano ordine et de statione in ecclesia f. 87$^{r}$, v. 7

1. Masculi stant ad australem partem et feminae ad borealem, ut ostendatur per fortiorem sexum firmiores sanctos semper constitui in maioribus temptationibus aestus huius mundi, et per fragiliorem sexum infirmiores in adaptiore loco,⌝ sicut dicit Paulus apostolus: *Fidelis est Deus, qui non patietur vos temptari super id quod potestis.* 2. ⌜Ad hoc quidem pertinet quod Iohannes in Apocalipsi sua vidit: angelum fortem, qui posuit pedem suum dextrum super mare, sinistrum autem super terram. Fortiora etenim membra in maioribus periculis, altera in competentibus sistuntur.⌝

### II – ⌜De introitu episcopi

1. Episcopus a laeva ingreditur et transit ad dexteram. Christi unum corpus nos omnes sumus, ideoque fas est ut episcopus intrans ecclesiam imitetur suum caput Christum ingredientem in mundum. Laevam partem tetigit salvator noster, quia temporalem vitam adsumpsit, sed tendebat ad dexteram, et docebat id ipsum ecclesiam facere, quoniam in resurrectione suam carnem, quam adsumpsit, ad dexteram Dei elevavit et ecclesiam secum fecit sedere in caelestibus. 2. Sicut dicit Paulus apostolus: Quia et simul nos excitavit et simul sedere fecit in caelestibus.⌝ Et iterum: * *Gratias agentes Deo Patri,* f. 87$^{v}$, v. 1
*qui dignos nos fecit in parte sortis sanctorum, in lumine; qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum filii dilectionis suae.* 3. ⌜Audi et quid dicat Salomon de dextera et laeva: *Longitudo dierum in dextera eius et in sinistra illius divitiae et gloria.* Si longo

---

10-11 *I Cor.*, 10, 13 11-13 *Apoc.*, 10, 1-2 16-17 *Ephes.*, 2, 6 23-24 Cfr. *Ephes.*, 2, 6 24-25 *Col.*, 1, 12-13 27-28 *Prov.* 3, 16

---

5-9 *Ecl.*, 1; *Off.*, l. III, c. 2 6 *Ordo rom. II*, 8, PL, p. 972B 11-14 *Ecl.*, 1 15-24 *Ecl.*, 2, 1 16 *Ordo rom. II*, 4, PL, 78, p. 970A 27-p. 266, 3 *Ecl.*, 2, 2

---

H – 4 *Hic titulus a nobis est additus* 7 per fortiorem] perfectionem 9 adopciore 14 periculis] *suppl.* 21 suam

tempore vivere volumus, ad dextram, id est futuram gloriam, tendamus, et in sinistra habebimus divitias et gloriam, id est sufficientiam praesentis vitae.⌉ Et iterum: *Laeva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me.* It est temporalis vita subdatur semper principali mentis meae, et sempiterna totum me capiat. 4. Unde, quia laevam communicat, id est communes facit omnes in una fide, spe et caritate . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

## III – [De diaconibus et ceteris ministris episcopi]

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 90v, v. 5 [At non solum septem diaconi intrant cum] * episcopo, sed et subdiaconi et accoliti, quia non solum apostoli sequebantur Christum, sed et mulieres et alii discipuli. Sic enim scriptum est: *Iesus iter faciebat per civitates et castella praedicans et evangelizans regnum Dei, et XII cum illo, et mulieres aliquae quae erant turbatae a spiritibus malignis et infirmitatibus, Maria quae vocatur in Magdalena, de qua daemonia septem exierunt, et Ioanna uxor Chuza procuratoris Herodis, et Susanna, et aliae multae*, et reliqua. De discipulis nullum latet quin Iesus plures discipulos fecisset.

## IV – ⌈De portatione cereorum

Quot diaconi sunt, tot candelebra portantur, quia omni ecclesiae laboranti et imitanti Christum promittitur gaudium aeternae vitae et lux perpetua. Quod manifeste declaratur in Apocalypsi Iohannis, dicente Domino neglegenti: *Age paenitentiam et prima opera fac; sin autem venio tibi, et movebo candelabrum tuum de loco suo*, id est promissae lucis munere, si paenitenciam non egeris, te privabo.⌉

---

3-4 *Cant.*, 2, 6; 8, 3   14-19 *Luc.*, 8, 1-3   25-26 *Apoc.*, 2, 5

---

21-27 *Ecl.*, 4   22 *Ordo rom. II*, 4, PL, 78, p. 970A

---

**H** – 1 vivere] *suppl.*   17 *vocatur*] in *add.*   22 quod   24 apocalipsin

### V – ⌜De portatione turibuli

Portatur et turibulum, quod Christi corpus significat, sicut scriptum est * in eadem Apocalypsi: *Alius angelus venit et stetit ante altare* f. 91r, v. 1 *habens turibulum aureum.* Quod sic expositum est. In conspectu scilicet apparuit ecclesiae, factus ipse turibulum, ex quo Deus odorem suavitatis accepit; et propitius factus est mundo.⌝

### VI – ⌜De episcopo iam praesentato altari

1. Episcopus veniens ante altare adorat primo sancta et postea pacem dat⌝ aut episcopo ⌜aut presbyteris aut diaconis, quia illum imitatur, de cuius imperio ita scripsit Esaias: *Multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis.*⌝ Quoniam in altera scedula scripsimus quod introductio Iesu esset ministerium prophetarum, ideoque et ipsorum prophetarum testimonio hoc opus adprobamus. 2. Sicut diximus, ⌜primo episcopus adorat sancta, quia primo illius misericordia optanda est, a quo pax et concordia et regnum Christi intra nos regnat. Duo sacerdotes osculatur, quia ipse est lapis angularis qui coniunxit duos in unum parietem altrinsecus venientes, et dedit pacem his qui prope, et pacem his qui longe erant.⌝ Postea diaconos omnes. De altiore gradu minori numero dat pacem, et de inferiore maiori, quia plures sunt in ecclesia audientes quam docentes.

### VII – ⌜De Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto

1. Post datam pacem, cantor dat sanctae Trinitati gloriam. Tali in loco cantat, quasi dicat: Gloriam referimus Deo Patri et Filio et Spiritui Sancto, quia pacem quam prophetavit per sanctos suos prophetas, nobis * in novissimis temporibus dignatus est ostendere. f. 91v, v. 1 Quando dicit: « Sicut erat », diaconi procedunt ad altare.⌝ 2. ⌜In quo versu varietas multiplicium temporum demonstratur, id est « sicut erat in principio », praeteritum; « et nunc », praesens; « et semper », futurum aeternum; « in secula seculorum », longitudo magna. Unde

---

3-4 *Apoc.*, 8, 3 10-11 *Is.*, 9, 7

---

1-6 *Ecl.*, 5 7-18 *Ecl.*, 6 8-19 *Ordo rom. II*, 4-5, PL, 78, pp. 970A-C 22-p. 268, 4 *Ecl.*, c. 7, 1-2 23-26 *Ordo rom. II*, 5, PL, 78, p. 970B

---

H – 7 praesentato] presestato 12 iesus 14 episcopo, *sed corr.* 15 obtanda 19 diaconus 22 spiritu 28 versum 28 varietas p

Origenis: « Quotiens secula seculorum nominatur, fortasse, licet ignotus nobis, tamen a Domino statutus aliquis terminus indicatur,» quasi superiora tria circa tempus reserantur, et ista inferiora circa secula fidelium transeuntium.⌝

3. Christus corpus unum est et in veteri testamento et in novo. Et in hoc quoque corpore ⌜extiterunt viri perfecti, id est septem⌝ ante nativitatem, qui eius mortificationem in corpore suo portaverunt, quod est altare osculari ante episcopum dicentem: *Quia repleta est malis anima mea*, et cetera usque ad locum ubi ait: *Clamavi ad te, Domine, tota die*, et reliqua; extiterunt et ⌜quinque, propter quinque libros Moysi; extiterunt et tres, propter fidem et spem et caritatem, et extitit et unus, propter unanimitatem ecclesiae.⌝ Qui modo non desunt in novo testamento.

4. Quod procedunt ad altare, ⌜et iterum revertuntur ad epi- [f. 89v, v. 9] scopum, et stant * erecti, hoc significat quod ideo morti se tradiderunt, ut eius corpori adunarentur.⌝ Cuius declinatio, id est humiliatio, praedestinata erat usque ad versum prophetalem. 5. Postea stant erecti, quia ultra non timent morti subcumbere, id est corpus, quoniam unum, stat modo retro, quia iam praecessit caput suum ad altare. Isti iam stant erecti, imitantes videlicet caput suum iam erectum, quia eis dicitur: *Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Antiqui namque legem tenebant quae declinanda erat, quoniam umbra erat. Et pro legibus paternis certaverunt, sicut Machabaei fecerunt et reliqui patres.

6. ⌜Altare isto loco ponimus pro testificatione nominis Christi.⌝ Sic de Machabaeis dictum est: Sub testamento Dei ceciderunt, ac si diceret sub testificatione nominis Christi occubuerunt et in Apocalypsi: ⌜*Vidi sub altare animas interfectorum propter verbum Dei.* [f 90r, v. 1] Quod sic potest intellegi: Per hyperbaton dictum est: * Non sub ara vidi occidere, sed sub ara fuerant occisi, id est sub testificatione nominis Christi; eorum animas vidi. 7. Quando dicitur prophetalis versus, ipse episcopus vadit ad altare,⌝ ⌜quia per ora prophetarum

---

8-9 *Ps.* 87, 4   9-10 *Ps.* 87, 10   21-22 *Col.*, 3, 1   28 *Apoc.*, 6, 9

---

1-2 *In Exodum homilia VI*, 13, PG, 12, p. 340B   6-12 *Ecl.*, c. 3, 3   14-15 *Ordo rom. II*, 5, PL, 78, p. 970C   14-p. 269, 1 *Ecl.*, c. 7, l. 3   28-31 Cfr. BEDA, *Explanatio Apocalypsis*, l. I, c. 6, PL, 93, 147D-148A   31-32 *Ordo rom. II*, 5, PL, 78, p. 970C

---

H – 3 rexerantur   4 secula] secunda   6 exteterunt   8 ante] an. Cfr. *Ordo rom. II*, 5, PL, 78, p. 970C   9 ait] at   10 exteterunt   11 exteterunt   12 extetit   12 unamitatem   17 predistinata   27 occumberunt

Christus venit in mundum et transivit ad passionem⌝ suam, quando aliqui sub testificatione nominis eius ante passionem suam morti se tradiderunt, vel quando praedixit apostolis de passione sua: *Ecce*, inquit, *ascendimus Hierosolymam et consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis* et reliqua.

### VIII – ⌜De statione diaconorum

Diaconi primo stant inclinati ante altare cum episcopo usque « Sicut erat », quia chorus sanctorum martyrum ante novissimam tribulationem in convalle lacrimarum manet. Postea martyrio coronati, erecti stant et liberati iam ab omni persecutione; quorum Deus oculos abstersit ab omnibus lacrimis, et ab omni dolore, et ab omni esurie; ideoque stant ante Dominum semper.⌝

### IX – ⌜De statione episcopi

1. Episcopus vero semper stat inclinatus usque ad prophetalem versum, quia Christus non anticipavit tempus quod praenuntiatum est per ora prophetarum. Tempore quod prophetae praedixerunt venit in mundum et ad passionem.⌝ ⌜Sicut aperte legitur in prophetia Danielis: LXX, inquid, *ebdomadae adbreviatae sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaricatio, et finem accipiat peccatum, et deleatur iniquitas, et adducatur iustitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetes, et unguatur sanctus sanctorum*. Et iterum inferius: * *Confirmavit autem pactum multis ebdomadis* (f. 90v, v. 1) *una et in dimidio ebdomadis deficiet hostia et sacrificium.*

2. Quod dicit: *Adducatur iustitia sempiterna*, de Christi adventu dicit.⌝ ⌜Quod dicit: *Confirmavit autem pactum multis ebdomadis una*, de Iohannis praeconatu et de Christi praedicatione et de devotione apostolorum dicit. * 3. Quod autem dicit: *Et in dimidio ebdomadis* (f. 88v, v. 10) *deficiet hostia et sacrificium*, de Christi passione et resurrectione dicit. Quod autem dicit septuaginta [ebdomadas, id sunt anni solares quadringenti septuaginta] quinque. Septem enim anni ponuntur in una ebdomada. 4. Adbreviatas ideo dixit quia de

---

4-5 *Luc.*, 18, 31 18-24 *Dan.*, 9, 24. 27

---

6-12 *Ecl.*, c. 8 -10 *Ordo rom. II*, ibid. 13-p. 270, 20 *Ecl.*, c. 9 14-15 *Ordo rom. II*, 4, p. 970AB

---

H – 2 aliqui] aliquid *vel* aliquod 2 testificacionem 2 morti se] mortis et 3 apostolus 19 *ut consummetur*] et sumetur 21 prophetas 25 adventum 29-30 *Verba* ebdomadas – septuaginta *suppleta sunt ex Eclogis*

quadringentis septuaginta quinque facit quadringentos nonaginta. Aufert embolismos de solaribus annis quadringentis septuaginta quinque, et ponit seorsum hos menses et annos quos facere potest ex embolismis. Embolismi fiunt in tanto numero annorum centum LXXV, quos oportet partire per duodecim, quia duodecim menses in anno fiunt. 5. Duodecies enim decatessera fiunt centum LXVIII, id sunt XIIII anni. Quos XIIII annos debes adicere ad supradictos quadringentos LXXV et fiunt quadringenti LXXX VIIII. Remanserunt menses,
. 89r, v. 1 de centum * LXXV, VII super centum LXVIII. Hos septem adde ad quadringentos LXXX VIIII annos et fit inchoatio [quadringentesimi] nonagesimi anni, in quo anno Dominus crucem ascendit.

6. Et ideo dixit propheta: Confirmavit pactum multis ebdomadis una, quia in ea Iohannes praedicavit et apostoli ad fidem convenerunt et in dimidio ebdomadis occisus est Christus. Hi sunt VII menses qui additi sunt ad annos quadringentos LXXX VIIII. 7. Idem ipse qui se Patri subdidit usque ad mortem, de hac expectatione matri intulit dicens: *Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea.*⌝ ⌜Et ideo cum versu prophetali vadit ad altare qui Christum imitatur, ut ostendat populo omnia quae prophetae praedixerunt de Christi passione, vera esse et in tempore suo consummata.⌝

X – ⌜QUIBUS IN LOCIS EPISCOPUS VEL DIACONI STANT POSTQUAM OSCULATUM EST ALTARE.

1. Episcopus statim, postquam sancta adoraverit, pergit ad dexteram altaris, et stat rectus et versus ad orientem, et diaconi retro illum, unus post unum, plures ad dexteram et pauciores ad sinistram altaris. Episcopus ad dexteram altaris stat, quia Christus regnum praedicabat in quo totum dextrum est et nihil sinistrum habetur. 2. Stat rectus, quia venit suos regere in virga ferrea, id est in inflexibili iustitia. Stat versus ad orientem, quia ipse indicat: non quaerebat voluntatem suam facere, sed eius qui illum misit. Sic enim scriptum est: *Quia descendi de caelo, non ut [faciam voluntatem meam, sed] voluntatem eius qui misit me.*⌝

---

17-18 *Io.*, 2, 4 31-32 *Io.*, 6, 38

---

18 *Ordo rom. II*, 5, p. 970B 21-p. 272, 12 *Ecl.*, c. 10 23-26 *Ordo rom. II*, 5, p. 970C

---

H – 1 quadragentis 1 quadringentis 2 mebolissimos 3 embolissimis 4 finiunt 7 quadragentos 8 quadragenti 9 LXXV, VII] LXXVII 9 quadragentos 26 sinistrum 27 habet 29 inferxibili 31-32 *Verba* « faciam voluntatem meam sed » *ex Eclogis suppleta sunt*

3. Aliter. Sol ipse Christus, qui promittit electis suis sicut sol
fulgere in regno Patris sui, dicens: *Tunc iusti fulgebunt sicut sol*, id
est mecum gaudebunt de gloria aeternae vitae et beatae inmorta-
litatis, decorati omnium virtutum dignitate. * Sol namque ab orien- f. 89$^{v}$, v. 1
te mane rutilat, inluminans orbem terrarum. 4. Cui, frater, aptius
tanta stella convenire potest, quam, ut diximus, ipsi soli iustitiae
qui procedens a Patre inluminat vero omnem ecclesiam suam, qui
ad illum aspicit a quo numquam discessit, cum quo semper manet?
De quo psalmista canit versum quem iam proposuimus in eodem
opere: *Providebam Dominum in conspectu meo semper*. 5. Qui ea pro-
pter rectus et versus stat ad orientem, quia in deitate sua non hu-
miliatus, ut minor sit Patri, sed aequalis, ⌜numquam retrorsum ver-
sus, semper faciem Patris intuetur. Unde ipse dicit in evangelio;
* *Scio unde veni et quo vado*. Sic namque oportet episcopum et re- f. 91$^{v}$, v. 19
gnum praedicare caeleste et peccata sub pedibus sternere et respi-
cere aeterna et temporalia retro habere⌝, sicut dicit Petrus aposto-
lus: *Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum*, * *ut se-* f. 92$^{r}$, v. 1
*quamini vestigia sua. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus*
*in ore eius*. 6. ⌜Diaconi retro stant; qui, sicut diximus, bene marty-
rum choro aptari possunt, qui et ministrantes sunt in sancto altari,
et dalmaticas portant, quas solebat militaris usus portare. 7. Ipsi
diaconi ad altare praecesserunt, quia in veteri testamento martyres
extiterunt, et modo retro stant, quia post nativitatem Domini nihil
minus digne martyrio coronantur. Aliqui ex ipsis stant ad dexteram,
et aliqui ad sinistram, quia multi de contemplativa vita martyrio
coronati sunt, et multi de activa vita ad coronam martyrii proce-
dunt. 8. De utrisque modis in duobus hominibus contentum exem-
plum potest tibi proponi. Scribit namque Clemens Alexandrinus de
Iacobo fratre Iohannis historiam quandam dignam memoriae, [cum]
refert: « Et is, inquit, qui obtulerat eum iudici ad martyrium,⌝ Ia-
cobum scilicet, ⌜motus, etiam ipse confessus est se esse christianum.
Ducti sunt ambo pariter ad supplicium et, cum duceretur, in via

2 *Matth.*, 13, 43 10 *Ps.*, 15, 8 14 *Io.*, 8, 14 17-19 *I Pet.*, 2, 21-22

19-25 *Ordo rom. II*, 5, pp. 970A-C 28-p. 272, 3 Apud Eusebium, *Historia ecclesiastica* ex vers. Tyrannii Rufini, l. II, c. 9, edit. Th. Mommsen, GCS, t. I, 1, pp. 125-126

H – 1 promite 3 glorie 5 aptiuus 10 quia 13 dixit, *sed e. m. corr.* 17 *sequamini*] que quam, *sed e. m. corr. in* sequami 18 *vestigia sua*] vestigias 20 choro] cho 20 qui et] quis 27 hominibus] omnibus 30 refret 30 his

rogavit Iacobum dari sibi remissionem. 9. At ille, parumper deliberans: Pax tibi, inquit, et osculatus est eum. Et ita ambo simul capite plexi sunt ». Iacobus scilicet contemplativam vitam ducebat.⌝ De quo dictum est: *Multitudinis autem credentium erat cor et anima una,* ⌜*nec quisquam eorum quae possidebat, aliquid suum esse dicebat.*⌝ 10. ⌜Socius vero suus, nullus dubitat quin praesentem vitam duceret, quamvis una cum illo ad gloriam regni caelestis martyrio candidatus intraret.⌝ De numero diaconorum plures solent stare ad dexteram partem quam ad laevam. ⌜Hi namque qui contemplativam
f. 92v * vitam ducunt, vigent maiore numero virtutum, quam hi qui activam vitam. 11. In quo tibi sufficere possunt ad exemplum duae sorores Martha et Maria, una ministrans et altera sedens.⌝ Ministrans, quae activam significat vitam, audivit: *Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima.* Maria autem sedens, quae significat contemplativam vitam, audivit: *Maria optimam partem elegit sibi, quae non auferetur ab ea.*

## XI – De officio candelabrorum

1. ⌜Candelae primo ab accolitis inluminantur extra ecclesiam et per accolitos portantur. Portantur in ecclesiam. Primo candelae praecedunt, et postquam ventum fuerit ad altare, postponuntur. Utrumque demonstrat et doctores, id est inluminatores ecclesiae, extitisse ante nativitatem Domini et postea. Accoliti namque accensores luminum ducuntur.⌝ 2. Quorum choro isti conveniunt, karissime frater? Procul dubio doctorum, qui rudi adhuc populo, et in veteri testamento et in novo, dant lumen scientiae. ⌜Portantur manibus, quia quos scientia replent, bonis exemplis erigere nullatenus debent cessare. 3. Eadem [de causa] candelae usque ad kyrieleison [acolitorum manibus tenentur et tunc] ponuntur in pavimentum et stant fixo gradu.⌝ Sic namque, ⌜sic oportet doctores ut rudem populum nullatenus de manibus relinquant, ante quam populus subiectus⌝ ad kyrieleison, sive ad christe eleison veniet, id est ut ⌜sciat dicere: Domine, miserere mei peccatoris, quod est aperte di-

4-5 *Act.*, 4, 32 12-16 *Luc.*, 10, 41. 42

18-20 *Ordo rom. II*, 4, p. 970A 18-p. 273, 30 *Ecl.*, c. 11 27-p. 273, 7 *Ordo rom. II*, 5, pp. 970CD

II – 5 *nec quisquam*] nec quissimam 5 possidebant 5 dicebant 6 quin] quia in 7 unam 19 accolitis 22 extetisse 26 sciencie 28 acolitorum – tunc] *haec verba ex Eclogarum c. 11 supplentur*

cere, prout doctus sum a didascalo: Miserum me recognosco, et ideo misericordiam Dei implorare oportet. Stentque tunc per se in ecclesia et inluminent ecclesiam, * quoniam fas est ut qui iam doctus est f. 93r a doctore, doceat ecclesiam pro vice doctoris. 4. Quae similiter, ut diximus de diaconis, plura stant a dextris et pauca a sinistris. De quo idipsum intellegimus velle significare, quod superius diximus de diaconis. Post primam namque orationem ponuntur candelae ante altare, non iam altrinsecus, ut antea, sed mixtim per ordinem unaquaque post alteram, usque ad novissimam.⌝ 5. Quia nostra ecclesia habet separatim degentes in contemplativa vita, ut monachi sunt, et habet separatim morantes in activa vita, ut sunt canonici, et habet mixtim hos qui in contemplativa vita degunt et qui in activa. 6. Multi vero sunt qui intra monasteria non sunt cum monachis, et tamen animo vitam monachorum ducunt, dispicientes terrena, et certant tantum pro caelestibus; qui curam non habent terrenorum infantum, neque terrenarum rerum. 7. Qualis fuit Antonius, qui adhuc in domo patris manens omnia temporalia dispecxit, et vendidit hereditatem, et pretium distribuit pauperibus, hinc namque tenens occulte in domo patris sui contemplativam vitam; quod postea manifeste claruit, quando ad effectum intimam voluntatem perduxit. ⌜Plerique namque vitam activam ducunt; habent curam terrenorum⌝ servorum, terrenorum infantum, hereditatum paternarum. ⌜Tamen quantum possunt elymosinas faciendo, * vigilias ex- f. 93v cercendo, satagunt properare [ad] ecclesiam. 8. Quos utrosque nostra ecclesia mixtim tenet,⌝ quia tales simul in una civitate habitant, simul in uno vico, simul in uno castello. Hoc namque compositio nostrorum candelabrorum non inconvenienter potest significare, ⌜quamvis et ideo potest intellegi candelas per ordinem ante altare poni, ut expedite possint ministri ad ambonem currere et circa altaria ministrare.⌝

---

7-9 *Ordo rom. II*, 6, p. 971A

---

H – 2 portet 8 mixtum 9 alteram] altare, *sed e. m. corr.* 9 quia in nostram ecclesiam 12 contemplativam vitam 12 qui *2°*] quia 13 infra monasterio 19 temens 25 mixtum

XII – De praesentatione turibuli. Quod turibulum Christi corpus significet, et de eo quod per significationem aliquam tria possunt esse turibula.

1. Iam scriptum habemus quod turibulum Christi corpus significet. Ideoque statim post candelabra aliquotiens portatur unum, aliquotiens duo, aliquotiens tria, ut unum sit altaria ad suffumiganda per ecclesias circumstantes, et alterum viros ad suffumigandos, et tertium vadat ad feminas. Quibus non desunt mysteria secreta: si unum portatur, [Christi corpus significat; si duo portantur,] ostendit Christum venisse et passum pro duobus populis; si tria, ostendit orationes ipsas quas ipse Dominus fecit ante passionem suam in montem Oliveti. 2. Primo oravit: *Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste*, id est ut ipsa gens de qua carnem adsumpsi, non me occidat. Secundo oravit dicens: *Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua*, id est si aliter gentes salvari non possunt, nisi ad tempus fiat deminutio Iudeorum, fiat voluntas tua, ut secundum prophetias ipsi me crucifigant, ut plures salvi fiant

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

XIII – [De sessione episcopi]

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

f. 83r * ⌜Sedet namque episcopus post primam orationem,⌝ quia illi potestas est data solvendi et ligandi, et non solum ille, ⌜sed et presbiteri sedent, quia non solum episcopo data est haec potestas, sed et omnibus suis sequacibus.⌝

XIV – De ascensione subdiaconi ad ambonem. Quod subdiaconus officium Iohannis significet, et de eo quod non ascendat in locum evangelii, quia Iohannes non est dignus solvere corrigia calciamentorum Christi.

1. Post primam datam orationem, ascendit subdiaconus ad ambonem, ut legat et adnuntiet populo Dei praedicationem sanctorum patrum, sive veteris testamenti sive novi. ⌜Non tamen ascendit in

---

12 *Matth.*, 26, 39 14-15 *Matth.*, 26, 42

---

22-25 *Ecl.*, c. 12 30-p. 275, 2 *Ordo rom. II*, 7, PL, 78, p. 971B
32-p. 275, 2 *Ecl.*, c. 14

---

**H** – 5 candelebra 14 occidit 15 gens 19 *Titulus ex Eclogis suppletus est* 26 accensione 27 accendat 28 quia] qui 32 veteri

superiorem gradum, quem solus solet ascendere qui evangelium lecturus est.⌝ 2. Sane postquam angelus pastoribus bonum nostrum, quod nobis petendum est, nuntiavit, id est *gaudium magnum*, *quia natus est* nobis *hodie salvator*, *qui est Christus Dominus*, *in civitate David*, Iohannes ad verba praedicationis novi testamenti cucurrit, dicens: *Paenitentiam agite*, *adpropinquavit enim regnum caelorum*. 3. De ipso enim Iohanne dictum est in evangelio quod, *existimante populo et cogitantibus omnibus in cordibus suis*, *ne forte ipse esset Christus*, *respondit Iohannes omnibus dicens: Ego enim aqua baptizo vos; venit autem fortior me*, *cuius non sum dignus corrigia calciamentorum eius solvere*. 4. Quoniam et in alio loco evangelii confessus est non se esse Christum, stat in inferiori gradu qui verba horum qui incipes Iohannis adnuntiat; et non ascendit in superiorem, gradum, ⌜quia non est dignus Iohannes solvere corrigia calciamentorum eius cuius verba in eo leguntur.⌝ Et iterum: *Qui habet sponsam*, *sponsus est*, *amicus autem sponsi stat*, *et gaudio gaudet propter vocem sponsi*.

* XV – De ascensione cantorum ad ambonem. Quod idem cantor Christum imitetur vocantem chorum apostolorum. f. 83v

1. ⌜Cantor vero ascendere potest indifferenter: ascendit superius, quia Christus praelatus est Iohanni; stat in eodem, quia aestimabatur Iohannes; stat inferius, quia venit ab eo baptizari.⌝ Post praedicationem vero Iohannis, Christus ab baptismum venit; post baptisma, vocavit chorum apostolorum et congregavit coetum discipulorum. 2. Hoc namque dicimus, quia secundum ordinem evangelii convenit convocatio apostolorum responsorio. Itaque quod geritur in typo vocationis apostolicae et discipulatus, inferius potest esse quam quod geritur in typo praeconatus Iohannis baptistae. Ad neminem enim apostolorum venit Christus, ut baptizaretur ab eo; nemo eorum ex utero matris exultavit in adventum Christi; nemo eorum dictus est specialiter praeco, ni Iohannes baptista. 3. Sic

---

3-5 Cfr. *Luc.*, 2, 10-11 6 *Matth.*, 3, 2 7-11 *Luc.*, 3, 15-16 11-12 *Io.*, 1, 20 15-16 *Io.*, 1, 29 20 *Matth.*, 14, 2; *Marc.*, 5, 14-16; *Luc.*, 9, 7-8

---

12 « Incipes » plurale adiectivi « inceps », quod idem significat quod adiectivum « deinceps, deincipis » vel « deincipitis ». Cfr. S. P. Festus, *De verborum significatu quae supersunt*, edit. Wallace M. Lindsay, Lipsiae, 1913, p. 95 et dictionaria 13-15 *Ecl.*, c. 14 19 *Ordo rom. II*, 7, PL, 78, p. 971B 19-21 *Ecl.*, c. 15, 1

---

H – 6 penitencia 7 extimante 9 respondens 12 inferiore, *sed corr.*

enim scriptum est in evangelio: *Et factum est: ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius, et repleta est Spiritu Sancto Elisabeth.* Repleta est Elisabeth Spiritu Sancto, sed Iohannes antea repletus est. Et iterum, in Matheo: *Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo,* et reliqua. Si tibi placet, isto modo: ⌜Non ascendat superius qui responsorium cantat, quam qui lectionem legit, et stet in eodem loco, et ascendat superius secundum supradictos modos.⌝

## XVI – De diaconi ascensione ad ambonem. Quali ordine ascendat vel quo sit versus vel quid et qualiter ceteri eadem hora agant.

1. ⌜Diaconus cum ascendit ad legendum petit benedictionem f. 84r ab episcopo, * et accipit evangelium de altari, et praecedunt ante eum duo candelabra et duo turibula sive unum. Quid autem illud significet, iam dictum est.⌝ Redeamus ad propositum ordinem. 2. Et accipit diaconus caute, in brachio subdiaconi posito evangelio, quo loco lecturus sit. Invento loco, ascendit in ambonem et in superiorem gradum, et ⌜dicit: «Dominus vobiscum».⌝ Quo audito, ⌜vertit se⌝ pontifex et omnis sacerdotalis gradus, sive omnis ⌜populus fidelis ad orientem.⌝ Et postquam dixerit diaconus: «Sequentia sancti evangelii», et reliqua, facit signum crucis in fronte eius, id est diaconus, similiterque episcopus, et omnis populus, et revertuntur ad evangelium. 3. Sed ⌜et baculi omnium deponuntur de manibus.⌝ ⌜Ipse vero diaconus stat versus ad meridiem, ad quam partem viri solent confluere. Diaconus petit primum benedictionem ab episcopo. Episcopus dicit illi: «Dominus sit in corde tuo et in labiis tuis», et ponitur incensum in turibulum. Incensum, ut bene nosti, orationem designat sanctorum. Unde dicit propheta: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.*⌝ 4. Hoc factum indicat episcopum, si oratio sua accensa est ab igne Spiritus Sancti, et pro ipso diacono orare posse et pro omni populo, ut haec verba posuit super caput diaconi

---

1-3 *Luc.*, 1, 41   4-5 *Matth.*, 3, 13   28-29 *Ps.*, 140, 2

---

6-8 *Ecl.*, ibid.   12-29 *Ecl.*, c. 16, 1-3   12-29 *Ordo rom. II*, 8, PL, 78, pp. 971C-972B

---

**H** – 1 factus   10 quo] quod   14 candelebra   14 turabula   14 illum   15 ad] et   16 accepit   16 subdiacono   21 facis   29 episcopus   30 accessa   31 verba, *etc.*] *Aliqua hic deesse videntur. Cfr. Off, l. III, c. 18, 5-6*   31 diacono, *sed a. m. corr.*

cum signo sanctae cru[cis: *Carnem suam cru*]*cifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.* Altare namque crucem significat Domini. Unde dicit Esaias propheta: *In die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti et titulus iuxta terminum eius.* 5. Domini altare namque in medio terrae crucem Domini significat in Hierusalem; quod Hierusalem in medio sit terrae, psalmista manifestat dicens: * *Operatus est* f. 84v *salutem in medio terrae;* in Hierusalem namque passus est salvator noster, ubi crucem ascendit, ubi redemit omnem populum christianum. Per titulum qui iuxta terminum eius est, praedicationem accipimus evangelii, quia ab Hierusalem apostoli inchoaverunt praedicare, et inde *in omnem terram exivit sonus eorum*, et reliqua. 6. Quod dicit: In medio terrae Aegypti, significat istud altare et istum titulum in mundo esse. Per Aegyptum namque mundum intellegimus; possumus quippe repperire exempla sacrae scripturae, ubi evangelium quodam modo et pro cruce accipiatur et pro sancta praedicatione, sicut est illud Iohannis: *Vade et accipe librum apertum qui est in manu angeli stantis in conspectu Dei super mare et super terram. Et abii ad angelum, dicens ut daret mihi librum, et dixit mihi: Accipe, et comede illum; et amaritudinem ventri tuo faciet, sed in ore tuo erit dulce velut mel.* 7. De libro utique dicit in quo refertur dispensatio incarnationis Christi, necnon et passionis eius ac resurrectionis, sed et in caelos gloriosae ascensionis. Qui amaritudinem ventri facit, quando infit: *Adtendite vobis ne forte graventur corda vestra de crapula et ebrietate.* Et iterum deliciosis: *Nolite solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus*, et reliqua. 8. Et Paulus: *Neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* Et Iohel propheta: *Convertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio et fletu et planctu, et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra.* Crux namque, ut scis, a cruciatu dicitur. Quis vult dicere hoc non esse cruciatum carnis: Si quis illa contempserit, et ista...?

* 9. Ecce modo audisti ubi praesens adest sponsus, et non necesse f. 85r habetur baculus, de quo supra diximus. Audi postea ubi necessarium sit: *In lectulo meo per noctes quaesivi, quem diligit anima mea.* Minus erudita anima in suavitate huius mundi vult invenire Chri-

---

1-2 *Gal.*, 5, 24 3-4 *Is.*, 19, 19 6-7 *Ps.*, 73, 12 11 *Ps.*, 18, 5 16-20 *Apoc.*, 10, 8-9 23-24 *Luc.*, 21, 34 24-25 *Matth.*, 6, 31 26 *I Cor.*, 6, 10 26-28 *Ioel*, 2, 12-13 33 *Cant.*, 3, 1

---

H – 5 hierussalem 5 hierussale 7 salutes 9 accepimus 14 exemplo 15 pro *2°*] per 18 angelo 18 dicit 22 ventrem 30 contemserit 30 ista] *Post hoc verbum aliqua deesse videntur* 31 modo] mo

stum, et non potest, quia *arta via et angusta est, quae ducit ad vitam. Quaesivi illum et non inveni*, quia in deliciis huius seculi non invenitur Christus. 10. Sequitur: *Surgam et circuibo civitatem, per vicos et plateas quaeram quem diligit anima mea. Quaesivi illum, et non inveni*, id est quaesivi illum in seculari sapientia, per vicos et plateas, quia multos angulos habet rhetorica et dialectica ars, et neque sic inveni quem diligit anima mea. 11. *Invenerunt me vigiles qui custodiunt civitatem: Num quem dilexit anima mea vidistis?* En quia non habet sponsum, baculis loquitur. *Qui custodiunt civitatem*, qui custodiunt sanctam ecclesiam. Hos interrogat: *Num quem dilexit anima mea vidistis?* Vos, inquit, estis pastores ecclesiae, vos custoditis civitatem Dei viventis. Dicite mihi: Quid agam, ut merear mundo corde videre illum quem diligit anima mea? Ita tamen, si illum vidistis, si ab eo didicistis, si in catholica fide statis. 12. Adtende diligenter iterum ubi ei non sit baculus necessarius. Sequitur: *Paululum cum pertransissem eos, inveni quem diligit anima mea*, hoc est, postquam eorum doctrina, id est evangelio, erudita fuit et fide sanctae Trinitatis inbuta, adveniens Spiritus Sanctus, qui docet omnem veritatem, ⟨qui⟩ et ipsum me fecit videre quem diligit anima mea. Iam
f. 85v non requisivi a baculo sustentari, sicut antea quaesivi; * iam mihi nihil amplius necesse erat, nisi quod Paulus dicebat: *Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*. 13. Vis audire quomodo requirat iterum sustentaculum baculi? Sequitur: *Adiuro vos, filiae Hierusalem*, primitivam ecclesiam adiurat pedissequa, *si inveneritis dilectum meum*, redemptorem meum, *ut nuntietis ei quia amore langueo*. Orate vos pro me, ut Dominus desiderium meum audiat. 14. Quale est desiderium tuum, dilecta mea? Dilecte mi, amore langueo. Cur amore langues, soror mea? Quia zelus quem cordi meo inposuit, comedit me. Non conceditur requies, quia in anxietate tribulor, quoniam incolatus meus prolungatus est. Ideo vulnerata sum et alia multa perpessa. Sed quoniam aquae multae non potuerunt extinguere caritatem, vos intercedite, qui eadem patimini, pro me,

---

1-2 *Matth.*, 7, 14   3-16 *Cant.*, 3, 1-4   21-22 *Rom.*, 13, 8   23-26 *Can.*, 5, 8   30 *Ps.*, 119, 5   31-32 *Cant.*, 8, 7

---

H – 2 illam   2 diliciis   2 huius] hi   8 numquam   9 baculus   14 dicistis   15 *Paululum*] baculum   17 evangelio] vigilo   17 eruditas   20 requisivi] requesivi   24 pedise quasi   27 dilecta mea] dilectet (*sed corr. in* dilecta) mi   27 Dilecte] Dilecta   28 soror mea] sanctorum, *sed corr. a. m. in* sosormi   28 zelum   28 quem cordi] quodit   29 quia] qui   29 tribuler   31 aeque

ut in me perficiatur quod in evangelio scriptum est: *Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.*

15. Ista, frater mi, exempla ideo posuimus, ut intellegatur quod aliquoties necesse est baculos tenere in manibus, et postquam conspectui Christi praesentabimur, baculi iam necessarii non erunt. ⸢Quapropter quando sacerdos orat atque celebratur aliorum doctorum officium, baculos tenemus in manibus, et quando ipsius Christi verba nobis locuntur, baculos non tenemus in manibus, ut ostendatur non difficile esse Christo per se docere populum suum, quoniam, ubi in promptu Christus loquitur, non ibi necesse habemus Petrum neque Paulum, neque alium doctorem, quia ipse est unus magister qui in caelis est,⸣ Christus Dominus.

## XVII – * ⸢Quo sit versus diaconus in ambonem f. 86r

1. Diaconus pronuntians verba evangelii ad meridiem stat versus, quoniam illis loquitur de quibus Paulus dicebat: *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Quando enim sol ad meridiem vergitur, ferventior solet exsistere et altior. Significat namque ecclesiam ferventem animo in amore Dei elevatam esse in magno culmine virtutum. De qua parte sic fatur in canticis canticorum: *Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubas in meridie.* 2. In eadem parte illum sponsa requirit, quia recognoscit illum cubare in meridie, id est in eis quorum cor ardens est in dilectione Dei et dilectione proximi. Ipsi sunt de quibus loquitur evangelium, *qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent et fructum adferunt in patientia.*⸣ ⸢Non dicimus ita ut hi qui postergum sunt, extorres sint a sancto evangelio, sed ut per doctiores minus eruditi erudiantur.⸣ 3. ⸢Sane, quando solemus sedere ad lectionem magistrorum nostrorum, facies magistri nostri amplius intenta est in eum qui perfectius potest discere, quam in eos qui minus perfecte discunt. Non quod illi soli optet suam doctrinam, sed quia illos qui tardiorem sensum habent,

---

1-2 *Matth.*, 10, 22; 24, 13  15-16 *I Cor.*, 2, 6  19-20 *Cant.*, 1, 6  23-24 *Luc.*, 8, 15

---

6-12 *Ecl.*, c. 16, 5  13-p. 56, 2 *Ecl.*, c. 17, 1-3  14-15 V. huius *Cod. II* c. 16

---

H – 4 in] *a. m. suppl.*  11 maister  13 Quo] quod  14 ad] et, *sed corr.*  15 sapiencia  18 elevatum  21 illum *1°*] illam  22 quorum] corum  25 sancto] seculo  30 optet] oportet

vult iterum doceri ab illo qui citius veram rationem invenire potest in doctrina magistri.⌝

4. ⌜Tu qui scandisti culmen, sublime minister,
Quanto excelsa petis, tanto moderatior esto.
Quantum prona solo, tantum fit proxima caelo
Mens; etenim quae celsa petit, haec ima tenebit,
Inferiorque gradus qui vult descendere, surgit.
Laetatur serpens inimicus, si cadis, alme;
f. 86v Angelus Altithroni * si non gaudet, quia tu fers
Pocula celsa, iubes tu scandere limen Olympi.⌝

## XVIII – De descensione diaconi de ambone et de eo quod salutante Christo mulieribus post resurrectionem salutat evangelium populus.

Postea namque descendit de ambone et fertur evangelium primo ad osculandum populo, deinde in locum suum. Nam et crux nuper reperta ab Ellena et vecta Constantinopolim solet annuatim praesentari populo, ut eam adorent et osculentur. Et postea reportatur in locum suum. Sic namque post resurrectionem Dominus venit mulieribus obviam, *dicens illis: Havete. Illae autem accesserunt et tenuerunt pedes eius et adoraverunt eum.*

## XIX – ⌜De extinctione cereorum

Post lectum evangelium candelae extinguuntur. Ut bene nosti, per candelas diximus doctores ecclesiae significari et quid vult istud: « post evangelium extinguuntur », nisi quod nemo doctorum transcendere potest verba sancti evangelii?⌝ Quasi ipse doctor dicat: Extinguo candelam meam, quando evangelium tacet, id est sileo, si evangelium tacet; nisi radicem omnis doctrinae meae invenire potuerim in evangelio, non loquar. ⌜Quod est aperte dicere, clauso evangelio, extinctam esse doctrinam doctorum.⌝

---

19-20 *Matth.*, 28, 9

---

3-10 *Ecl.*, c. 17, 4    14-15 *Ordo rom. II*, 8, PL, 78, p. 972B    21-29 *Ecl.*, c. 18    22 *Ordo rom. II*, 9, p. 872C

---

H – 1 inveniri    1-2 potest in] posten, *sed corr.*    4 quinto    4 medoracior, *sed corr. in* moderacior    5 quanto, *sed corr.*    5 tantum] tan    5-6 *Duorum horum versuum ordo invertendus videtur*    8 letetur    8 serpens] semen. *Vide Ecl.*, c. 17, 4.    23 quid] qui

## XX – De turibuli portatione post lectum evangelium

Turibulum namque portatur per altaria. Quae consuetudo nempe non discrepat a veteri testamento, in quo scriptum est: *Ponesque altare contra velum quod ante aram pendet testimonii, coram propitiatorio, quo tegitur testimonium* [*Reliqua omnia desunt*].

2 Ibid.

**H** – 2 portantur 3 ponenensque 4 *aram*] aramus 4 testimonio

IV - *Canonis missae interpretatio* (*Can.*)

H — Turicensis — Zürich, Zentralbibliothek, Car. C 102, ff. 60r-68r.

G2 — Sangallensis 5 — Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 446, pp. 85-105.

G1 — Sangallensis 1 — Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 40, pp. 305-322.

V — Vaticanus P1 — Città del Vaticano, Bibl. Ap. Vat., Palat. lat. 485, ff. 27v-36v.

O1 — Aurelianensis 1 — Orléans, Bibliothèque municipale, c. 94 (116), ff. 11r-20v.

P1 — Parisiensis 17 — Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 2796, ff. 58r-65v.

O2 — Aurelianensis 2 — Orléans, Bibliothèque municipale, c. 94 (116), ff. 88r-105v.

F — Florentinus 2 — Firenze, Biblioteca Medicea Laurenziana, c. Libri 29, ff. 1r-5v.

P2 — Parisiensis 20 — Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 4281, ff. 116v ss.

Rb — Rabanus Maurus - *Liber de sacris ordinibus*, c. 19, PL, 112, pp. 1179C-1192A.

## *Expositio missae « Dominus vobiscum »*

1. DOMINUS VOBISCUM. Salutat sacerdos populum et orat ut Dominus sit cum illo. ET CUM SPIRITU TUO. Responsio populi atque oratio, ut, sicut sacerdos oravit quod Dominus esset cum populo, ita et populus orat quod Dominus sit cum spiritu sacerdotis. Dum dicit sacerdos: OREMUS, rogat omnes orare, ut oratio eius a Domino exaudiatur. Et quando dicit: PER DOMINUM NOSTRUM IESUM CHRISTUM FILIUM TUUM, ad Dominum Patrem orat sacerdos, ut per suum filium, qui dominus noster est aequaliter sicut Pater, oratio perficiatur. 2. Cum dicit: QUI TECUM VIVIT ET REGNAT DEUS IN UNITATE SPIRITUS SANCTI, vult populum credere et intellegere quod Filius cum Patre sine initio ac sine fine vivit et regnat, et Deus est, sicut Pater Deus est, et una potestas est Spiritus Sancti cum Patre et Filio, atque una substantia et in omnibus unitas deitatis. 3. PER OMNIA SAECULA SAECULORUM, id est ut Filius cum Patre in unitate Spiritus Sancti, sicut ante omnia saecula in deitate vixit et fuit, ita et in praesenti saeculo atque in futuro, ubi iusti cum angelis sanctis permanebunt, et iniusti cum demonibus cruciabuntur, credatur aequaliter vivere cum Patre et Spiritu Sancto et nullo fine concludi. 4. AMEN confirmatio orationis est a populo, et in nostra lingua intellegi potest, quasi omnes dicant: Ut ita fiat sicut sacerdos oravit, sed propria eius interpretatio est vere sive fideliter. SURSUM CORDA. Ammonet sacerdos populum ut sursum, id est supra semet ipsum,

---

1 Canon missae, edit. B. BOTTE

---

**G2G1 V O1P1 O2** – Expositio super missam G2 Exposicio super missam incipit G1 Item expositio V Incipit interpretatio misse O1P2 In nomine domini christi iesu incipit expositio missae P1 Expositio in missam O2 1 Salutat] *om.* O1 2 sit] *post h. v. spat. vel ras.?* O2 2 illo] et cum spirituo *add. et corr. in* et cum spiritu tuo O1 2 Responsio] est *add.* G1O1 3 sacerdos] a *add.* O1 3 esset] sit P2 4 quod] ut P2 5 exaudietur O1P1O2P2 7 Dominum] deum G1 7-8 suum filium] *inv.* VP1O2 8 proficiatur P2 11 et 2°] *suppl.* P1 12 Pater] *om.* O1 12 et] ut *add.* VP1 12 spiritui G2O1 spiritu O2P2 12 sancto G2G1O1P2 14 cum Patre] *suppl.* G2 *om.* P2 15 sanctus O1 15 saecula] secula, *corr. in* seculo G1 15 vixi O1 16 praesenti] *litt.* i *superscr.* O2 16 angeli O1 16 permanebit P2 17 demonibus] diabolis VP1Rb diabolo O1O2 18 et] *om.* O1 19 in] *om.* O1 19 nostro G1 20 fiant O1 21 sine O1

*Canonis missae interpretatio* (*Can.*)

ad Dominum omnipotentem corda levent, et fideliter orent quod desursum eis veniat auxilium a Deo caelesti, a quo creati sunt. 5. Habemus ad Dominum. Responsio est populi, quod, sicut sacerdos iussit eos corda sursum tenere, sic se tenere profitentur. Gratias agamus Domino Deo nostro. Sacerdos gratias agit Deo iuxta professionem populi, quia confessus est ad Dominum se esse intentum. Dignum et iustum est. Populus cum sacerdote simul gratias agit Domino, quia iusta et digna ratio est Deo gratias referre, quia ab ipso bona omnia suscepimus.

6. Vere dignum et iustum est, aequum et salutare. Confirmat sacerdos professionem populi, et dicit quod vere dignum est et iustum Deo gratias pro omnibus referre, et quod aequum est, hoc est rectum sive aequale, salutare, id est salute plenum, ut ei gratias referamus, qui nobis salutem dedit aeternam. 7. Nos tibi semper et ubique gratias agere. Conversus sacerdos ad Dominum post professionem populi, quasi ad praesentem loquitur, quia in praesentia Domini semper sumus, et ipse videt cogitationes nostras. Et dicit sacerdos tam de se quam de populo: Nos tibi semper, hoc est omni tempore, et ubique, id est in omni loco, gratias agere. Domine, quia dominator est omnium, et sub eius dominatione omnia sunt. Sancte, tu qui sanctus es, et per quem omnia sancta sunt, quia omnia sancta et bona creasti. 8. Pater. Grece dicitur pater et latine genitor, quia ipse genuit filium sine ulla coinquinatione seu corruptione. Pater latine a patrando dicitur, hoc est a perpetrando, quod est a perficiendo vel ab adiuvando, quia ipse perfecit omnia quae facta sunt, et adiuvat omnia quae adiuvata sunt, et voluit nos filios suos fieri adoptivos per sanctificationem qua ille sanctificavit nos.

---

G2G1VO1P1O2 – 1 Dominum] deum G1 2 ei O1(*sed e. m. corr.*)P2 2 veniant G1 3 est] *om.* P1P2 3 est populi] *inv.* V 4 iussit eos] *inv.* G1 4 corda sursum] *inv.* VRb 4 sic se tenere] *om.* P2 4 tenere] *suppl.* P1 4 se tenere] retenere V(*litt.* re *suppl.*)P1 6 se] si O1 7 populi? P2 8 Domino] deo G1 8 quia *1°*] a *add.* O1 8 iusta et] *om.* P2 8 ratio] oracio G1 et racio P2 8 ratio est] rationem, *corr. in* oratio est V 9 bona omnia] *inv.* P1P2Rb 9 suscipimus P1 11-12 est et iustum] *inv.* et i. e. G1O1 12 pro omnibus referre] *inv., sed cum sign. convers.* V 12 est] *om.* O1 13 est *1°*] *om.* O1 13 aequalem VP2 13 salutare] ac *praep.* P1O2 14 qui] quia G1 17 vidit O1 17 cogitationis, *sed corr.* P1 19 et ubique – agere] *om.* O1 20 est] *e. m. suppl. post v.* omnium G1 *om.* O1 21 sanctae P1O2 21 sancta sunt] *inv.* G1 21 quia] et *praep.* V 23 genitor] *post h. v. ras.*[6] G1 23 corructione P1 24 a patrando] *eras.* O2 24 patrendo, *sed e. m. corr.* V 24 perpetrando] *litt.* per *suppl.* O2 25 perficiendo] ab habitando *add.* G1 25 quia] qui G1 25 perficit P1O2 25 quae] quod P1O2 26 quae] quod P1O2 27 qua] quia G2O1P1

[Item scribit: Grece dicitur pater... Greci Patyrimon. *V. p.* 303, 2-4]

---

**H** – *V. p.* 303, 2-4.

9. Omnipotens. Quoniam omnia potest, ideo omnipotens dicitur, et non est impossibile apud Deum omne verbum. Aeterne Deus. Hoc est inter aeternum et perpetuum et temporale: aeternum est quod initium non habuit nec finem habebit, sed semper fuit et est et erit; perpetuum est quod esse coepit et finem non habebit; temporale est quod initium habuit et finem habebit. 10. Et ideo hic dicitur aeterne Deus, quia solus Deus aeternus est, nec coepit esse, nec desinit esse, sed est semper. Deus a diligendo dicitur, quia omnia diligit et gubernat quae creavit. Et aliter. Deus a divinitate dictus est, quia divinus est, et omnia scit, et omnia dividit, prout vult.

11. Per Christum Dominum nostrum. Christus grece, unctus dicitur latine. Hic Christus ante omnia initia a Patre inenarrabiliter genitus est. Tempore quo placuit ei, Spiritus Sanctus venit in Mariam virginem, et unxit unctione divina uterum eius, et conceptus est de Spiritu Sancto, et natus est de Maria virgine. Nam et in veteri testamento sacerdotes et reges unguebantur et ideo christi dicebantur, quia uncti erant unctione temporali. 12. Iste christus per quem Patri gratias agimus, aeternaliter christus est, et cum Patre aeternus Deus est, et per ipsum redempti sumus, et ipse Dominus noster est, qui dominatur nobis.

13. Per quem maiestatem tuam laudant angeli. Per ipsum Christum, per quem nos gratias agimus Patri, maiestatem Patris laudant angeli, quia ipse aequalis est Patri in divinitate. Maiestas,

---

G2G1VO1P1O2 – 1 Quoniam] quia VO1P2Rb 1 omnia] *om.* P1 *suppl.* O2 1 potest] potenst, *sed corr.* P1 2 impossibile] infirmitas in possibile V 2 Deum] dominum, *sed corr.* P1 2 omnem O1 3 est *1°*] interest VRb 3 inter] in O1 3 perpetuum et temporale] *inv.* G2G1O1P2 3 temporalem O1O2P2 4 nec] nen, *sed corr.* O1 5 habebit] habet G1(*e corr. pro* abet)O2 5-6 temporale – habebit] *e. m. in marg. suppl.* G2 6 est] *om.* G1O1 6 quod initium] quae i intium O2 6 habebit] habuit O1 6 hic] hoc O1 7 Deus *2°*] *om.* VO1 7 aeternus. Aeternus G2 7 est] quia *adcsr.* V 8 desiit G1 8 est semper] *inv.* P1O2 8 a] ad O1 8 omnia] *om.* G1 10 est] *om.* G1 10 et omnia scit] *om.* O1 12 Christus] christum O1 12 unctus] untus, *suppl.* O1 13 Hic] est *add.* G1 13 a] cum O1 13 a Patre] *om.* G2 14 est] *om.* G1O1 14 Tempore quo] a patrae quod O2 a patre quo P2 14-15 Tempore – uterum eius] *om.* G2 14 quo] quod V 14 maria O1 15 unccio G1 unctionem O1 15 diuna O1 18 quia] qui O2 18 temporale O1 19 est] *om.* O2 20 aeternus] aeterno G2 *radendo corr. in* aeterni O2 20 est] *suppl.* O2 20-21 et per – noster est] *om.* O1 20 sumus] per quem gracias agimus *a. m. adscr.* V per quem patri gratias agimus *add.* P1O2 21 qui] quia G2O1O2 21 domintur O1P1 dominat||| O2 22-24 Per ipsum – angeli] *e. m. in marg. suppl.* G2 24 aequalis est] *inv.* G1

quasi maior est potestas; quia maior est potestas Dei quam hominum. Dei maiestatem per Christum laudant angeli, quia Christus simul cum Patre creavit angelos. Angelus enim grece latine nuntius interpretatur; angelus nomen est officii, non naturae, quia nuntiat, sed naturaliter spiritus sunt.

[Istarum duarum... et archangelorum. *V. p.* 298, 7-10]

---

3-5 Gregorius M., *XL homiliae in evangelia*, l. II, hom. 34, 8, PL, 76, p. 1250C

---

**G2G1VO1P1O2** – 1 quasi maior est potestas] *om.* V  1 maior est] maiorrem, *sed corr.* O2  1 quia maior est potestas] *suppl.* P1  1 hominem O1O2 (*sed corr.*)  2 maiestate O1  3 enim] *om.* G1  4 angelus] enim *add.* P1  4 quia] qui O1 *fere eras.* O2  4 nunciant G1  5 sunt] est O1O2 Adorant, letantur angeli de praecone humani generis et laudant creatorem suum per duplum et simplum ter. Mors namque nostra dupla est, id est anime et corporis. Sed angeli laudant, quia simpla morte Christi dupla mors nostra liberata est. Resurrectio vero nostra similiter dupla est; anime et corporis; anime, quando ab infidelitate ad fidelitatem surgit; corporis, quando de pulvere reparabitur in incorruptionem. Laudant angeli, quia per simplam Christi resurrectionem donabitur nobis dupla resurrectio. Laudant tercio angeli, quia non solum Christi morte nos de morte liberati sumus, sed eius resurrectione resurgemus in novissimo die *add.* Par21, pp. 139-140 6 *V. p.* 298, 7-10

...* 1. et mediatorem venisse ad convallem lacrimarum, centesimam quae perierat ovem requirendo. Quod enim valent in primo ordine novem, ut decim compleantur, id ipsum valent nonaginta in secundo ordine, ut perveniatur ad centum. Idcirco intellegimus nonaginta novem oves novem ordines angelorum velle significare qui remanserunt in celestibus, et decimum ordinem, id est genus humanum, quod cecidit, Christum quaesisse. Quis enim audet dicere quod pro reparatione diaboli Christus veniret in mundum? Non, procul dubio, sed pro reparatione hominis. f. 60r

2. Postea dicit: « Istorum duorum nomina non sunt latina ». De cherubin et seraphin plane dicat. Et post pauca ait: « Cetera nomina supradictorum ordinum latina sunt, nisi angelorum et archangelorum », quasi throni nomen latinum sint. Ecce iam non conputat duos ordines grece prolatos in primo sed quattuor, id est cherubin et seraphim, angelorum et archangelorum.

3. Mihi vero valde optabile esset diceret cur quinque ordines poneret praeceptor huius praefationis et quattuor dimitteret, vel, si vult, diceret quosnam caelos serenos et nebulosos appellet. Dicamus pro captu nostro quid nobis videatur. 4. Sex ordines, ut nobis videtur, praescripti sunt in hac praefatione, id est angeli, qui nuntii dicuntur; dominationes dominantur secundum Gregorium super potestates et principatus; potestates sunt quibus adversae potestates subiectae sunt, ut non tantum temptare audeant, quantum volunt; caeli throni sunt in quibus Deus praesidet ad iudicandum; caelorum virtutes per quas Deus miracula ministrat suis electis; ac beata seraphim, id est beata agmina ardentia sive incendentia.

5. In quibus sex novem possumus intellegere. Sicut enim beatus Lucas quattuor ⟨ordines⟩ beatitudines enumeravit, in quibus comprehendit octo beatitudines quas Matheus tetigit, eodem modo in-

---

1-4 Cfr. *Luc.*, 15, 4-10    27-29 *Luc.*, 6, 20-22; *Matth.*, 5, 3-11

---

2-7 Gregorius Magnus, *XL homiliae in evangelia*, l. II, hom. 34, 3-6, PL, 76, pp. 1247B-1249D    19-26 Ibid., 8; 10; pp. 1250C, 1251C-1252B    27-29 Ambrosius, *Expositio evangelii sec. Lucam*, l. V, n. 49, PL, 15, p. 1649BC

---

H – 2 requirendam    3 id ipsum] *litt.* d i *suppl.*    5 algelolum, *litt.* n *adscr. super litt.* a    6 quod] que    7 christo    11 cerubyn    11 serafhin    11 ait] *e corr. pro lect. inc.*    13 sunt    14 cherubyn    14 serapim    17-18 poneret – appellet] vel si vult diceret quoniam celos serenos et nebulosos appellat poneret praeceptor iesus praefacionis et quattuor dimitteret    23 temptare] tempore    25 quos

tellegamus inter sex ordines angelorum tres cardines esse, in quibus et alii tres comprehenduntur, ut sint novem.

6. Sed ante quam illa dicamus, ni mirum tibi videatur cur celos in ordine angelorum ponamus, captus noster tibi pariatur. * Caeli ete- f. 60v nim nomine omnem spiritalem creaturam intellegimus, id est angelicam. Scriptum est enim: *In principio creavit Deus caelum et terram.* Per caelum, ut diximus, spiritalem creaturam intellegimus, et per terram omnem materiam corporalis creaturae. 7. Si per officium sibi dispositum diversa nomina sortiuntur, profecto thronis apte caelum convenire potest, de quo dicitur: *Caelum mihi sedes est.* Etenim, si throni sedes Dei dicuntur, procul dubio per caelos non inmerito throni memorantur, quamvis per caelum anima iusti intellegi possit.

8. Redeamus ad cardinales ordines. Omnis archangelus angelus est et non omnis angelus archangelus dicitur, sicut archiepiscopus episcopus est, non omnis episcopus archiepiscopus dicitur; ecce unus ordo cardinalis. Cui potestates sunt deputatae, principatus utique non desunt; ecce secundus. Seraphin namque ardentes vel incendentes dicuntur; quis plus potest ardere in dilectione et curare ut incendat proximorum animos de doctrina, quam ille cuius cor plenum sanctae sapientiae et divinae constat esse? Cherubin plenitudo scientiae dicuntur. Seraphim sine cherubim non oportet esse, quoniam qui ardent in dilectionem proximorum, non sunt sine sapientia Dei. Ac si aperte dicat: Sine sapientia Dei, quae est filius Patris, non potest venire ad ignem quem venit mittere in terra, ut ardeat; ecce tertius ordo cardinalis. Et constat novem esse. Tres sunt dupli: angeli, potestates et seraphim, et tres simpli: dominationes, caeli et virtutes caelorum.

9. Et iterum, angelorum et archangelorum duo ordines sunt, id est superior et inferior; superior namque non potest esse, nisi habeat aliquid inferius; inferior vero non potest stare, nisi habeat aliquid superius; ita vero non habent angeli quibus inferiores sint, nisi sint

---

6-7 *Gen.*, 1, 1 10 *Act.*, 7, 49; cfr. *Is.*, 66, 1

---

4-5 Cfr. Gregorius M., *Moralia*, l. XXVII, c. 39, 65, PL, 76, pag. 438AB 7-8 Cfr. *Moralia*, l. IX, c. 28, 44, PL, 75, p. 882CD 12 Ibid., l. XXIX, c. 38, 55, PL, 76, p. 508BC; *XL homiliae in evangelia*, l. II, hom. 38, 2, PL, 76, p. 1283A 13-25 Cfr. *XL homiliae in evangelia*, l. II, hom. 34, 8-11, PL, 76, pp. 1250C-1253C

---

H – 3 illam 3 nimirum 5 omnes 6 *In principio – terram*] *a. m. suppl. inter versus* 8 creatura 9 sortitur 13 omnes 18 direccione 19 animus 21 cherubym 25 constant

archangeli superiores, [neque archangeli quibus superiores sint,] si desunt inferiores angeli; quare necesse est ut omnis superior gradus habeat inferiorem. 10. De potestatibus vero, omnis qui potestatem habet, et principatum aliquem habet, et, converso iterum ordine, omnis qui principatum habet, et potestatem habet aliquam, iuxta illud dominicum: * *Scitis quod hi qui videntur principari gen-* f. 61r *tibus, dominantur eis, et principes eorum potestatem habent ipsorum.* 11. De seraphim namque ita: omnis qui ardet in amore Dei et amore proximi, habet caelestem sapientiam, et omnis qui celestem sapientiam habet, ardet in amore Dei et proximi.

12. Neque absurdum est tangere quid rationis habeat, quia et in capite eius catalogi cardinalem ordinem posuit et in fine, id est angelos et seraphim. Quoniam Pater et Filius in initio idemque in fine. Omnis enim substantia et principium habet et finem aliquo modo; principium vero et finis medio carere non possunt. 13. Dicatur igitur primo duplum et simplum, quasi principium; dicatur secundo duplum et simplum, quasi medium aliquid; dicatur et tertio simplum et duplum, quasi finis. Deus namque et principium dicitur et finis; quia omnia ab ipso innovantur, principium, et quia in eo omnia perficiuntur et nullus ei succedit in regnum, finis. Nec medio caret, quia omnia sustentat, ut sint.

14. Quam maiestatem ministeria angelorum laudant laude dupli et simpli, quoniam ante omnem creaturam Patrem per Verbum unigenitum laudant manentem in una eademque substantia; quasi duplum ad simplum referunt, quando Patrem et Verbum suum credunt unum Deum semper fore. Non quod angelorum creatura foret ante omnem creaturam; ideoque, quia ipsa creatura est et, ante quam crearetur, non potuit esse in semet ipsa; sed quia scit divinitatem semper esse, ante quam quicquam crearetur.

15. Laudant et in medio, quoniam Iesum, quamvis verbum incarnatum foret et hominis filius, confitentur numquam tamen a sua substantia separatum esse, in qua aequalis est Patri. 16. Ac si aperte

---

6-7 *Marc.*, 10, 42

---

32-p. 297, 7 Cfr. AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. V, c. 11-12, PL, 42, pp. 919-920

---

**H** – 1 archangelis 4 aliquem] aliquid 4 ordini, *sed corr.* 6 illum 6 *quod*] qui 7 dominanan eius 8 amore 2°] amorem 10 hamore 14 finem 17 tercium 20 eis succedat 22 laudatur 23 omnia 25 referant 26 creaturae 29 Iesum] rnm, pro ihm? 30 confiteatur 32 speratum 32 quo 32 et qualis

dicatur, alio modo: Patris et Filii unus Spiritus est, qui non dicitur relative ad Patrem et Filium, ut Pater et Filius. Pater dicit relative ad Filium: Filius meus es tu; et Filius relative ad Patrem: Pater meus es tu. Spiritus vero non dicit ad Patrem: Pater meus es tu, neque ad Filium: Filius meus es tu, sed tantummodo Pater et Filius ad Spiritum: Spiritus meus es tu. Et ecce fit angelorum laus dupla ad simplam, quoniam laudant Patrem et Filium et Spiritum Sanctum.

* 17. In tertio loco simpla primo proferunt et postea dupla, id f. 61v
est virtutes caelorum et postea seraphim. Quoniam in sancta trinitate neque Pater ante Filium et Spiritum Sanctum, neque Filius ante Patrem et Spiritum Sanctum, neque Spiritus Sanctus ante Patrem et Filium. 18. Simplum namque non habet medietatem, quia unitas non potest dividi; duplum namque medietatem habet, id est unum. Ita enim continetur in arithmetica disciplina: « Sola enim unitas circum se duos terminos non habet, atque ideo eius qui est prope se solius est medietas ». Quam pulcre concordat haec iocunda ars auctoritati omnis creaturae!

19. In catalogo enim trium personarum Filii persona secundo in loco ponitur, de quo scribitur: *Unus mediator Dei et hominum Christus Iesus*. In sancta trinitate solus Filius nuncupatur mediator, quoniam habet iste binarius numerus suam medietatem in unica persona Patris. Ipsa vero persona unica Patris non habet medietatem, quoniam non habet super se a quo veniat. A quo vero numero nominato ternarius numerus efficitur, id est unum et duo tres, qui numerus primus et incompositus est. 20. Ita vero scriptum est in supra dicta arte: « In tribus enim una pars sola est, it est tertia, quae a tribus scilicet denominata est, et ipsa tertia pars unitas ». A Patre enim et Filio Spiritus Sanctus procedens est, qui ponitur in tertio loco, et habet a suo effectu vocabula gratia Dei, caritas Dei et communicatio. 21. Unde dicit Paulus apostolus: *Gratia Domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis*. Et ipsa tertia persona adunata creditur in sancta divinitate, ut Pater et Filius et Spiritus Sanctus unus Deus credatur et firme teneatur. Igitur non abhorret a vero, si duplum, id est per-

---

19-20 *I Tim.*, 2, 5 30-32 *II Cor.*, 13, 13

---

14-16 Boetius, *De arithmetica*, l. I, c. 7, PL, 63, p. 1085C 26-27 Ibid., c. 14, p. 1092C

---

H – 1 dicat 7 laudatur 8 simplam 14 arimethica 16 pulicre, *e corr. pro* plio e 18 catologo 19 deco 25 incompositu 31 si cumt

14. Adorant dominationes. Maiestatem Dei Patris per Filium laudant et adorant dominationes. Dominationes ordo est angelorum. Decem fuerunt ordines angelorum; decimus ordo cecidit et versus est per superbiam in diabolum. Novem autem permanserunt in sanctitate sua. Haec sunt nomina eorum: angeli, archangeli, virtutes, principatus et potestates, throni, dominationes, cherubim, seraphim. 15. Istarum duarum nomina non sunt latina: cherubim plenitudo scientiae interpretatur, seraphim incendium dicitur. Cetera nomina supradictorum ordinum latina sunt, nisi angelorum et archangelorum. Angeli nuntii, archangeli excelsi nuntii dicuntur. Gregorius autem papa romanus in omelia sua super lectionem evangelicam:

---

10-p. 300, 2 *XL homiliae in evangelia*, l. II, hom. 34, 7-10, PL, 76, pp. 1249-1252

---

G2G1VO1P1O2 – 1 per] *om.* V  2 Dominationes 2°] *suppl.* G2  2 est] *om.* O1  3 ordo] *om.* O1  3-4 et versus est per superbiam] *inv.* p. s. et v. e. G1  4 diabulum G1 diabolo O2  5 sua] *om.* O1O2  6 et] *om.* VP1O2Rb  6 cherubim] et *add.* G1  7 istorum P1O2 (*sed corr.*)  7 duorum P1O2  7 non] *om.* G1  7 latina] ebraea G1  8 interpretatur] dicitur O1  8-9 nomina – latina] no O1  9 suprascriptorum P1  9 sunt] gregorius autem *add.* P1O2 (*sed expunx.*)  10 excelsi] *litt.* ex *suppl.* G2  10-11 Gregorius autem] *om.* P1 *suppl.* O2  11 autem] *om.* V  11 romanos, *sed corr.* O2  11 lectionem evangelicam] *inv.* P1

sona Patris et Filii, ad simplam Spiritus Sancti personam referatur, quae tertia est, quoniam et ipsa unitas est secundum commemoratam artem.

22. Aliter. Laetantur angeli de reparatione humani generis et laudant creatorem suum per duplum et simplum ter. Mors namque nostra duplex est, id est animae et corporis; sed angeli laudant, quia simpla morte Christi dupla mors nostra liberata est. Resurrectio nostra similiter dupla est, animae et corporis, * animae, quando de f. 62r infidelitate ad fidelitatem surgit, corporis, quando de pulvere reparabitur in incorruptionem; laudant angeli, quoniam per simplam Christi resurrectionem donabitur nobis dupla resurrectio. 23. Laudant tertio angeli, quoniam non solum Christi morte liberati sumus, et eius resurrectione resurgemus in novissimo die, et ante novissimum diem in anima, sed et nobis promittitur per Christi ascensionem gloriosam in caelos dupla ascensio, id est de vitiis ad virtutes, et animae iustae ad caelestia regna ante resurrectionem corporum, sicut Christus pro suis oravit dicens: Volo, Pater ut ubi ego sum, ibi sit et minister meus.

24. Haec quae supra praelibavimus de distantia nominum beati agminis, sive coniunctione eorum, praesumpsimus de sancto Gregorio, qui ex eorum nomine pulchre officia singulorum elicuit, cogitante mente et amore amplectente quod in consecratione tanti misterii omnis ordo angelorum et omnis decor caelestis, quantum datum est adtingi a fidelibus singulisque mentibus, merito ad memoriam revocentur. 25. Sciendum tamen quod, si diceret: Laudant angeli, sufficeret. Unde dicit beatus papa Agustinus: « Ut cum omnes tamquam generali nomine angeli nuncupantur, sicut scriptum est ad Hebreos: *Cui dixit aliquando angelorum: Sede a dextris meis*? Hoc quippe modo significavit omnes universaliter angelos dici ».

26. Ponit primo in loco: Laudant angeli, ut gaudium dominicae nativitatis ad memoriam revocet, de quo dicit Lucas: *Facta est*

---

17-18 Cfr. *Io.*, 12, 26; 17, 24 28 *Hebr.*, 1, 5 31-p. 301, 1 *Luc.*, 2, 13

---

4-11 Beda, *Homiliae*, l. II, hom. 4, PL, 94, p. 153A; *In Lucae evangelium expositio*, l. VI, c. 24, PL, 92, pp. 624BC 26-29 *Enchiridion, sive de fide, spe et caritate*, c. 58, PL, 40, p. 259 (...nuncupentur... angelos dici, sint tamen illic archangeli, etc.)

---

H – 5 namque] *litt.* que *suppl.* 10-11 laudant – resurrectio] *e. m. in marg. suppl.* 14 per] pro 16 resurreccionum 22 mente] me 22 amplecte 22 consegracione 26 pape 26 cum] *suppl.* 27 ad] ab 28 ad 29 dicit 30 ponti

*Erant adpropinquantes ad Iesum publicani et peccatores, ut audirent illum*, plenissime de praedictis ordinibus exposuit.

16. Nos vero ad propositum redeamus. TREMUNT POTESTATES. De supradictis ordinibus dicit; non ideo dicit, quod supradicti ordines corporales sunt, sed nostro more dicit, quia nos tremere ac timere ante dominos nostros solemus; sed ideo dicit tremere ac timere, ut nos intellegamus omnia caelestia, terrestria et infernalia, ante conspectum divinae maiestatis tremere ac timere.

17. CAELI CAELORUMQUE VIRTUTES. Ipsi caeli iussioni divinae oboediunt, quia se ostendere serenos vel nebulosos non habent po-

1-2 *Luc.*, 15, 1

G2G1VO1P1O2 – 3 propositum] *litt.* pro *suppl.* O2 4 dicit *1°*] dicitur P1 4 supradicte O1 5 corporales] corpora *praep.* O1 5 sint G2G1(*e corr.*)O2 5 nostro] nostrorum O2 5 nostro more] nos tremere, *sed corr.* V 5 quia] qua, *sed e. m. corr.* G2 qui P1 5 nos tremere] nostre more O1 6 anta, *sed corr.* O1 6 ac timere] *om.* G2G1P1 7 conspectu G1 9 iussione G1O1 P1(*sed corr.*) 9 divi O1 10 sereno O1 10 nebulosos] nubilosos G1 os *add.* O2 10 potestatem] *post h. v. ras.*[4] P1

*cum angelo multitudo caelestis exercitus laudantium Deum;* ut recolatur quod ipsa nativitas, quae gaudium praesentat, summa cum veneratione debet venerari, non tantum ab adflictis, sed etiam ab ipsis qui summam dominationem perceperunt. ADORANT DOMINATIONES.

27. Et non tantum venerari sed etiam revereri. Et adiunxit dicens: TREMUNT POTESTATES. Unde scribitur in Iob: *Ab aquilone aurum veniet, et a Deo formidolosa laudatio.* Ab aquilone aurum venit, quando Cornelius centurio, qui dominabatur in suis, cum orationibus * [f. 62v] et elemosinis deprecabatur Deum. Cui dictum est: *Orationes tuae et elemosinae ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.* 28. A frigido enim corde et potente aurum, id est mens fidelis, Deum adorabat. A Deo formidolosa laudatio prodiit, quando hi quibus dictum est: Tu eris potestatem habens super decem aut quinque civitates, claritatem fidei gentilis populi videbant offerre. 29. Divina iudicia pertimescendo laudaverunt, sicut scriptum est in Actibus apostolorum: *Cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum, et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui cum Petro venerant;* et, postquam Petrus fratribus retulit quomodo acta sunt cum Cornelio, protinus scriptum est: *His auditis, tacuerunt et glorificaverunt Deum.* Ab Hebreis iam fidelibus formidolosa laudatio prodiit, quia damna suae repulsionis timuerunt, dum lucra alienae vocationis gaudendo viderunt. 30. Adoramus namque, ipsa misericordia Dei ministrante, quando officium nostrum studemus implere, sed timemus recogitantes de praeteritis, vel de praesentibus, sive de futuris, ne inpediant orationes nostras, et quae affecta bonitate hominibus placent, timemus, ne propter occulta peccata, Deo manifesta, occulto Dei iudicio dispiciantur, atque ut recordetur illius scripturae quae ait: *Vincenti dabo edere de ligno vitae quod est in paradiso Dei mei;* et iterum: *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen civitatis novae Hierusalem.*

31. Infit: CAELI CAELORUMQUE VIRTUTES AC BEATA SERAPHIM SOCIA EXULTATIONE CONCELEBRANT. Item scribit: « Iuncta exulta-

---

7-8 *Iob.*, 37, 22 (... venit et ad Deum...) 9-11 *Act.*, 10, 1-4 13-14 Cfr. *Luc.*, 19, 16-19 17-18 *Act.*, 10, 44-45 19-20 *Act.*, 11, 2-18 29-31 *Apoc.* 2, 7; 3, 12

---

H – 3 veneri, *sed corr.* 3 tantum] notum, *sed corr.* 4 quis suma dominacione 6 revereri] vevereri 11 helimosine 12 potenti, *e corr. e. m.* 12 Deum] deus, *sed e. m. corr.* 15 gentilis] *supra litt.* g *e. m. adscr.* an 17 quia videbant 22 aliena 23 viderunt] *litt.* r *in ras.*[2] 27 occulto] occulta 31 *novae*] novem

testatem. Caelorum virtutes sunt supradicti ordines angelorum, sicut Gregorius in omelia sua super evangelicam lectionem: *Erunt signa in sole et luna et stellis* testatur. Ac beata seraphim. De seraphin namque supra dictum est. 18. Socia exultatione concelebrant. Omnes praedicti ordines maiestatem Dei Patris per Christum iuncta exultatione aequaliter concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas deprecamur. Cum quibus. Haec est supplicatio nostra, ut ipse caelestis Pater per Christum filium suum, per quem nos ei gratias de omnibus agimus, dignetur admittere voces nostras et iungere vocibus praedictorum ordinum angelorum. 19. Supplici confessione dicentes, hoc est humili confessione. Quid humilius confiteri quam nosmet ipsos aeterno Patri per Filium aeternum commendare, et de nostra conscientia vel bonitate nihil praesumere, et iuxta voces angelicas eum semper sanctum essentialiter credere et praedicare, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus. Iohannes evangelista in Apocalipsi libro scripsit se vidisse ante thronum Dei et agni viginti quattuor [seniores et quattuor] animalia adstantia et incessanter dicentia: Sanctus sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth et cetera. 20. Ideo enim tribus vicibus dicitur Sanctus, ut significetur Pater sanctus, Filius sanctus, Spiritus Patris et Filii sanctus. Sed quamvis tripliciter dicatur Sanctus, non tamen dicitur plurali numero Sancti, sed singulari numero Sanctus, ut una sanctitas in his tribus personis et una aeternitas intellegatur. 21. Dominus Deus sabaoth. Sabaoth a multis interpretari solet omnipotens, a multis vero exercituum, ut ipse sit Dominus Deus, et ipse omnes exercitus angelorum atque hominum disponat. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hoc est ut eius gloria caeli ac

---

2-3 *Luc.*, 21, 25 16-19 Cfr. *Apoc.*, 4, 8-11

---

2-3 *XL homiliae in evangelia*, l. I, hom. 1, 2, PL, 76, p. 1079A

---

G2G1VO1P1O2 – 1 supradicte O1 2 Gregorius] beatus *praep.* G2G1 3 stellas, *sed corr.* V 3 De seraphin] *om.* O1 4 cum celebrant O1 5 Omnes] sancti *add.* G1 omnipotens O1 5 praedicte O1 7 Haec] hoc O2 9 suum] *e corr. pro* tuum? O2 10 praedicatorum O1 11 supplice G1 15 credere] *litt.* re 2° *suppl.* P1 16 iohannis G1VP1 16 apocalypsin G1 apocalipsis V Rb apocalipsin O1O2(*e corr.*) 16 libri P1 17 agni] anni P1 18 animalia] milia O1 19 enim] *suppl.* O2 19 dicetur G1 20 ut] *om.* G1 20 significetur] sanctificetur P1 20 Spiritus] sanctus et *add.* G1 21 dicantur O1 21 dicatur Sanctus] *inv.* G1 22 Sancti – singulari numero] *om.* G1 22 sed – Sanctus] *om.* G2 23 ut una] *litt.* ut un *in ras.*[2] *vel spatio angustiore* O2 24 Sabaoth 2°] *om.* G2O1 26 disponit G2 disponet V 27 terrae O2 27 Hoc] id P1O2

tione concelebrant ». Quod nos dicimus: Caeli caelorumque virtutes ac beata seraphim communi exultatione concelebrant. Item scribit: « Grece dicitur pater et latine genitor ». Nos vero et grece et latine pater dicimus. Latini scribunt pater noster, et Greci patyrimon. Item scribit: * « CUM QUIBUS. Hoc est supplicatio nostra, ut ipse (f. 63r) celestis pater per Christum filium suum, per quem nos ei gratias de omnibus agimus, dignetur admittere voces nostras, et iungere vocibus praedictorum ordinum angelorum ». Quod nos congruentius possumus dicere: Cum quibus, id est ordinibus, precamur ut nostrae voces iungantur, Pater sancte, per Christum filium tuum. 32. Item scribit: « PLENI SUNT CAELI ET TERRA GLORIA TUA. Hoc est ut eius gloria caeli ac terrae gubernentur, et qui in caelis sunt et in terra, glorificent nomen eius sanctum ». Quod nos ita dicimus: PLENI SUNT CAELI ET TERRA GLORIA TUA, hoc est sancti angeli et homines qui adhuc in terra sunt, pleni sunt manifestatione tua de incarnatione, de passione, de resurrectione et de ascensione tua. 33. Nos vero, scripsimus caeli pluralis numeri et terra singularis. Ut non tibi hoc mirum videatur, quoniam habet terra pluralem numerum ut caelum, sicut est: *Orbem terrarum et plenitudinem eius tu fundasti*, et alia multa, dicamus ⟨ali⟩quid in hac re possit sentiri. Caeli etenim plurali numero dici possunt, quoniam duo ordines sunt principaliter caelestium creaturarum, eorum videlicet qui nunquam peccaverunt, sicut angeli Dei sunt, qui semper in beatitudine permanent, et eorum qui peccaverunt, et postea desiverunt peccare, sicut sunt animae sanctorum, qui in caelis habitant. 34. Vel certe quia duo ordines sunt electorum in caelestibus, eorum videlicet qui audituri sunt: *Venite benedicti Patris mei*, et eorum [de] quibus scriptum est: *Sedebitis et vos super sedes XII*, et de quibus dicit Paulus: *Ex quo omnis paternitas in caelis et in terra nominatur.* Ex Deo enim est quod Abraham, qui in caelis est, pater dicatur credentium populorum.

35. Quod et intellegimus de tota primitiva ecclesia dici, et eodem modo quisquis in terra pater nominatur, sive proprius sit sive adoptivus, ex creatore omnium est. Terra etenim singulari numero pronuntiatur, quoniam unus ordo est principaliter omnium terrestrium ex utero et femina procreatorum, id est peccatorum, ut idem apostolus: *Omnes enim peccaverunt et egent gloriam Dei;* et in psalmo XIII: *Omnes declinaverunt; simul inutiles facti sunt; non est qui fa-*

---

19 *Ps.*, 88, 12 27 *Matth.*, 25, 34 27-28 *Matth.*, 19, 28 28-29 *Eph.*, 3, 15 36 *Rom.*, 3, 23 37-p. 305, 1 *Ps.* 13, 3

---

H – 2 commini 5 supplicio 9 noster 17 hoc] *suppl.* 35 utro

terrae gubernentur, et qui in caelis sunt et in terra, glorificent et honorent nomen sanctum eius.

22. Osanna in excelsis. Quomodo nunc dicitur corrupte osanna, ante dicebatur osianna. Osi interiectio est laudantis, sive causa magnificantis; anna, salvifica. Sed corrupte dicitur osanna, et intellegi potest salvifica vel salvum fac. In excelsis, id est in altis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Quando Christus venit ad Hierusalem et descendit de monte Oliveti, tunc filii Israel clamaverunt dicentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* 23. Sed quid significat ille Christi adventus Hierusalem, nisi futuram resurrectionem, quando venturus erit iudicare vivos et mortuos, et apparuerit nobis in eadem carne, qua pro nobis passus est? Et tunc *in nomine Iesu omne genu flectetur caelestium, terrestrium et infernorum*, et cetera quae apostolus dixit.

24. Te igitur, clementissime Pater. Te igitur, hoc est Te certe, clementissime Pater. Clemens dicitur quasi clara mens sive abundans, et clementissime, quasi clarissima mente, sive abundantissime, quia ipse clarissimus est mente et misericordissimus corde pater. Non ideo eum dicimus clementem et misericordem, quod membris corporeis vel corde aut mente sit compositus, sicut homo, sed

---

7-9 *Matth.*, 21, 8-9 et parall. 11-13 *Phil.*, 2, 10 (flectatur)

---

3-5 De interpretatione vocis osanna cfr. Hieronymus, *Epistula XX seu rescriptum ad Damasum*, PL, 22, pp. 375-379; Isidorus Hispalensis, *Etymologiae*, l. VI, c. 19, 22-23, PL, 82, p. 254A; Alcuinus, *Commentaria in s. Ioannis evangelium*, c. 29, PL, 100, pp. 909-910

---

**G2G1VO1P1O2** – 1 terrae] terra G1 1 gubernetur V 1 caelo V 2 sanctum eius] *inv.* O2 3 nunc dicitur] *inv.* VRb 3 corrupte osanna] *inv.* G1 4 Osi] anna G2 4 est] *om.* O1 4 laudantes, *sed corr.* O2 4 sive] *ita* G2G1VO1P1O2 4 causam G1V 5 magnificantes, *sed corr.* O2 5 anna] osi G2 5 ossanna O2 6 vel] *in ras.*[4] G2 6 altissimis O1 8 clamabant G2 9 domino, *sed a. m. corr.* O2 10 significavit VP1O2Rb 10 christus *vel* christe, *sed a. m. corr.* O2 10 Hierusalem] ad *praep.* P1 12 in eadem carne – nobis] *e. m. suppl. in marg.* O2 12 eandem, *sed e parte corr.* V 13 iesum O1 13 genum O1 13 flectitur V flectatur G2(*sed e. m. corr.*)O2 13 caelestia, terrestria, *sed corr.* O2 15 hoc est] *om.* O1 15 Te *3°*] *a. m. suppl.* V 16 clementissime] quasi clarissime sive *add.* O2 17 clarissime G2VP1 17 clarissima – sive] *om.* O2 17 abundandissimae, *sed corr. in* abundantissimae O2 18 corde] misericorde P1(*sed corr. in* misericordem)O2 19 dicemus O2

*ciat bonum,* * *non est usque ad unum.* Tale quid sonat et eadem prophetia, quae dicit: *Laetentur caeli et exultet terra;* et iterum in Isaia: *Audite, caeli, et auribus percipite, terra;* et iterum: *Laudate, caeli, et exultet terra.* f. 63v

36. Item scribit: « OSANNA IN EXCELSIS. Quomodo nunc dicitur corrupte osanna, antea dicebatur osianna ». Quod similiter dicimus. Et postea dicit: « Osi interiectio est laudantis, sive causa magnificantis; anna, salvifica; sed corrupte dicitur osanna, et intellegi potest salvifica, sive salvum fac ». Sed tamen nos illam et aliam interpretationem ei inferimus: OSANNA IN EXCELSIS, id est victoriam illi et gloriam deputo, qui in excelsis est; quod ab aliis doctoribus didicimus, velut Iohanne Constantinopolitano, et reliqua. 37. Osianna namque interiectionem dicimus, non quod ex duabus aliis partibus compositum sit, sed pro una ⟨parte⟩ interiectione accipitur, et dicitur osanna per speciem metaplasmorum, sincopem, ablata videlicet i littera de media dictione, sicut secla scribitur pro secula, et maniplos dicimus pro manipolos, et vincla pro vincula, et multa his similia.

38. Osanna vero bis repetitur in angelico hymno pro vice duorum populorum, Iudaici videlicet et gentilis. Dicamus quod primum dicitur osanna, et respondet huic dicto: PLENI SUNT CAELI ET TERRA GLORIA TUA, convenire populo gentili, quorum numerus maior invenitur credentium primo tempore quam Iudaeorum. Unde dicit Isaias propheta: *Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Nephtalim:* quod omnis ecclesia interpretatur dictum esse de credulitate gentilis populi. 39. Dicamus secundum osanna, quod respondet BENEDICTUS QUI VENIT IN NOMINE DOMINI, convenire populo Iudeorum, cui Christus dicit: *Non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini,* hoc est donec cre-

---

2 *Ps.* 95, 11 2-3 *Is.*, 1, 2 3-4 *Is.*, 49, 13 23-25 *Is.*, 9, 1 28-29 *Matth.*, 23, 39

---

5-18 De interpretatione vocis osanna, cfr. HIERONYMUS, *Epistula XX seu rescriptum ad Damasum*, PL, 22, pp. 375-379; ISIDORUS HISPALENSIS, *Etymologiae*, l. VI, c. 19, 22-23, PL, 82, p. 254A; ALCUINUS, *Commentaria in s. Ioannis evangelium*, c. 29, PL, 100, pp. 909-910. In anaphora vero Chrysostomiana vocatur hymnus *Sanctus ὁ ἐπινίκιος ὕμνος*, hymnus victorialis 14-18 F. S. CHARISIUS, *Artis grammaticae libri V*, l. IV, III, *De metaplasmo*, edit. C. BARWICK, pp. 366-367

---

H – 1 quid] qui 11 quod] quid 22 numerus] merus 23 Unde dicit] undecim 25 neptalim

ideo clementem et misericordem clamemus, ut illam clementiam et misericordiam super nos ab ipso sentiamus et intellegamus, unde salvari debeamus. 25. PER IESUM CHRISTUM FILIUM TUUM. Iesus grece, latine salvator sive salutaris. Dicitur salvator, eo quod salvat populum suum a peccatis eorum; ideo salvat a peccatis, quia potestatem habet in terra dimittendi peccata. Sicut ipse dixit: *Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata.* Salutaris ideo dicitur, quia salutem nobis dedit, ut si praecepta eius servamus, vitam aeternam capere valeamus. 26. FILIUM TUUM DOMINUM NOSTRUM. Filium suum unigenitum, quia ipse est unigenitus ex substantia Patris, nos autem filii adoptivi sumus per ipsum, qui unigenitus est a Patre procedens, Patri coaeternus; et ideo per eum Patrem postulare debemus humiliter dicentes: SUPPLICES TE ROGAMUS ET PETIMUS. Supplices, id est humiles, UTI ACCEPTA HABEAS ET BENEDICAS. Uti, id est ut accipias et benedicas. HAEC DONA, HAEC MUNERA, HAEC SANCTA SACRIFICIA INLIBATA. 27. Dona sunt quae voluntarie donantur; munera sunt quae pro aliquo munere vel mercede offeruntur, sicut nos offerimus Deo, ut peccata nostra dimittantur; sacrificia sunt quae iam cum orationibus consecrantur; inlibata, id est inmaculata et ab omni livore malitiae aliena.

---

6-7 *Matth.*, 9, 6; *Marc.*, 2, 10; *Luc.*, 5, 24 8-9 Cfr. *Io.*, 15, 10; *Marc.*, 10, 17

---

3-4 ISIDORUS, *Etymologiae*, l. VII, c. 2, 7, PL 82, p. 264CD

---

G2G1VO1P1O2 – 1 clamamus G2 2 misericor O1 2 ab] ad O1 2 sentiemus O1P1P2 3 debemus VO1P1(*sed e. m. corr.*) 3 FILIUM TUUM] *om.* G1 4 salvet G2VO2 6 in terra] *om.* G2P1O2 6 Sicut] ut O1 9 servemus G2P1O2 13 TE] *om.* P1O2 13 terrogamus O1 14 Supplices] *om.* O1 14 haccepta a habeas O1 15 ET *1º*] *om.* P1 15 Uti – benedicas] *in marg. suppl.* O2 15 ut accipias] haccipias O1 acpias P1 16 quae] qui VO2 17 voluntariae G1P1O2 17 dantur G1 donatur O1 17 per aliqua munera O1 17 mercedem, *sed corr.* G1 18 deum O2 18 dimitentur VP1O2 dimittentur O1 19 quae] *litt.* uae *a. m. suppl.* P1 20 et ab omni livore malitiae] *in marg. suppl.* O2 20 livore malitiae] *inv.* G1 20 alienae G1

datis quod venerim in nomine Patris. Unde ad Romanos scribit Paulus: *Donec plenitudo gentium* subintraverit, *et* tunc *omnis Israel salvus* fiet. Ac si dicat: Quando hoc erit, tunc poteritis dicere toto animo: Osanna in excelsis, id est illi omnis gloria, * illi omnis victo- f. 64r ria. 40. A nobis dicitur: Qui venit in nomine Domini, et caelestia non deseruit. Idipsum credimus significare quod semel Isaias in veteri testamento, qui evangelicus vir dicitur, dicente Hieronimo: « Hoc adiciendum quod non tam propheta dicendus sit quam evangelista », prophetico intuitu vidit Dominum sedentem, et seraphim stantes et clamantes ad alterutrum: *Sanctus*, *sanctus*, *sanctus*, et iterum semel in novo testamento Iohannes evangelista, qui non tam evangelista quam propheta extitit, testante eadem prophetia sua, nihilo minus vidit ostium apertum in caelo, et sedentem super sedem, et audivit animalia clamantia et dicentia: *Sanctus*, *sanctus*, *sanctus Dominus Deus omnipotens.*

41. Item scribit: « Dona sunt quae voluntarie donantur; munera sunt quae pro aliquo munere vel mercede offeruntur, sicut nos offerimus Deo, ut peccata nostra dimittantur; sacrificia sunt, quae cum orationibus consecrantur; inlibata, id est inmaculata et ab omni malitiae livore aliena ». Nos vero, non ita satis intellegentes, ponamus pro modulo nostro quod nobis videtur. 42. Dona sunt quae in hereditate sempiterna dantur; sicut est in praesenti tempore terra et silva et multa alia, et in futuro spiritalia, de quibus scriptum est: *Ascendens in altum dedit dona hominibus;* quae nempe dona promissa sunt caelestis et sempiternae vitae. 43. Munera quae pro aliqua re praesenti gratificanda dantur, sicut est aurum et argentum, et quae manibus accipiuntur. Unde quando magi sua offerebant, id est aurum, tus et mirram, munera nominata sunt in evangelio; Abraham namque hereditatem dedit filio suo Isaac, et filiis concubinarum munera dedit; et possumus intellegere per Isaac hereditatem, hereditatem sempiternam, quam dedit filiis suis Deus, populo suo christiano et electis suis, et per munera quae acceperunt filii concubinarum temporale adiutorium; aliquo modo, sicut solet evenire multis

---

1-3 *Rom.*, 11, 26   6-10 *Is.*, 6, 1-3   10-15 *Apoc.*, 4, 1-8   24 *Eph.*, 4, 8; cfr. *Ps.* 67, 19   27-28 *Matth.*, 2, 11   28-30 *Gen.*, 25, 5-6

---

7-13 *Praefatio in librum Isaiae*, PL, 28, p. 771B (... quam evangelista dicendus sit )

---

**H** – 2 subintraverit, *litt.* e *a. m. superscr.*   4 illi 2°] illis   22 praesenti tempore] praesentem prae   32 per] pro   32 quae] quod

28. Tunc sunt dona et sacrificia inlibata, quando absque scandalorum maculis sunt offerta, et iusto sunt labore adquisita; non, ut multi errant, qui dicunt inlibata esse non dedicata. Lege septem conlationes Patrum et in secunda conlatione Theonae in nono capitulo invenies quae sint inlibata.

29. INPRIMIS QUAE TIBI OFFERIMUS. Hoc est quae tibi offerimus. Pro quibus offeruntur indicat: inprimis offerri debent PRO ECCLESIA TUA SANCTA CATHOLICA. Ecclesia grece, latine congregatio dicitur; catholica universalis dicitur, quia universi qui in Deum credunt, in una debent esse congregatione. QUAM PACIFICARE, CUSTODIRE, ADU-

---

3-5 IOANNES CASSIANUS, *Collationes*, collat. XXII, c. 9, PL, pp. 1231-1232. Septem collationes quae hic memorantur, collationes tertiae et ultimae partis totius collectionis sunt, cum prima pars decem, altera septem quoque collationes complectatur

---

G2G1VO1P1O2 – 1 dona] *om.* O1 1 abscondolorum O1 2 offerta] *a. m. corr. in* oblata V 2 iusta O2 2 adquesita O1P1 3 multi errant] mulierant, *sed corr.* O2 4 conlationes] *litt.* n *1°* *suppl.* O2 4 conlatione] *litt.* n *1°* *suppl.* P1 4 the||ne P1 4 in nono capitulo] *om.* O1 4 novo G1 4 capitulo] *om.* G2 5 sunt O1P2(*sed a. m. corr.*)O2 6 Hoc est quae] hocque O1 6 quae *2°*] *om.* G1 7 offeruntur] offertur O1 7 offerre debet G1 8 TUA] *om.* G1O2 8 SANCTA] *om.* O1 9 catholica – dicitur] *om.* O1 9 qui] *suppl.* P1 9 Deum] domino G1VRb 10 esse] *om.* G1

reprobis, quando deteriores plus quam meliores gaudent pro praesente consolatione aliqua.

* 44. Aliter. Per dona, quae sempiterna beneficia significant, accipiamus f. 64v evangelium et caelestem sapientiam, quae beatum facit hominem et ditat caelestibus bonis, et per munera secularem sapientiam, quae aliquod adiutorium praestat in praesenti seculo; sed ea utraque Deo offerimus, quia et caelestem sapientiam et secularem illi deputamus et gratias agimus, a quo accepimus, quia nihil habemus, nisi quod accepimus, sicut Paulus apostolus dicit: *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acciperis?*

45. Sequitur: Haec sancta sacrificia inlibata. Sacrificium est unde aliquid manducat sacerdos, et aliquid Deo incenditur, sicut scriptum est in Levitico: Si autem ⟨in⟩ anima offert munus et sacrificium Deo, simila ergo erit munus eius, quam perfundens oleo et inponens super eam thus, offert ad sacerdotes filios Aaron; quod cum acciperit, levabit manum plenam sacerdos de simila oleo commista, thus autem totum offert in quantum obtulerit, et sic inponet ea super altare, offerens in testimonium memoriae sacrificium et odorem suavitatis Deo. 46. Reliquum vero quod superfuerit, Aaron et filiis eius dabitur; hoc est enim sanctum sanctorum ex sacrificiis Dei. Quare per sacrificium terrena substantia accipi potest, unde aliquid sumitur a propriis laborantibus et aliquid datur pauperibus, id est Christo, ut non solum gratias agimus Deo pro eo quod scimus, sed et pro omni quod habemus. Inlibata immolata dicuntur.

47. Item scribit: « Inprimis quae tibi offerimus. Hoc est quae tibi offerimus, pro quibus offeruntur indicat ». Quod congruentius potest dici: Inprimis quae tibi offerimus, hoc est haec munera quae tibi offerimus, inprimis pro ecclesia tua sancta catholica, et reliqua. Item scribit: « Pro hoc offerimus, ut supradictam congregationem tuam per totum orbem terrarum pacificatam et adunatam custodire digneris ». 48. Kalos legit, sed alterum modum exponit, quam qui scriptus sit; scriptum est namque: * quam pacificare, f. 65r custodire, adunare, regere digneris toto orbe terrarum. Scriptum est de praesenti tempore infinitivi modi, sed ille in suo tractatu ponit praeteritum participium, id est pacificatam et adunatam; quasi soli praeponit lunam.

---

9-10 *I Cor.*, 4, 7 13-22 Cfr. *Lev.*, 2, 1-3

---

H – 10 *autem*] enim 17 acceperit, *sed corr. e m.* 17 levavit 27-28 tibi offerimus – haec munera] *haec bis scrips.* 28 dicit 33 quem quis scriptum

NARE ET REGERE DIGNERIS TOTO ORBE TERRARUM. Pro hoc offerimus inprimis, ut supradictam congregationem tuam per totum orbem terrarum pacificatam et adunatam custodire digneris. 30. UNA CUM FAMULO TUO ILLO, hoc est simul cum illo qui sedem apostoli Petri tenet, quia ecclesia in qua Petrus princeps apostolorum sedit caput est omnium ecclesiarum catholicarum. Ideoque Petro dixit Christus: *Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam* et cetera, et propter hanc sententiam debemus omnes pro eo orare, qui in eadem praeest ecclesiae. 31. ET ANTISTITE NOSTRO ILLO, hoc est pro episcopo nostro, in cuius parrochia sumus, pro ipso orare debemus, quia ipse est pastor et praedicator noster.

32. MEMENTO, DOMINE, FAMULORUM FAMULARUMQUE TUARUM ET OMNIUM CIRCUMADSTANTIUM. Sacerdos ante oravit pro apostolico et episcopo suo. Si episcopus missam celebrat, pro antistite nostro dicere non debet, quia ipse antistis est; si presbiter celebrat missam, ille debet dicere: pro antistite nostro. Iam oratum est pro senioribus, postea orandum pro populo. 33. Quando sacerdos dicit: Memento, Domine, famulorum famularumque tuarum, deprecatur Deum Patrem, ut memorare dignetur omnium ad officium missae, sive masculorum sive feminarum, advenientium, et quod dicit circumadstantium, ipsi sunt masculi et feminae qui circumstant. Iam sacerdos oravit pro omnibus qui ad audiendam missam venerunt; tunc demum orat pro his qui oblationes suas offerunt: QUI TIBI OFFERUNT HOC SACRIFICIUM LAUDIS. 34. Dicit quod pro laude Dei in primis offerunt, et postea: PRO SE SUISQUE OMNIBUS, PRO REDEMPTIONE

---

G2G1VO1P1O2 – 1 ET REGERE DIGNERIS] *inv.* d. e. r. G2   2 ut] in O1   2 per totum] per actu G1P1O2(*e corr. pro* peracto) pro actu O1   2 orbem] orbe P1 inorbem O2   3 unatam G1   4 TUO] *om.* G2   4 Petri] *om.* G2   5 quia] qui O1   5 sedet, *sed e. m. corr.* P1   6 est] *om.* V   6 catholicorum P1(*sed e. m. corr.*)V   6 Ideoque] ideo quia P1O2   6 Christus] ihesus O1   7 *hanc 1°*] *litt.* n *suppl.* O2   7 *petram* – cetera] et reliqua P1O2   8 in] *om.* O1P1O2   8 eidem VRb   9 antestite VO1P1 antesti, *a. m. corr. in* antistite O2   9 ILLO] *om.* VG1   10 nostro] *om.* G2   10 ipso] illo O1   10 debeamus O1   11 ipse] *litt.* se *suppl.* O1   12 DOMINE] *suppl.* G1   13 CIRCUMADSTANTIUM] quorum tibi fides cognita est et nota devotio *add. et in marg. a. m. adscr.* hic est P1   13 sacerdotes, *sed e. m. corr.* V   14 episcopo] pro *praep.* O2   14 missa O1O2   14-15 pro antistite – missam] *om.* G2   15 celebrat missam] *inv., sed cum sign. convers.* V   16 ille] non *add.* G2   16 oratus O2   16 est] *suppl.* O2   16 senioribus] sacerdotibus O1   17 orandum] est *add.* G1   17 sacerdus O2   18 famularumque] sive *praep.* O2   18 deprecat G1   19 memorari G2O2   20 circumstantium O1   21 circumadstant O1P1(*sed corr.*)O2   22 venerant O2   23 adferunt VO1Rb afferunt, *e corr. a. m.* P1   24 HOC] *suppl.* V   24 pro laude] per laudem O1   25 redemptionem O1

49. Item scribit: « MEMENTO, DOMINE, FAMULORUM FAMULARUMQUE TUARUM. Deprecamur Deum Patrem, ut memorare dignetur omnium ad officium missae, sive masculorum sive feminarum, advenientium, et quod dicit circumadstantium, ipsi sunt masculi et feminae quae circumstant ». Mihi vero videntur ipsi venisse qui circumstant; ⟨et⟩ quamobrem nullam distantiam facere illi [oportebat] inter illos et istos. 50. Postea facit aliquam distantiam inter famulos et famulas et circumstantes, ubi dicit: « Iam sacerdos oravit pro omnibus qui ad audiendam missam venerunt; tunc demum orat pro his qui oblationes suas offerunt ».

51. Nos vero ita et alias: MEMENTO, DOMINE, FAMULORUM FAMULORUMQUE TUARUM, id est uno modo amicorum et amicarum mearum, quorum spopondi memoriam nominatim habere in nostra missa, et quod postea addimus: ET OMNIUM CIRCUMSTANTIUM, tunc rogamus pro omnibus qui ad missam venerunt fidelibus. 52. Altero modo sic: MEMENTO, DOMINE, FAMULORUM FAMULARUMQUE TUARUM, id est eorum quibus ad illas ecclesias missam et baptisterium oportet quaerere in quibus praesumus, et in eo quod postea addimus: ET OMNIUM CIRCUMSTANTIUM, universalem ecclesiam conprehendimus; ac si aperte dicamus: Non solum rogamus pro his qui ad nostram parochiam pertinent, sed et pro omnibus ecclesiis quae in circuitu nostro degunt. 53. Tertio: MEMENTO, DOMINE, FAMULORUM FAMULARUMQUE TUARUM, eorum sive earum videlicet quorum elymosinis nostra ecclesia sustentatur, aut nos suscepimus vel suscipimus. ET OMNIUM CIRCUMSTANTIUM, eorum nempe qui similiter aliis ecclesiis tribuunt.

---

H – 17 quibus] qui 23 elymosinas

ANIMARUM SUARUM, PRO SPE SALUTIS ET INCOLUMITATIS SUAE, TIBI REDDUNT VOTA SUA AETERNO DEO VIVO ET VERO. Ideo offerunt quia vivo et vero Deo omnium fides circumadstantium, offerentium et non offerentium, cognita est et nota devotio. Omnes reddunt vota sua: vota dicuntur quae volenter promittuntur, quia libenter et volenter Deo vovere et reddere debemus.

35. COMMUNICANTES ET MEMORIAM VENERANTES IN PRIMIS GLORIOSAE SEMPER VIRGINIS MARIAE GENETRICIS DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI SED ET BEATORUM APOSTOLORUM AC MARTYRUM TUORUM. Communicare, hoc est participare; memoriam venerare, hoc est in memoria honorabiliter tenere quod sancta Maria virgo per adventum Spiritus Sancti genetrix facta est Filii Dei Iesu Christi Domini nostri, qui Deus et homo est, per quem Patrem supplicamus, et fidem communicare debemus, et credere quod, Spiritu Sancto veniente, Filius Dei natus est ex ea, et virginitas eius non est violata. 36. SED ET BEATORUM APOSTOLORUM AC MARTYRUM TUORUM. Apostolus dicitur in nostra lingua missus, martyr dicitur testis. Apostoli ideo dicuntur, quia a Christo missi sunt, martyres dicuntur, quia testes sunt quod Christus passus est pro nobis, et ipsi pro Christo.

37. HANC IGITUR OBLATIONEM SERVITUTIS NOSTRAE SED ET CUNCTAE FAMILIAE TUAE, QUAESUMUS, DOMINE, UT PLACATUS ACCIPIAS. Sacerdos oblationem suam atque cunctorum qui Domino famulantur, id est qui Domino serviunt, commendat, ut Domino placeat, et ipse nobis propitius sit. DIESQUE NOSTROS IN TUA PACE DISPONAS ATQUE AB AETERNA DAMPNATIONE NOS ERIPI ET IN ELECTORUM TUORUM IUBEAS GREGE NUMERARI. PER CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. 38. Pro eo quod sacerdos offert, populus debet orare ut sacerdos exaudiatur, ut omnium dies in pace disponantur, et ab aeterna dampnatione

---

**G2G1VO1P1O2** – 1 incolumnitatis O1 3 offerentium] *om.* O1 4 offerentium] afferentium P1 5-6 promittuntur – volenter] *om.* O1 5-6 libenter et volenter] *inv.* G2G1VRb 6 debeamus O1 8 ET] *om.* O1 10 est] *om.* O1 enim O2 10 participare] *e corr. pro lect. inc.* P1 10 venerari G2 11 in] *om.* V 11 memoria] memoriam V 11 honorabiliter] venerabiliter G2 honoraliter V 11 quod] eo *praep.* O2 12-13 Iesu – nostri] *inv.* d. n. i. c. G2 14 fide G1 17 a||postoli O1 18 dicuntur] dicitur‘ *sed corr.* O2 18 martyres] *post h. v. ras.*[6] O1 18 dicuntur *2°*] dicitur, *sed corr.* O2 21 placatas P1 22 suam] suorum G1 22 Domino] dominum G1 23 Domino placeat] *inv.* O2 24 propitiatus V 25 eripe O1P1O2(*sed a. m. corr.*) 26 gregem, *sed corr.* O2 26 numerare, *sed corr.* P1 27 quod] quo P1 27 exaudietur O1P1O2P2 28 pace] tua *praep.* O2 28 disponentur VO1O2 disponan G1 disponuntur P1 28 et] ut O2 28 ab] *suppl.* O2 28 damnatio e O1

54. Item scribit: « Pro eo quod sacerdos offert, populus debet orare, ut sacerdos exaudiatur, ut omnium dies in pace disponantur » et reliqua. Ubi nobis videtur velle illum significare mutatam personam esse, quasi presbyter dicat: HANC IGITUR OBLATIONEM SERVITUTIS NOSTRAE, usque ad locum ubi dicit: * UT PLACATUS ACCIPIAS, f. 65v
et postea populus dicat: DIESQUE NOSTROS, et sequentia huius textus. Nos vero ita tenemus, ut ipse qui orat ut oblationem placatus accipiat, idem orat ut dies nostri in pace divina disponantur et eripiamur a dampnatione aeterna.

---

**H** – 2 exaudietur 2 disponentur 8 nostris 9 dampnatione] temptatione

eripiemur, de qua Dominus Iesus Christus in fine mundi dicturus erit impiis: Ite *maledicti in ignem aeternum*, et cetera, et ad illum gregem electorum suorum per angelos sanctos numerari mereamur, cui dicturus erit: *Venite benedicti Patris mei*, et cetera.

39. QUAM OBLATIONEM, TU DEUS, IN OMNIBUS, QUAESUMUS, BENEDICTAM, ADSCRIPTAM, RATAM, RATIONABILEM, ACCEPTABILEMQUE FACERE DIGNERIS. Supplicat sacerdos ut illam oblationem, quam ipse pro se offert et pro populo, omnipotens Pater dignetur accipere benedictam et habere adscriptam, hoc est adsignatam, ut sibi placeat; ratam, hoc est iudicatam, ut dignam illam iudicet in conspectu suo offerri; rationabilem, id est iusta ratione plenam facere dignetur, quia tunc illi est acceptabilis, si recte credentes pro iusta ratione offerimus. 40. Iustum est postulare ut illa oblatio, quam nos rationabiliter offerimus, ut Pater omnipotens sanctificando faciat UT NOBIS CORPUS ET SANGUIS FIAT DILECTISSIMI FILII SUI DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. Patri dilectus est Filius, sicut ipse Pater testatus est de caelo, dicens: *Hic est filius meus dilectus*, et cetera; et nos eum diligere debemus, quia *ipse prior dilexit nos*, et passus est pro nobis.

41. QUI PRIDIE QUAM PATERETUR, ACCEPIT PANEM IN SANCTAS AC VENERABILES MANUS SUAS; ELEVATIS OCULIS IN CAELUM AD TE DEUM PATREM SUUM OMNIPOTENTEM, TIBI GRATIAS AGENS, BENEDIXIT, FREGIT, DEDIT DISCIPULIS SUIS, DICENS: ACCIPITE ET MANDUCATE EX HOC OMNES; HOC EST ENIM CORPUS MEUM. SIMILI MODO, POSTEA QUAM CENATUM EST, ACCIPIENS ET HUNC PRAECLARUM CALICEM IN SANCTAS AC VENERABILES MANUS SUAS, ITEM TIBI GRATIAS AGENS, BENEDIXIT, DEDIT DISCIPULIS SUIS, DICENS: ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES; HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS MEI, NOVI ET AETERNI TESTAMENTI, MYSTERIUM FIDEI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS

---

2 Cfr. *Matth.*, 25, 41 4 *Matth.*, 25, 34 17 *Matth.*, 3, 17 18 *1 Io.*, 4, 10

---

G2G1VO1P1O2 – 1 eripiamur G2O2 1 Dominus] noster *add.* VP1O2Rb 1 Iesus] *om.* G2G1 1 Iesus Christus] *om.* VRb 3 suum O1 4 *mei*] percipite regnum *add.* G2O1 8 ipse] ille P1 illi O2 8 offert – populo] *inv.* et p. p. o. G1 8 omnipotens] omnes O1 9-10 adsignatam – hoc est] *suppl.* G1 10 est] *om.* O1 11 offero ri, *corr. in.* offert ri G1 11-12 plenam – ratione] *om.* O1 12 illo G1 12 recta O2 14 ut *1°*] *om.* G2 14 faciat] fiat O1O2 (*sed corr.*) 15 sanguinis O1 15 tui G2(*sed e. m. corr.*)O2 15 DOMINI] dei *add.* V 16 patris G1 pater O2 17 hi G1 17 *est 2°*] *suppl.* O2 17 *dilectus*] est *add.* G1 20 PANEM] *suppl.* G2 21 IN] ad O1 23 DEDIT DISCIPULIS] dedis O1 24 HOC *1°*] eo P1O2 24 ENIM] *om.* O1 25 POSTEA] post P1O2(*sed corr.*) 28 EO] hoc G1VO1P1(*e corr.*) 28 ET] *suppl.* P1

EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HAEC QUOTIESCUMQUE FECERITIS, IN MEI MEMORIAM FACIETIS.

42. Quod intermisimus: Qui pridie quam pateretur, hoc est pridie quam ipse passus est pro nobis, voluit tradere discipulis suis corporis et sanguinis sui mysterium, ut illi traderent nobis. Quis umquam crederet quod panis in carnem potuisset converti, vel sanguis in vinum, nisi ipse salvator diceret, qui panem et vinum creavit, et omnia ex nihilo fecit. Facilius est aliquid ex aliquo facere, quam omnia ex nihilo creare. 43. Ipse salvator voluit corpus humanum suscipere et hominem Deo coniungere, ut *unus* fieret *mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus*; ipse voluit per nos panem et vinum offerri sibi, et ab ipso divinitus consecrari, et fidelem populum credere verum esse mysterium, quod ipse tradidit discipulis suis, dicens: Accipite et manducate ex hoc omnes. Similiter et de calice dixit: Accipite et bibite ex eo omnes. 44. Et quando oculos ad caelum levavit et Patri gratias egit, nos docuit quod nos Patrem semper supplicare debemus quod ille tam magnum sacramentum per manus nostras perficere dignetur. Et cum diceret: Haec quotienscumque feceritis, in mei memoriam facietis, iussit nos illius passionis memores esse. Quanta pro nobis sustinuit, omni tempore memores esse debemus, quando hoc sacramentum celebramus et eius misericordiae, non nostrae bonitati, fiduciam dare.

45. UNDE ET MEMORES SUMUS, DOMINE, NOS TUI SERVI, SED ET PLEBS TUA SANCTA, CHRISTI FILII TUI DOMINI DEI NOSTRI. Memores nos esse sacerdotes profitemur atque plebem memorem esse testa-

10-11 *I Tim.*, 2, 5

**G2G1VO1P1O2** – 1 EFFUNDETUR] *om.* V 1 remissione O2 3 intermissimus O1O2 3 pridie *2°*] uno die ante O1 5 sanguis, *sed corr.* O2 6 quod] que O1 6 carne 6 vel san quis, *litt.* vel san *e corr. pro lect. inc.* G1 6 sanguinis O2 6-7 vinum in sanguinem G2 8 Facilius] *litt.* ci *a. m. suppl.* G2 8 aliquo] *litt.* ali *suppl.* O2 9 ex] et G1 9 crearet O1 10 cum iungere G1 coniungerem O1 coniun|gere O2 10 ut] et, *sed corr.* O2 10 *hominum*] hominem G1 11 *Christus*] *post h. v. ras.*[4] O2 11 per nos] pro nobis VO1 11 vino O2 12 offert ri G1 12 ab] ad G1 12 ipso] est *add.* O1 12 divitus G1 divinitas (?), *sed corr.* O2 12 consecratum O1 12 crederet O2 14 ex hoc omnes] omnes ex eo V 14 hoc] eo G1O1P1(*e corr.*)O2Rb 14 calicem O1O2 15 eo] hoc VO1P1(*e corr.*)O2Rb 17 supplicere O1 17 deberemus, *e corr. a. m.* G2 17 ille] per manus *add., sed cancell.* O1 17 tam magnum] *om.* O1 18 nostris, *sed corr.* O2 19 illis O1 20 quata G1 20 memores] d *add. sed eras.* O1 22 non] *om.* O2 22 ponitati G1 bonitate O2 23 TUI SERVI] *inv.* G2 24 ples O1 24 DEI] *suppl.* O2 24-p. 318, 1 Memores – nostri] *om.* V 25 nos esse] *inv.* G1 25 memerem G1 memores O1P1O2 25 esse] *om.* O1O2

55. Item scribit: « QUI PRIDIE QUAM PATERETUR, hoc est ante pridie quam ipse passus est ». Ubi non intellegimus quid velit significare per ante pridie quam parasceve passus est, et pridie, id est priore die, cena Domini accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et reliqua. Forsitan vult dicere quod feria quarta Dominus cum discipulis recubuisset ad cenam. Quod absit, ut contra evangelicam veritatem ecclesiasticum morem aliquem recipiamus.

---

**H** – 2 quam] *a. m. suppl.* 3 per] pro 6 recubuiset, *litt.* cu *a. m. suppl.* 7 aliquam

mur Christi Filii tui Domini Dei nostri. Ideo sacerdotes fideliter memores esse debent, quia ipsi missam celebrant et sacrificium offerunt Christi exemplo instructi. Et scire debent quid celebrant, quia stulta postulatio est, si postulans nescit quod postulat. Plebs sancta ideo meminere debet, quia Christus non solum pro sacerdotibus passus est, sed et pro plebe. Sancta ideo dicitur, quia fide ac baptismo Christi percepto sanctificata est. 46. Modo indicat unde meminere debent, id est TAM BEATAE PASSIONIS, NEC NON ET AB INFERIS RESURRECTIONIS, NEC NON ET IN CAELOS GLORIOSAE ASCENSIONIS. Christi Filii Dei passionis memores esse debemus, quia pati dignatus est pro nobis; resurrectionis eius ab inferis memores esse debemus, quia animae iustae ab inferis per resurrectionem eius liberatae sunt; gloriosae ascensionis eius memores esse debemus, quia corpus humanum, quod adsumpserat, iunctum divinitati, sine ullius adiutorio, propria maiestate portavit in caelum. 47. Ideo diximus sine ullius adiutorio, ut intellegatur quod non hominum, nec angelorum, nec ullius creaturae vehiculo eum ascendisse in caelum, sed a Patris maiestate elevatus est; de quo dixit in evangelio: *Ego et Pater unum sumus.*

48. OFFERIMUS PRAECLARAE MAIESTATI TUAE DE TUIS DONIS AC DATIS HOSTIAM PURAM, HOSTIAM SANCTAM, HOSTIAM INMACULATAM, PANEM SANCTUM VITAE AETERNAE ET CALICEM SALUTIS PERPETUAE. Domine, omnium memores supradictarum bonitatum tuarum, offerimus tuae maiestati hostiam puram, hoc est corde puro, quia purum est corpus tuum, quod de hoc pane fieri credimus; hostiam sanctam, quia tu sanctificasti corpus tuum, quando hominem in Deum ad-

18-19 *Io.*, 10, 30

G2G1VO1P1O2 – 1 tui] *om., sed post vb.* filii *adscr.* dei P1  1 Dei] *om.* V  2 ipsi] ipsa O1 ipse, *sed corr.* O2  2 missa celebrat O1  3 instructi] instituti G1  3 quid] qui G2  4 postulatio] oracio *add.* G1  4 quod] quid G1V  4 ples O1  5 pro] *suppl.* O2  6 plebem O1  6 s||ca O1  7 praecepto P1  7 percepto sanctificata] praesanctifica O1  7-8 unde meminere] ut de-meminere O1  8 debet O1  9 NEC NON] sed P1  9 ET] *om.* G2  9 GLORIOSAE ASCENSIONIS] *inv.* G2  10 quia] quiae O1  10-12 pati – debemus quia] *om.* G2O1  11 eius] *om.* P1O2  11 memores esse] memorare P1O2  12 liberati, *sed corr.* O2  14 quod] *suppl.* V  14 divinitate O1 divinitatis P1  15 cęlo, *sed e. m. corr. in* cęlum G1  16 non] *om.* O1  17 illius, *sed e. m. corr.* O2  17 veiculum P1 vehiculum O2  17 caelum] credamus *add.* G1  17 sed] sede P1  18 a] ea G1  18 Patris] patre in G2  18 quo] qua ipse G2 qua G1(*ante h. v. ras.*)P1  18 *et*] *suppl.* O2  22 sanctam vide G1  23 supradictorum G1  24 corde] de cor G1  24 corde puro] *inv.* VO1  24 purum] purus G1  25 corpus] cor pur O1  25 fieri credimus] *inv.* O2  26 homine O1

56. Item scribit: « Ideo sacerdotes fideliter memores esse debent qui ipsam missam celebrant et sacrificium offerunt », et cetera quae secuntur in hanc praefationem. Nobis vero non libet planam viam deserere et spatiosam atque rectam, et intrare in asperam et tortuosam et angulosam. Ideoque haec dicimus, quia sensum quem planum potuit facere, valde angulosum fecit, hoc est UNDE ET MEMORES SUMUS, DOMINE, NOS TUI SERVI, SED ET PLEBS TUA SANCTA, CHRISTI FILII TUI DOMINI NOSTRI; qui sensus valde planus est, quoniam et servi Christi, sacerdotes videlicet, in memoria retinent Christi passionem et resurrectionem et ascensionem in caelos, et non solum sacerdotes, sed et plebs sancta, quae ad hoc venit ad sanctam ecclesiam, ut eadem sacramenta celebret.

57. Item scribit, ubi mentionem facit de ostia pura et sancta et inmaculata: « Et nunc sanctifica hunc panem, ut corpus tuum fiat ».

---

H – 6 angulosam 8 plenus 9 memoriam 12 ut] et, *sed corr.*

sumpsisti, et nunc sanctifica hunc panem, ut corpus tuum fiat; hostiam inmaculatam, quia tu sine macula peccati passus es pro nobis; 49. panem sanctum vitae aeternae, quia tu panis vivus es, qui de caelo descendisti, et corpus tuum in hoc pane a te sanctificato nos accipere voluisti, et per calicem passionis tuae nos sanguinem tuum sumere voluisti; tu sanctifica hanc hostiam, ut nobis corpus tuum et sanguis tuus fiat.

50. SUPRA QUAE PROPITIO AC SERENO VULTU RESPICERE DIGNERIS. Hoc deprecamur ut Pater sanctus supra dona a nobis offerta pio et blando vultu et claro dignetur respicere, id est videre. ET ACCEPTA HABERE, SICUTI ACCEPTA HABERE DIGNATUS ES MUNERA PUERI TUI IUSTI ABEL, ET SACRIFICIUM PATRIARCHAE NOSTRI ABRAHAE, ET QUOD TIBI OBTULIT SUMMUS SACERDOS TUUS MELCHISEDECH SANCTUM SACRIFICIUM, INMACULATAM HOSTIAM. 51. Accepta habuit Dominus munera Abel, quia quicquid optimum invenit obtulit Domino, et nos iusta munera et munda Deo mundo corde offerre debemus. Abraham filio suo Isaac non pepercit sed, oboediens iussioni Domini, offerre eum voluit. Melchisedech primus sacerdos Domino panem et vinum obtulit, et ideo scriptum est in psalmo: *Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.* 52. Quia sicut Melchisedech panem et vinum, ita et Christus in passione sua corpus et sanguinem suum obtulit Deo Patri pro nobis, et in pane et in vino passionis suae mysterium nos imitare voluit, quando discipulis suis dans panem ac calicem dixit: Hoc est corpus meum, et Hic est calix sanguinis mei. 53. Et nos supplicare debemus, ut, sicut supra dicto-

---

14-19 Cfr. *Gen.* 4, 4; 22, 1-18; 14, 18-20 19-20 *Ps.* 109, 4

---

G2G1VO1P1O2 – 1 nunc] hunc, *sed litt.* hun *expunx.* O2 1 sanctifica] sanctificata O2 2 peccati] *suppl.* G1 2 es] est G1V(*sed corr.*) 3 tu] *om.* V 4 discendisti P1 5-6 et per – voluisti] *om.* O1 6 hanc] *om.* G1 6 vobis G1 7 sanguinis O1 7 tuus] *om.* G1 *litt.* u *2° supra ras.* P1 8 QUAE] *suppl.* G1 8 AC] hac, *litt.* c *suppl.* O1 8 SERENO] *litt.* sere *suppl.* G1 8 respice G1 8 DIGNERIS] *om.* G2 9 deprecamus G1 9 sancti G1 10 bando G1 plando O1 10 respice G1 10 id est] eidem O2 11 SICUTI] et O1 11 HABERE *1°*] habeas V hebere O2 11 ES] *e. m. suppl.* G2 12 nostre O1 12 habrae O1 13 tuos, *sed corr.* O2 13 melhiset hec O1 15-16 Abel-munera] *om.* O1 16 mundam O2 17 filio] *suppl.* G1 17 Isaac] *om.* O1 17 non perperat(*sed corr.*) isaca G1 17 iussione O1P1 18 melhiset hec O1 19 salmo O1 20 *secundum – Melchisedech*] et cetera V 20 *Melchisedech 1°*] mel chised hec O1 20 Quia] qui O1 20 Melchisedech *2°*] mel hi sed hec O1 21 et *2°*] *om.* G1 22 Deo] *om.* G1 22 in *2°*] *om.* G2P1 23 imitari G2 imitate G1 24 pane O2 24 ac] aut O2 24 est *2°*] *om.* O1 25 ut] nos *add.* V

58. Et iterum: « Tu sanctifica hanc ostiam, ut nobis corpus tuum et sanguis tuus fiat ». Hoc nos totum anticipamus in eadem oratione in eo ⟨verbo⟩ loco, ubi dicit: Acceptabilemque facere digneris, ut nobis corpus et sanguis fiat dilectissimi Filii tui. Et ubi ipsius verba Domini dicuntur: Accipite et manducate ex hoc omnes; hoc est corpus meum; ibi credimus de simplici pane fieri corpus Domini, * et ubi dicitur: Hic est calix sanguinis mei, ibi de simplici vino et aqua sanguinem Domini. 59. Praecipue in commemorato loco non dicitur: ut fiat, sed: panem sanctum vitae aeternae dicitur et reliqua, et paulo post: ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum Filii tui corpus et sanguinem sumpserimus. Ubi intellegi datur non inchoandis fieri sed esse. f. 66r

**H** - 2 oracionem 8 dicatur 10 quodquod 10 oc altare

rum patrum accepta Deo fuerunt munera, ita fiant et nostra. SUPPLICES TE ROGAMUS, OMNIPOTENS DEUS, IUBE HAEC PERFERRI PER MANUS SANCTI ANGELI TUI IN SUBLIME ALTARE TUUM IN CONSPECTU DIVINAE MAIESTATIS TUAE. Humiliter postulamus ut munera nostra, super hoc altare, quod videri potest, offerta, Pater iubeat caelestis per manus sancti angeli sui perferri in illud altum altare ante divinam maiestatem suam, quod oculis nostris videre non possumus, quia corporale non est sed spiritale. Et sicut nos divinam maiestatem Patris investigare non possumus, ita nec ea quae in conspectu eius sunt debemus investigare, sed potius credere. 54. UT QUOTQUOT EX HAC ALTARIS PARTICIPATIONE SACROSANCTUM FILII TUI CORPUS ET SANGUINEM SUMPSERIMUS, OMNI BENEDICTIONE CAELESTI ET GRATIA REPLEAMUR, PER CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM. Orare debemus Patrem caelestem, ut omnes qui ex ipsius altari supra quod nos offerimus Deo Patri in commemorationem filii sui Domini Dei nostri Iesu Christi corpus et sanguinem praedicti Filii Dei sumpserimus, omnem benedictionem caelestem accipere mereamur per ipsum Christum Dominum nostrum.

55. NOBIS QUOQUE PECCATORIBUS, FAMULIS TUIS, DE MULTITUDINE MISERATIONUM TUARUM SPERANTIBUS PARTEM ALIQUAM ET SOCIETATEM DONARE DIGNERIS CUM TUIS SANCTIS APOSTOLIS ET MARTYRIBUS VEL OMNIBUS SANCTIS. Haec omnia sacrificia ideo sunt offerta, tam a sacerdote quam a populo, ut omnipotens Deus peccata nostra non reputet, sed cum sanctis suis nobis portionem tribuat. 56. INTRA QUORUM NOS CONSORTIUM NON AESTIMATOR MERITI SED VENIAE, QUAESUMUS, LARGITOR ADMITTE. Hoc rogamus, ut ipse qui dixit: *In quacumque die* peccator *conversus fuerit* et paenitentiam

---

27 Cfr. *Ez.*, 33, 12

---

G2G1VO1P1O2 – 1 patrum] *om.* G1 1 domino G1 1 fiunt O1 1 et] *om.* O2 2 terrogamus O1 2 rocamus G1 4 maiestati O1 5 super] *litt.* su *suppl.* G1 5 hoc] G1 5 videri] *litt.* de *suppl.* O2 5 offerte O1 6 sancti] *om.* G2V 8 quia] quod O1 8 acorporale O1 9 investagare O1 9-10 non possumus – investigare] *om.* G2O2 9 possimus G1 10 quodquod O2 11 altares, *sed a. m. corr.* P1 11 PARTICIPATIONE] *litt.* ci *suppl.* O2 11 sacrosanctam O1 11 TUI] *suppl.* V 12 suum pserimus G1 sumserimus O1 12 OMNI] moni G1 12 benedictionem O1O2(*sed. corr.*) 13-18 Orare – Dominum nostrum] *in marg. suppl.* O2 14 omnis O1 14 ipso, *sed e. m. corr.* V ipsi (?) O1 14 altaris G1O1 15 nos] *om.* G2 15 patris G1 15 commoracione G1 15 Dei] *om.* G1O2 16 iesus christus O1 16 praedisti O1 17 omnis G1 17 omni benedictione caelesti G2O2 20 societatum G1 22 ideo] *erad. corr. in* deo O2 23 tam a] *om.* G1 23 sacrei dote G1 24 reputat O1 24 nobis] *suppl.* G1 25 AESTIMATOR] stimate O1 26 veneę G1 26 admittas P1 26 qui] *om.* G2 27 *conversus*] confessus O1

egerit, omnia peccata eius in oblivione erunt coram me, non retributionem peccatorum aestimet, sed ipse sit veniae largitor, et intra sanctorum societatem nos mittat, PER CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM.
57. PER QUEM OMNIA HAEC dona ille creavit, ipse sanctificet, et benedicat, et praestet nobis, ut per Christum, per quem facta sunt omnia, et in Christo, in quo facta sunt omnia, et [cum Christo,] cum quo facta sunt omnia, quia coaeternus est Patri, semper gratias referamus Patri per omnia saecula saeculorum. Amen.

---

G2G1VO1P1O2 – 1 egeret, *sed corr.* O2 2 et] *suppl.* O2 3 sotietatem sanctorum G1 3 DOMINUM NOSTRUM] *suppl.* P1 4 OMNIA HAEC] *inv.* G1 4 et] *suppl. a. m.* G2 5 praestet] pres, *a. m. corr. in* prestas V presta O1 5 ut] *om.* V 6 Christo] ipso *a. m. adscr.* O2 6 in quo facta sunt omnia] *om.* O2 6 et *2°*] *delev.* O2 6-7 et *2°* – omnia] *om.* O1 6 cum quo] cumque G1 7 quia coaeternus] qui coaeterit ius G1 qui quo eternus O1 8 Amen] *om.* G1

60. Item scribit: « PER CHRISTUM DOMINUM NOSTRUM, PER QUEM HAEC OMNIA BONA illa creavit, ipse sanctificet et benedicat, et praestet nobis, ut per Christum, per quem facta sunt omnia, et in Christo, in quo facta sunt omnia, et [cum Christo], cum quo facta sunt omnia, quia et coaeternus est Patri, semper [gratias referamus Patri] per omnia saecula saeculorum ». Nos vero non valentes ea exponere ut oportet, igitur ortamur fraternitatem tuam quod Salomon ait: *Melius est ire ad olera cum caritate, quam ad vitulum saginatum cum iurgio.* 61. Verum in hac scriptione neque diximus, neque dicere propositum habemus aliquid, quod non cupiamus ab eruditis corrigi, ubi oportet, et ubi non oportet, fraterna dilectione precamur ne propter invidiam scintilla alicuius humilis cordis extinguatur. Potens enim Deus per quemcunque vult servorum suorum ministrare magna sive parva. 62. Qua de re ponamus super his quae dicta sunt, ab eo loco ubi dicit: PER QUEM HAEC OMNIA, DOMINE, BONA, usque ad locum PER OMNIA SECULA SECULORUM, a nobis intellecta; quae si alicui placuerint, agat una mecum Deo gratias, et si displicuerint, corrigat ea quae corrigenda sunt, et sanctae fidei catholicae concordanda non velit extinguere, quoniam quidem saepe contingit ut ea quae doctiores parvi pendunt, inferiores pro magno munere sumant.

63. Deinde vero coeptum iter pergamus. PER QUEM HAEC OMNIA, DOMINE, BONA CREAS, hoc est per Christum omnia quae obtutibus nostris praesentata sunt et quae non videmus, si tamen creata sunt, per illum creata sunt omnino omnia bona, et quae in primordiis creaturarum creata sunt, et quae cotidie creantur. 64. Unde orat propheta David, postquam peccavit, dicens: *Cor mundum crea in me, Deus*, et iterum: *Emitte spiritum tuum et creabuntur.* SANCTIFICAS, ea quippe quae creas, sancta facis; * VIVIFICAS, vivere facis; BENEDICIS, be- f. 66v
neficiis aeternis coaptas; ET PRAESTAS NOBIS, quoniam spes nostra non confundetur, quando recipiet benedictionem caelestem, quae modo promittitur.

---

8-9 *Prov.*, 15, 17 (... vocari ad olera ... cum odio) 26-27 *Ps.* 50, 12 28 *Ps.* 103, 30

---

H – 9 scripcio 10 propositum] prae sotum 12 scentilla 12 corda 14 de] *suppl.* 17 displicuerit, *sed corr.* 19 contigit 20 mune sumunt 22 ceptum 25 quae] *suppl.* 29 sancta facis] *litt.* a facis *a. m. in ras. et in marg.* 29 vive 31 confundentur 31 quem

65. ALITER. Per Filium OMNIA BONA CREAS, ut sint; SANCTIFICAS, id est sancta, sana et integra perficis, ut maneant; VIVIFICAS, tribuis ut vivant, quia *quod factum est*, testante evangelista, *in ipso vita erat;* BENEDICIS, ut quod manet et vivit multiplicetur; sic enim scriptum est: *Benedixit eis dicens: Crescite et multiplicamini.* Quis aut quibus benedixerat in Genesi scriptum est. 66. PRAESTAS NOBIS, ut Apostolus ait, omnia nostra sunt. *Omnia*, inquit, *vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive praesentia, sive futura; omnia enim vestra sunt, vos autem Christi, Christus vero Dei.*

67. ITEM. SANCTIFICAS praesentem oblationem per ministeria sacerdotum in oratione secreta, quam postea VIVIFICAS, quando dicit sacerdos: UT NOBIS CORPUS ET SANGUIS FIAT DILECTISSIMI FILII TUI DOMINI DEI NOSTRI. Ipse enim dixit de se: *Ego sum panis vivus qui de caelo discendi.* BENEDICIS, quando dicit: QUOTQUOT EX HAC ALTARIS PARTICIPATIONE SACROSANCTUM FILII TUI CORPUS ET SANGUINEM SUMPSERIMUS, OMNI BENEDICTIONE CAELESTI ET GRATIA REPLEAMUR. PRAESTAS NOBIS, quando idem sacrosanctum corpus dans ad manducandum tu omnia haec agis quae, operante in nostro ministerio spiritu tuo, omnia haec ad profectum nobis veniunt.

68. ITEM. Per ipsum filium tuum, PER QUEM OMNIA CREAS, SANCTIFICAS creaturam tuam, quando dicis: *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* Et cum ipso VIVIFICAS, id est cum filio, sicut [per] apostolum tuum nobis nuntias: *Cum enim Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria*, et iterum: *Si enim mortui sumus cum Christo, credimus quia simul vivemus cum eo.* 69. Et in ipso BENEDICIS, quoniam quicumque in corpore Christi invenientur, in futuro iudicio vocabuntur nomine benedicti, dicente eodem Christo iudice de ipso: *Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: * Venite* f. 67r *benedicti Patris mei.* ET PRAESTAS NOBIS, quod ipse promisit, possidere paratum nobis regnum ante constitutionem mundi, ut tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus Sancti ab omni corpore eiusdemque Christi honor et gloria referatur PER OMNIA SECULA SECULORUM. 70. Ut quod sancti angeli, postquam creati sunt, egerunt, et sancti electi patres [ab] Abel iusto, et deinde sine fine nos, qui

---

3-4 *Io.*, 1, 3-4 5-6 *Gen.*, 1, 22-28; 9, 1-7 7-10 *I Cor.*, 3, 22-23 14-15 *Io.*, 6, 41. 52 22-23 *Lev.*, 11, 44 24-25 *Col.*, 3, 4 25-26 *Rom.*, 6, 8 29-30 *Matth.*, 25, 34

---

H – 5 ei 5 qui 6 genesis 13-14 FILII TUI] *suppl.* 14 de] *suppl.* 15 quod quod 18 praesta 20 prophetum 22 toste 35 patris

58. Praeceptis salutaribus moniti. Christi praeceptis, quae salute sunt plena, quia ipse est salus aeterna, sumus ammoniti et iussi.

---

G2G1VO1P1O2 – 1 precepti O1 2 salus] et *add.* V 2 sumus] simus V *om.* O1

adhuc emergimur misericordia redemptoris nostri, sine fine cum illis agamus, sane per omnia secula seculorum.

71. In praesenti ecclesia celebratio ita potest intellegi, quatenus Deo dignas gratias patriarchae, patres nostri, et apostoli, et ii qui ex his nati sunt, retulerunt, ita et nos, filii eorum, referendas esse studeamus. Secula dicimus, sicut legimus, unius hominis vitam. Unde scribit Hieronimus: « *Et ultra*, inquit, *non eris in sempiternum*, sive ut in ebraico LOLAN et in greco EωN scribitur, unum seculum significat, iuxta illud Isaiae, qui post LXX annos dicit Tyrum restituendum in integrum statum. 72. Aiunt autem unum seculum, id est humanae tempus aetatis, LXX annorum numero supputari, psalmista dicente: *Dies annorum nostrorum in ipsis LXX anni* ». Vel, ut alio modo dicam, si hodie nati sunt centum, sive mille, vel amplius quid, quotlibet fuerint infantes, quisquis eorum superstes extiterit aliorum, eorum videlicet qui eodem die nati sunt, quando et ipse, eius vita seculum dicitur. Et ideo nos possumus dicere: Per omnia secula seculorum, sicut leguntur caeli caelorum, ut est illud: *Laudate eum caeli caelorum*, id est caeli superiores inferiorum caelorum, ita et secula priora seculorum novissimorum. 73. Merito namque secula patrum nostrorum secula seculorum nostrorum oportet esse, quoniam ex ipsis carnem ducimus, eorum laboribus fruimus, eorum libros legimus, eorum exemplis properamus ad vitam. Quare per omnia secula seculorum eum deprecamur, quem patres nostri, in quibus intellegimus omnia secula dici velle, et filii eorum, in quibus genetivum pluralem seculorum ponimus, orarunt, ut eorum exempla imitando ad eorum consortium venire mereamur.

74. Item scribit: « PRAECEPTIS SALUTARIBUS MONITI. Christi praeceptis, quae salute sunt plena, quia ipse est salus aeterna, sumus ammoniti et iussi ». * O quam dulcis sententia et quam optabi- f. 67v
lis ammonitio, si diceret quo in loco missae haec salutaria praecepta continerentur. 75. Sed quia iste tacuit, nos pro bona voluntate interrogemus magistros, si forte in locis quibus dixerimus, ordo iste maneat; id est primo, si teneatur in epistola, quae praedicatione Dei

7 *Ez.*, 26, 21 9-10 *Is.*, 23, 15-17 12 *Ps.* 89, 16 17-18 *Ps.* 148, 4

7-12 *Commentaria in Ezechielem*, l. VIII, c. 26, PL, 25, p. 246B

**H** – 4 hii 8 ebracio 9 iusta 9 annorum 10 autem] enim 12 dicent 12 ipsi 12 annis 14 quodlibet 23 nostris 26 inmitando 29 obtabilis 30 sic liceret 30 apraecepta 32 magistre 33 praedicacionem

59. Et divina institutione formati, id est formam et exemplum a Christo Domino nostro accepimus, et ausi sumus orare, sicut ille docuit discipulos suos, et patrem nostrum credimus in caelo esse, qui nos creavit, et dicimus: Pater noster, qui es in caelis. Christus dixit post resurrectionem suam: *Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum*. Aliter dixit patrem suum, aliter patrem nostrum; patrem suum quia proprius filius. Filius est patris, ex substantia patris ante omnia tempora [1] genitus, patri coaeternus; pater noster est ideo, quia nos creavit in tempore, et nos filii sumus sui adoptivi, et hereditatem caelestem Patris nostri caelestis possidere debemus, si operibus implemus quae perceptione fidei spopondimus.

60. Caelum a celando dicitur eo, quod celat divina secreta. Aliter. Caelum a celsitudine dicitur eo, quod altius est rebus terrenis. Nos autem ideo dicimus: Pater noster qui es in caelis, ut credere nos ostendamus in Patrem caelestem, et sicut filii praecepta

---

5-6 *Io.*, 20, 17

---

7-8 Cfr. Symbolum *Quicumque*, vers. 29

---

**G2G1VO1P1O2(–8)F(8–)** – 1 iustitione G1   1 et *2°*] *om.* VO2   2 accipimus, *sed corr.* O2   3 ille] *om.* G1   3 et] *om.* G1   4 dicimus] amen *add.* O1   4 christi G1   5 dicit O1   6 dixit patrem suum] *inv.* p. s. d. G1   7 proprius] propitius, *sed corr.* O2   7 filius *1°*] *om.* G1 *ante h. v. ras.*[1] O2   7 Filius *2°*] *om.* O1P1O2   7 Filius est] *inv.* G1   7 ex] et V   8 tempora] secula O1   8 genitus] Pater noster qui es in caelis. Uni *adscr. praep.* F; *de quibus verbis v. codicis descriptionem*   8 patri] *om.* O1   9 est ideo] *inv.* G1   9 quia] qui O1(*sed corr.?*)G1(*sed corr.*)   9 sui] *om.* O1   10 patres O1   10 possedere O1   11 quae] quod in G1Rb quia VO1P1F   11 praeceptione O1   11 fidei] filii ih(?) O1   11 spopondimus] *litt.* po *1°*] *suppl.* P1   12 a *1°*] ad O1   12 celat] celebera, *corr. in* celibera O1   12 divina] ac *add.* G1   12 - p. 334, 8 divina – Libera] *om.* O1   13 altior G1V   13 est] sit G2   14 ideo] deo *add.* G1   14-15 credere nos] *inv.* G1   15 nos] *om.* P1   15 in] *om.* G2   15-p. 332, 1 praecepta patris sui] *inv.* pa. s. pr. F

servorum et omni salute plena [est]; deinde, si teneatur in evangelio, quod Christus salvator praedicavit; et ideo, quae dicantur salutaria praecepta, quoniam salvator noster salutaria omnia ministravit plene, et in lectione et in evangelio.

76. Sequitur: « Et divina institutione formati, id est formam et exemplum a Christo Deo nostro accepimus ». Unde similiter dico concupiscentiam me habere audiendi quam formam et quod exemplum nominare vellet, aut in quo toto ordine missae staret haec divina institutio, sed, quia tacet, interrogemus magistros iterum, si vellent tenere ordinem supradictae divinae institutionis in loco ubi dictum est: Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas et cetera, et haec eadem sit divina institutio, quoniam Christus ante traditionem suam hanc docuit discipulos suos, qualiter ageretur in futura ecclesia. Cui statim adnectitur: Haec quotienscumque feceritis, in mei memoriam faciatis. Sane non abhorret a vero, si sic recipitur.

77. Sequitur: « Ausi sumus orare », quod nos similiter dicimus. Fas enim est, qui sursum tenet cor ad caelestia, et dignus est informari sacramento corporis Domini et calice sanguinis eius, ut audeat Patrem caelestem invocare, quoniam ei Christus dixit: *Unus est enim pater vester, qui in caelis est.*

78. Item scribit: « Caelum a celando dicitur sive celsitudine ». Nos vero dicimus: Caelum a celatura dictum est, id est pictura; eius namque pictura stellarum varietas constat esse.

79. Post hanc vero orationem dominicam exponit eius sequentia catholice et utiliter, sed non dicit qua ratione hae preces coniungantur ei. Quapropter ea parumper tangamus.

---

26-27 *Matth.*, 23, 9

---

**H** – 7 concupiscencia 14 ecclesie 16 aborretavero 18 cor ad] corda 19 calicem 23 a] ad 26 coniungantur] coniuncti lungantur

patris sui implere cupiunt, ita et nos ipsius praecepta implere, et ad caelum semper tendere desideremus. SANCTIFICETUR NOMEN TUUM, hoc est ut nos digni simus nomen sanctum eius tenere in cordibus nostris, ut, sicut angeli sancti qui in caelo sunt, sciunt et intellegunt sanctitatem nominis sui, ita et nos, qui in terra sumus, ipso adiuvante, sanctitatem eius mereamur cognoscere, ut, sicut in caelo, ita et in terra sit nomen eius sanctificatum. 61. ADVENIAT REGNUM TUUM, hoc est ut nos regnum eius et potentiam eius mereamur cognoscere, et ut iam propter peccata nostra diabolus non regnet super nos, sed ipsius regnum adveniat, sicut in evangelio scriptum est: *Regnum Dei intra vos est.* FIAT VOLUNTAS TUA SICUT IN CAELO ET IN TERRA, hoc est ut eius voluntatem, sicut illi qui in caelo sunt, faciunt, ita et nos, qui in terra sumus, faciamus. Terra a terendo dicitur, eo quod pedibus teritur. 62. PANEM NOSTRUM COTTIDIANUM DA NOBIS HODIE. Panis apud Grecos, in nostra lingua omnis interpretatur, et nos oramus ut omnipotens pater omnem victum spiritalem ac carnalem nobis largire dignetur omni tempore. 63. ET DIMITTE NOBIS DEBITA NOSTRA, SICUT ET NOS DIMITTIMUS DEBITORIBUS NOSTRIS. Nihil enim iniustum facit, qui sibi debenti debitum requirit, sed si omnipotens Deus a nobis omnia debita nostra requirit, nullus sine debito invenietur, et ideo debemus debitoribus nostris debita dimittere, ut nobis omnipotens nostra dimittat, quia ipse dixit: *Si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris* nec pater vester caelestis remittet vobis peccata vestra, et alibi: *Auferuntur de regno eius omnia scandala*, et iterum: Sacrificium non recipitur si cum scandalo offertur, sed ante

---

10-11 *Luc.*, 17, 21 22-24 Cfr. *Matth.*, 18, 35 24-p. 334, 2 *Matth.*, 5, 23-24

---

G2G1VO1P1F – 2 desideremus] *litt.* de *2° a. m. suppl.*; *e. m. corr. in* desiramus G1 4 angeli sancti] *inv.* F 4 sancti] sci, *litt.* ci *suppl.* G1 5 sui] eius G2 6 agnoscere G2 7 sanctificetur G1 8 eius *1°*] *om.* F 9 peccata nostra] *inv.* G2G1P1F 9 regnat P1 11 inter VP1F 12 voluntate P1 12 sunt] sicut G1 13 facimus, *sed corr.* G1 13 ad terendum F 13 terendo] terrendo, *sed corr.* P1 14 teritur] territur, *sed corr.* P1 et conculcatur *add.* F 15 omne G1 15-16 et nos – pater] *in marg. suppl.* P1 15 oremus V 16 omne V 16 largiri G2 18 NOSTRIS] *e. m. suppl.* G2 18 Nihil] et *praep.* G1 18 facit] fiat cit G1 19 qui sibi] omni F 19 debenti] debiti V debendi P1 18 requirit] quierit G1 18 requirat, *sed corr.* P1 19-20 sed si – requirit] *om.* G2 19 a] *om.* G1VF 19-20 nobis omnia] *inv.* G1 20 debito] dubio P1 20 invenitur P1 21 debemus] nos *praep.* G2G1P1F 21 omnipotens] deus *add.* G1 22 nostra] peccata *add.* F 23 vobis] nobis G1 24 nostra G1 24 *Auferuntur*] auferentur G2G1 offeruntur P1 24 scanda P1 25 item G2G1P1 25 scandala F 25 offeritur G2

altare dimitti iubetur, usque dum reconcilietur fratri suo et tunc offerri mundo corde. 64. ET NE NOS INDUCAS IN TEMPTATIONEM, hoc est ne intremus in illam temptationem in qua diabolus nos temptat, et ei consentiamus, sed Dominus ipse nos defendat, ne inducamur in temptationem diabolicam; quia si Dominus nos dimittit, statim introducimur in laqueum diaboli; et ideo postulamus ut ipse nos liberet a malo, hoc est ab omni impugnatione diaboli.

65. LIBERA NOS, QUAESUMUS, DOMINE, AB OMNIBUS MALIS PRAETERITIS, PRAESENTIBUS ET FUTURIS. Hoc postulamus, ut ipse nos ab omnibus malis liberet, qui nos bonos et mundos creavit, in quo nullum est malum. Praeterita sunt quae iam ante peccantes commisimus, et ideo flagella sustinemus; praesentia sunt quae cotidie committimus; futura sunt quae adhuc, diabolo suadente, advenire possunt. Et ideo oramus ut ab omnibus liberemur, quia ante conspectum Dei nulla sunt praeterita nec futura, sed omnia sunt praesentia.

66. INTERCEDENTE PRO NOBIS BEATA ET GLORIOSA SEMPER VIRGINE DEI GENETRICE MARIA ET BEATIS APOSTOLIS TUIS PETRO ET PAULO ATQUE ANDREA. Invocamus nobis in adiutorium genetricem Dei quae virgo fuit ante partum, virgo in partu, virgo post partum, et beatos apostolos, qui nobis haec mysteria celebranda tradiderunt, ut intercedant pro nobis, quia nos ipsi digni non sumus de praeteritis ac praesentibus veniam promereri, nec de futuris cautelam, nisi nobis eorum oratione donetur. 67. Iam oravimus ut liberemur a malis; nunc oramus ut, praedictis sanctis intervenientibus, ipse donet pacem PROPITIUS IN DIEBUS NOSTRIS, qui potens est a malo liberare: pacem a temptatione diaboli, ne inducamur in eam; pacem

---

G2G1VO1P1F – 1 reconciliet P1 2 munde G1 3 illa P1 3 illam temptationem] *inv.* G2 4 ei] non *add.* V 4 consenti emus, *sed corr.* P1 4 induamus, *sed a. m. corr.* V 5 Dominus] deus G2V *om.* G1 5 dimittat G1 6 introducamur G1 introcimur P1 6 ut] et F 7 diabolica G1 P1(*e corr. pro* diabolicam)F 9 Hoc] est *add.* G2O1 10 bonos] bona vel G1 *om.* O1 10 bonos et mundos] *inv.* F 10 mundo, *sed e. m. corr.* O1 11 est malum] *inv.* G1 11 iam] *om.* O1 11 antea G1 12 quae] *om.* O1 13 sunt] *post h. v. ras.*[5] G2 13 adhunc, *sed corr.* V 13 succedente P1 14 ut] ait O1 14 ab] ad G1 14 quia] qui O1 14 conspectu G1O1 15 sunt] *om.* G1 17 semperque O1 18 getrice O1 19 ATQUE ANDREA] *om.* O1 19 vobis O1 19 genetrice O1 19-20 genetricem Dei] *inv.* V 20 quae] *post h. v. ras.*[4] G1 qui, *a. m. corr. in* quę P1 20 fuit] dei O1 20 partu] partum O1 21 beatus apostolus O1 21 haec] *om.* P1F 21 mysteria] *om.* O1 23 de] *om.* G1 24 orationibus G2 orationem O1 25 oremus P1F 26 donec G1 26 PROPITIUS] da *praep.*, pacem *add.* VO1Rb 27 diaboli] donet *add.* V 27 indicemur O1 inducemur P1 27 eam] ea G1 27 pacem] temtemptacione G1

* 80. Populus respondet orationi dominicae: Sed libera nos a malo et presbyter continuo deprecationem populorum adfirmat dicens: Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, atque exponit tempora nostra, in quibus solemus peccare, id est praeterita, praesentia et futura, in quibus omnibus peccamus, et pro eis omnibus quae in eis committimus, presbyter ammonet orare. Ac si aperte dicat: Iterum atque iterum vos ammoneo clamare: Libera nos, Deus noster, ab omnibus malis nostris. f. 68r

81. Sic enim scribit Iohannes in Apocalipsi sua: quatuor animalia et seniores post laudationem omnis creaturae Deo amen dixisse, et adorasse, *et omnem*, inquiens, *creaturam quae est in caelo, et in terra, et sub terra, et in mari,* [*et*] *quae sunt in eis, omnes audivi dicentes in throno sedenti et agno: Benedictio, et honor, et claritas, et potestas in secula seculorum. Et quatuor animalia dicebant: Amen, et seniores ceciderunt et adoraverunt.* 82. Innumerabilia populorum ad ecclesiam confluentium Deum laudant, cui data est omnis potestas in caelo et in terra; et quatuor animalia dicebant: Amen, et seniores ceciderunt et adoraverunt, populis in ecclesia Domini laudes resonantibus. Doctores item confirmant et exempli gratia omnes simul adorant, agnum videlicet *qui occisus est, et dignus est accipere virtutem, et potestatem, et sapientiam,* [*et*] *fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem* in secula seculorum. Amen.

---

11-16 *Apoc.*, 5, 13-14 20-22 *Apoc.* 5, 12 (Dignus est Agnus qui occisus est accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam...)

---

**H** – 7 clammare 10 omni 18 populus 20 occissus

a malis hominibus, ne patiamur flagella eorum. 68. Ut ope misericordiae tuae adiuti, hoc est ut, Dei adiutorio adiuti, a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi, hoc est ut, peccatis nostris dimissis in praesenti seculo, non perturbemur, iterum peccantes, nec in die iudicii aeternam patiamur perturbationem. Per Christum Dominum nostrum.

69. Pax Domini sit semper vobiscum. Christus est pax aeterna, qui nos reconciliavit Patri per passionem suam, ne propter peccatum primi hominis in inferno detineremur. Hoc orat sacerdos, ut illa pax cum populo permaneat, et omnes concordes faciat, ut pacifice cum Christo mereamur in caelo regnare. 70. Et ideo tunc facimus pacem, ante quam corpus et sanguinem Domini sumamus, ut concordiam inter nos habere ostendamus, et cum concordia corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi in corpora nostra suscipiamus; quia sine concordia digni non sumus sanctam communionem accipere, quia munera nostra, si discordiam habemus cum proximis nostris, ante quam reconciliemur, a Deo non recipiuntur.

71. Tunc orat clerus cantando: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus dicitur propter innocentiam, quia nulli hominum nec bestiarum nocet, et, dum ad victimam ducitur, occidentem se non ledit, sed occisorem suum post occisionem suam reficit. Ita et Christus nullum lesit, sicut apostolus dixit: *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius*, sed post passionem

---

22-23 *I Pet.* 2, 22

---

G2G1VO1P1F – 1 homnibus, *sed corr.* G1  2 tuae] *om.* O1  4 peccatis] a *praep.* P1F  4 praesente O1  4 non] ne G2  4 perturbemur] *litt.* per *e. m. suppl.* G2 perturbentur O1  5 peccantes] precantes G2V  5 nec] ne F  5 dies O1  5 patiemur O1  5 patiamur perturbationem] poenam patiemur V perturbationem patiemur P1  6 Per – nostrum] *om.* O1  6 Christum] *om.* VP1  6 Dominum nostrum] *om.* G2  6 nostrum] *om.* P1  7 est] *suppl.* P1  7 est pax] apax O1  7 pax aeterna] nostra(*in ras.*?) G1  8 passionem] cossionem, *sed a. m. corr.* G1  8 ne] nec G1 e O1  9 in] *om.* V  9 inferne V  9 deteneremur VO1  9 Hoc orat] horat P1  10 omnis O1  10 cum cordes O1  10 faciet V  10 pacificati G2  11 ideo tunc] itetunc O1  11 nunc V  12 quam] *om.* O1  12 et] aut G1  12 Domini] iesu christi *add.* F  12-14 sumamus – Domini] *om.* P1  12 concordiam] concordes nos G1 nos *add.* O1  13 habere] concordiam *add.* G1  13 concordia] cordia O1  15 sanctum V  16 quia] quę, *sed a. m. corr.* P1  16 nostra] *om.* P1F  17 reconciliemus G1  17 domino F  18 clericus O1  19 Agnus] dei *add.* G2(*sed delev.*)V  19 Agnus dicitur] deus O1  20 nec] vel G2  20 ad victimam] adhuc timam, *sed e. m. corr.* G1  20 ductus O1  21 post] prae O1  22 dicit F  23 oreaeius O1  23 post] pro O1

suam conversos persecutores suos multos per sanctam communionem corporis et sanguinis sui refecit et credentes fecit. 72. Ipse tulit peccata mundi, quando veniam peccatorum nobis dedit, quia ante passionem eius iusti et peccatores in infernum descenderunt, et in veteri testamento remissionem peccatorum nusquam legimus. Christus vero per paenitentiam non solum veniam peccatorum, sed etiam gaudium nobis promisit angelicum, dicens: *Gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore paenitentiam agente.* 73. Ipsum Chrisum, qui est agnus Dei innocens, qui passus est pro salute mundi, petimus ut misereatur nostri, dicentes: Miserere nobis. Nam et agnus in veteri testamento pro peccatis populi offerebatur, et in novo testamento Christus semet ipsum obtulit Deo Patri, ut genus humanum per passionem suam liberaret a peccato, et ideo AGNUS DEI tunc canitur, quando corpus et sanguis Domini percipitur, ut omnes credamus quia ipsius agni corpus et sanguis tunc sumitur, qui peccata mundi tulit moriendo, et vitam aeternam nobis donavit resurgendo, Iesus Christus Dominus noster, qui cum Patre in unitate Spiritus Sancti vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen.

74. Et post missam finitam dicit diaconus ad populum[1]: ITE MISSA EST. Diaconus grece, minister latine dicitur. Ille nuntiat populo quod finitae sunt preces, quia nullus antea exire debet de ecclesia, quam nuntiatum sit de ministro. Et omnes respondeant: DEO GRATIAS.

---

7-8 *Luc.*, 15, 10

---

G2G1VO1P1(–19)F – 1 conversus O1F 1 persecutoros G2 1 sanctum V 2 reficit VO1P1(*sed corr.*)F 2 fecit] facit F 3 peccatum F 3 veniam] remissionem VRb 3 peccatores O1 3 peccatorum nobis] *inv.* G1 3 quia] qui O1 4 eius] *a. m. suppl.* G2 suam G1 5 numquam F 7 promisit] *litt.* pro *suppl.* O1 7 dicentes F 8 *Dei*] dr O1 8 agentem O1 10 misereatur] *litt.* atur *a. m. in ras.*[2] P1 10 agnus] dei *add.* O1 11 populi] *om.* P1 12 ut] et O1 13 passionem] ab inferis per resurreccionem eius liberate sunt; gloriose ascensionis eius memores esse debemus quia corpus humanum quod adsumserat iunctum divinitate sine ullius adiutorio propria maiestate portavit in celum. Ideo diximus sine ullius adiutorio ut intellegatur quod non hominum nec angelorum nec ullius creature veiculo eum ascendisse in celum credamus sed ea patri maiestate elevatus est de ea qua ipse dixit in evangelio Ego et pater unum sumus. Offerimus (par. 46-48) *add.* G1 13 liberet O1 14 cantatur F 14-15 quando – sumitur] *om.* O1 15 qui] quia G1O1 16 nobis donavit] dedit nobis G1 17 Christus] *a. m. suppl.* G2 17-18 Spiritus Sancti] *suppl.* P1 18 regnat] deus *add.* G1F 19 missam finitam] *inv.* V 19 ad] *litt.* d *suppl.* P1 20 dixerunt O1 21 nullus] prius *add.*, *sed delev.* G2 21 ante V 22 adnuntiatum F 22 sit] an O1G2 23 Explicit G2 Super missam explanacio explicit G1 Amen. Finitum est expositio V

V. – *Epistula Amalarii ad Hilduinum abbatem de diebus ordinationum et quattuor temporum de septuagesima, sexagesima et quinquagesima, de diebus ieiunii in singulis hebdomadibus* (*Ord.*).

E — Einsiedlensis 3 — Einsiedeln, Stiftsbibliothek, cod. lat. 168 (Fol. num. 25), pp. 134-160.

V. – *Epistula Amalarii ad Hilduinum abbatem de diebus ordinationum et quattuor temporum, de septuagesima, sexagesima et quinquagesima, de diebus ieiunii in singulis hebdomadibus* (*Ord.*).

## EPISTULA AMALHERII ABBATIS AD HILDUINUM ABBATEM

* MAGNIFICO VERE ET REVERENTISSIMO MAGISTRO, HUMILI ET EXCELLENTISSIMO PAPAE HILDUINO GRATIA INENARRABILIS DEI PROVENIAT IN OMNI INTROITU ET EXITU, USQUE DUM CONDATUR AD POPULUM SUUM. p. 134

1. O quam salutiferum et optabile est nautis, vallatis procellosis turbinibus et periculosissimis aequoris, adprendere portum, ut evadant loetum. Ita mihi, quotiescumque mentem fragilitatis meae quatiunt fluctus emergentes novarum rerum, vitale est, si potuero transnare ad gremium prudentiae vestrae. 2. Hic mihi portus est de omnibus quaestionibus insperate insurgentibus, si videro in eis vestrum intellectum. Quod si forte non semper et per omnia praesens est, quia saepius nubicula sollicitudinum temporalium obducit animum, ne clare aspiciat supernum et semper serenum lumen, est vobis locus a Deo et occasio data, ut quodcumque salubriter indagare coeperitis, adprehendatis; * a terminis Histri fluminis usque ad mare p. 135
Tyrrenum et usque ad fines Germaniae, a terminis maris Gallici, quod est inter Sardiniam et Baleares insulas, usque ad insulas Brittonum et Scottorum, oportet excellentiam vestram certare, ut amoveat errores nostros propter talentum acceptum. 3. Salventur animae nostrae per vestram correctionem, ut fruamini dicto: *Quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius* (sive *suam*, ut alia translatio habet) *a morte*, et reliqua.

4. Quamvis quatiar in multis praesenti rota nativitatis meae et innumeris, in promptu operior dilucidari a vestra prudentissima indagatione de his quae per loca in sequentibus titulabuntur.

---

5-6 Cfr. *Ps.* 120, 8; *Gen.*, 25, 8. 17; 35, 29; 49, 32; etc.    22-24 *Iac.*, 5, 20

---

E – 5 proveniet    7 nautos, *sed corr.*    9 loeto, *sed corr.*    12 vestrum] *a. m. suppl.*    19 Brettonum, *sed corr.*    24 habet] *a. m. suppl.*    25 rota] *litt.* ta *a. m. suppl.*    26 innumeris] *videtur hic unum saltem verbum deesse*    26 promtu, *sed a. m. corr.*

5. Quando fui apocrisiarius, quamvis indignus, videlicet minimus a maxima potestate, in partibus Grecorum, audivi inter nostros, id est meos socios et eos qui ad imperium Grecorum pertinent, diversa sentire de temporibus fixis apud nos sacrorum ordinum. Ut repperi apud quendam archiepiscopum, ipso narrante, de civitate Iadhare, sine aliqua observatione nostrae consuetudinis celebrant consecrationem sacrorum. 6. Retulit quomodo vellet aliquem diaconum promovere ad presbiteratus officium in vigilia paschae; ipso renuente eodem tempore, promotus est in festivitate sancti Petri. In loco ubi eram, vigilia memoratae festivitatis sancti Petri, erat quidam, ut retulit, diaconus nobiscum, qui veniebat a partibus Romae, confirmans se factum diaconum ab apostolico Leone. Rogavit
p. 136 me ut in illo die proveherem illum. Ego ammodum * restiti et legato, qui me ducebat, et ipsi diacono, et vix evasi.

7. Socii nostri, Petrus abba et sui monachi, dissentiebant a meis in ordinatione primi mensis. Dicebant se velle habere duodecim lectiones, secundum romanum usum, semper in prima septimana quadragesimae, in quocumque mense sive tempore mensis eveniret. Ego non habebam quid dicerem, nisi quod scriptum tenebam in nostris libris: « primi mensis prima sabbati ». Cogitabam et me tenere romanum usum, quia scripta quae legi in Frantia, de eodem loco cogitavi advolasse. 8. Etiam hinc angebar amplius, quoniam audivi hic, in isto palatio, proferre tempore domni Karoli quod consuetudo romanae ecclesiae licentiam nobis daret in mensibus declaratis quattuor temporum, per unamquamque sabbati, duodecim lectiones et consecrationes caelebrare.

9. Quos ego secutus, olim ita feci, suadentibus clericis ecclesiae Treforicae, insuper referentibus quod Ricbodo ita faceret, necessitate cogente. In secundo mense, ubi scriptum est: « secunda sabbati », tertia sabbati causa necessitatis consecravi presbiterum, nesciens tamen cur hoc facerem, nisi quia audivi ceteros ita fecisse, et cogitabam semper animo, quomodo potuisset fieri quod sine ratione aliqua praefixi essent descripti dies qui vulgo vocantur apud nos quattuor temporum. 10. Modo video observare, ut scriptum est, illa tria tempora, nisi necessitas alias cogerit, id est quarti mensis secunda

---

20 Cfr. apud M. Andrieu, *Les « Ordines romani »*, ordinem XXXVIII; ed. apud E. Martène, *De antiquis ecclesiae ritibus*, l. I, c. 8, a. 11, ordo VIII, t. II, p. 51 29 Ibid. 34-p. 343, 3 Ibid.

---

E – 4 ordium, *sed a. m. corr.* 5 civitatis 9 rennuente 10 memorata 11 quidem 12 confirmas, *sed a. m. corr.* 35 cogerit] *a. m. corr. in* cogeret 35 quarti] quinti

sabbati, septimi mensis tertia sabbati, * p. 137 decimi mensis quarta sabbati, nisi aliquoties inpediat nativitas domini nostri Iesu Christi, et faciat in tertia sabbati celebrari. Sed in ancipiti tramite nuto de primo mense, qui aliquoties exercetur tali consecratione prima sabbati, aliquoties secunda sabbati, quid amplius dicam? secundum arbitrium uniuscuiusque potestatem habentis.

11. Quapropter precor nostrae parvitati intimari a vestra celsitudine, si simili modo licitum sit nobis ceteras festivitates mutare, quas tenemus a romana consuetudine, sicuti est pascha, sicuti est quadragesimale tempus. Nam et de his refert tripertita historia in libro octavo capitulo XXXVIII aliquando ecclesiam dissonasse: Quidam, inquiens, observabant quartodecimum diem, quidam sabbati custodiebant, aliqui voluerunt Iudaeos sequi in sacra festivitate, alii declinaverunt, dicentes post aequinoctium caelebrari, dum sol esset in ariete. 12. Similiter et in ipso ieiunio ante pascha diversa sentiebant, ut in eodem libro et eodem capitulo refertur. Romani enim tres septimanas ante pascha ieiunabant, praeter sabbatum et dominicam, Alexandria sex, alii vero septem, et cetera multa diversa fuerunt. 13. Quae omnia studuerunt sancti patres ad concordiam unius consuetudinis revocare, et si non per omnia regna, tamen in propinquis locis; utpote nos, qui propinqui sumus Romae atque in eodem regno, sub beatissimo et piissimo principe Hludowico, quem Deus ita hic gubernet, ut hinc illum ciendo celestes cives cum gaudio suscipiant, et beato Petro principe apostolorum acciti ad fidem, * p. 138 merito eius ecclesiae usum salubrem tenemus, cui ipse praesedit. 14. Nam Greci adhuc octo ebdomadas ieiunant praeter sabbatum et dominicam diem, et solum sabbatum festivitatis paschae ieiunant, in memoratione luctus apostolorum, qui fuit tempore passionis Christi. 15. Et legi in litteris Albini magistri, missis ad Karolum imperatorem sanctae memoriae, referendo de septuagesimo, quod audiret in coetu romanae ecclesiae quosdam ab illo tempore, id est septuagesimi numeri, olim orientales inchoasse ieiunium; quod fieri potest propter

---

10-15 Cassiodorus, *Historia tripartita*, l. IX, c. 38, PL, 69, p. 1154BC (... quartum decimum... sabbatum...) 16-19 Cassiodorus, *Historia tripartita*, l. IX, c. 38, PL 69, p. 1155B 29-p. 344, 1 Alcuinus, Epistula 80, *Ad domnum regem, De ratione septuagesimae, sexagesimae et quinquagesimae*, PL, 100, p. 260D; MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. IV, pp. 225-226; cfr. epist. 81, quae est responsio Caroli Magni ad Alcuinum de eadem re, PL, 100, pp. 263-266; MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. IV, pp. 228-230

---

E – 21 propinqui] *litt.* pro *a. m. suppl.* 24 accidi, *sed corr.*

refectionem quintae feriae. Melciades, qui fuit xxxiii a beato Petro, ita: Ne quinta feria ieiunium quis de fidelibus agat, quia in his diebus pagani quasi sacrum ieiunium celebrant.

16. Quapropter non est alienum a fide, ut, sicuti Greci octo ebdomadas ieiunant propter refectionem quintae feriae et sabbati, siquidem et nos non discrepamus ab ipso ieiunio, ieiunemus de alleluia viiii ebdomadas. Ieiunium humilitatem significat, sicut dicitur in psalmo: *Et humiliabam in ieiunio animam meam.* Humilior lingua latina greca. 17. Antiqui etiam ciborum abstinentiam, ut refertur in suprascripto libro et in eodem capitulo, non similem habebant. Nam alii ab animatis abstinebant, alii tantummodo de animatis pisces comedebant, alii cum piscibus volatilia, alii abstinebant a caulibus et ovis, alii sicco pane vescebantur, alii ieiunabant usque ad horam nonam et sine discretione ciborum reficiebant. 18. Et sicut in eodem libro, capitulo xxxvi, legi, quando confite-
p. 139 bantur peccata sua, non uno eodemque modo abstinentia * agebatur. Sic enim scriptum est: « At illi afflictionibus sponte vacantes, aut ieiuniis, aut abstinentia lavacri, aut suspensione ciborum, aut rebus aliis ». Quem usum videtur tenere ecclesia nostra propter communionem universalis ecclesiae, ut aliquo modo a licitis abstinendo cum universali concordemur, id est ab alleluia novem septimanas, concordando cum his qui dicuntur ieiunare aut ieiunasse novem septimanas. 19. Dictum est enim ieiunium humilitatem significare. Qua de causa humiliore glosa latina aperte ieiunium demonstratur in abstinentia alleluia. Ad id etiam valet, ut profusius ieiunium exprimatur circa ipsud tempus paschale, quando apostoli tristabantur, et ipse Christus, sicut refert evangelium: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, quod a sonoris campanis aereae vocis aures ieiunant. Praecellit enim aes ligno. Eodem enim signo ante Stephanum pontificem per omnes horas consecratas colligebantur fideles ad ecclesiam. Quem usum Ilirici et omnis Graecia adhuc observat.

---

8 *Ps.* 34, 13 27-28 *Matth.*, 26, 38

---

1-3 Cfr. *Liber pontificalis*, XXXIII, edit. L. Duchesne, t. I, p. 168 9-14 Cassiodorus, *Historia tripartita*, l. IX, c. 38, PL, 69, pp. 1155BC 15-19 Ibid., c. 35, 1151C 29-31 *Liber pontificalis*, XCIIII (de Stephano II), edit. L. Duchesne, t. I, p. 454, vers. 19-20

---

E – 2 Ne] de. *De correctionis causa v. Librum pontificalem, XXXIII, edit.* L. Duchesne, *t. I, p. 168*: « Hic constituit ut nulla ratione... ». 6 ieiunamus 11 animatis *1°*] *adscr. litt.* n *corr. in* animantis 16 abstinentia] *in ras.* 28 areae

20. Sane quia mentionem fecimus de septuagesimo, oportet dicere cui numero occurrat, videlicet paschali, id est clauso paschae, a pascha Domini usque ad septimam sabbati sanctam. Et eadem festivitas est secundum legem mosaicam. Scriptum est in Exodo: *Sollemnitatem azimorum custodies. Septem dierum comedes azima*; et iterum in Levitico: *Septem diebus azima comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus sanctusque*, et paulo post: *Dies autem septimus erit celebrior et sanctior*; * [p. 140] atque in nostra ecclesia pro uno die accipitur totum illud tempus. 21. Qua de re cottidie cantamus: « Haec dies », et cottidie dicimus in celebratione missae: « In hac potissimum die ». Ut diximus, septuagesimus pervenit usque ad clausum pascha, sexagesimus usque ad medium, quinquagesimus usque ad primum, quadregesimus usque ad cenam Domini. Referri oportet quid meae parvitati videatur in his terminis rationis haberi.

22. Denarius quater ductus in quadragenarium surgit. Significat introitum vocati populi ad baptismum, quod demonstratur in libro Exodi, ubi scriptum est: *In introitu vero atrii*, et paulo post: *Columnas habebit quattuor cum basibus totidem*. Quod ita intellegendum tradunt doctores ecclesiae: « In introitu atrii quattuor sunt columnae, quia nonnisi per fidem et sacramenta evangelii, quae quattuor libris continentur, unitatem sanctae ecclesiae quis ingredi poterit. 23. Unde pulcher in ipsa ecclesia mos antiquitus inolevit, [ut iis] qui cathecizandi et christianis sunt sacramentis initiandi, quattuor evangeliorum principia recitentur, ac de figuris et ordine eorum in apertione aurium suarum solerter erudiantur. Quo sciant exinde ac meminerint, qui et quot sint libri quorum verbis maxime in fide veritatis debeant erudiri ». 24. Decim enim verba legis in evangelio replicantur. Per quattuor evangelia docetur quisque auditor, ut habeat unius Dei notitiam; ut ipsum Deum non cogitet esse aliquam creaturam; ut * [p. 141] septimum diem sanctificet, id est ut in dono septiformis spiritus, accepta remissione peccatorum, quiescat a pravis tumultibus. Septem praecepta quae secuntur ad denarium perficiendum, ubi est primum: *Honora patrem tuum*, ad dilectionem proximi pertinent. 25. In multis hominibus ante baptismum naturaliter in-

---

5 *Ex.*, 23, 15   6-8 *Lev.*, 23, 6. 7   17-18 *Ex.*, 27, 16   34 *Ex.*, 20, 12

---

9-10 *Antiphonale*, 80-86.   10-11 *Liber sacram.*, LXXV, 329; *Sacram. gregor.*, 88, 3   11-13 Cfr. Alcuinus, Epistula 80, *Ad domnum regem*, PL, 100, p. 261AB   18-27 Beda, *De tabernaculo et vasis eius*, l. II, c. 13, PL, 91, p. 460A

---

E – 10 In hac] *a. m. suppl.*   12 pasche, *sed corr.*   17 exhodi   26 quot] quod, *sed corr.*   29 ut] et   33 *Honora*] *litt.* no *suppl.*

serta sunt, et si non sunt, hoc agitur in scrutinio ante baptismum, ut inserantur. Quaterno currente per denarium, pervenitur ad baptismum; scilicet per quattuor evangelia discendo, decim praecepta legis intrat, vocatur ad sacramenta baptismi. 26. Unde et mos antiquus obtinuit, ut qui corruperint baptismalem innocentiam, poenitentia afflicti, eodem die, id est cena Domini, redirent ad reconciliationem episcoporum, ut, penitentia mundati, participes sint in pascha Domini ablutis unda baptismatis.

27. Inter quintam et primam duo differunt. Habet enim duo catecuminus quae differunt, secundum quod scriptum est in evangelio de caeco nato et inluminato a Domino. Dixit ei Dominus: *Tu credis in Filium Dei?* Ecce inluminatos oculos habet. Ille respondit: *Quis es, domine?* In hac ignorantia ostendit se nondum gustasse quam dulcis est Dominus. Quoniam nondum est baptizatus, propterea non manducat carnem Domini. Quadragenario scilicet numero temporalis in hoc mundo cohabitatio demonstratur, quoniam quaternarius in XL numerus praevalet. Quattuor autem partes habet et annus et mundus.

28. Iam in quinquagesimo intrabitur ad caelestem habitationem, de qua dicit Paulus: *Nostra autem conversatio in caelis est.* Quinquagesimus * pervenit usque ad primum pascha. Pascha transitus dicitur. Factus est iam transitus. Videamus qualis. Ille qui dicebat Domino: *Quis es, domine?*, modo dicit: *Credo, domine*, et adorat eum. Transitus iste de ieiunio transit ad cibum sumendum, scilicet corpus et sanguinem Domini. 29. Quinque denarium multiplicando faciunt L. Nostra omnis remuneratio in denario consecrata est. Ipsumque denarium primo in baptismo possidemus. Sit homo exterior integer, qui constat quattuor elementis; sit interior integer ex trina dilectione qua diligit Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute. Ipse Deus trinitas est. Fabricata domus merito possidetur a fabricatore. 30. Deus sedet in hereditate sua. Dicit propheta: *Beata gens cuius est Dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi.* Quinque sensus carnalis hominis, qui ducebantur per diversas cupiditates huius mundi, iam coniuncti sunt denario interiori, ut eodem [quinario] currente per denarium, perveniant ad quinquagesimum

p. 142

10-13 *Io.*, 9, 35. 36 (est) 20 *Phil.*, 3, 20 23 *Io.*, 9, 36 (est). 38 31-32 *Ps.* 32, 12

4-8 DE PUNIET, pp. 62*-63*; *Ordo rom. antiq.*, pp. 56C-61B

E – 2 inserantur] *litt. in suppl.* 2 pabtismum 28 fit 30 domos, *sed corr.*

sempiternum, scilicet iobeleum annum, qui plenissime reddetur in resurrectione sanctorum.

31. Postea sexagesimus occurrit medio paschae, ubi senarius coniunctus est denario, ut sciat quisque fidelis non debere vacare domo mundata scopis et digna facta habitaculo. Senarius enim numerus perfecta opera demonstrat, quoniam ipse suis partibus compositus primus perfectus est, et in sex diebus Deus opera sua fecit. Et ibi similiter duo differunt inter primam feriam et quartam feriam; distat enim resurrectio nostra a resurrectione Domini: illa clarificata est naturaliter, nostra vero * per gratiam. p. 143

32. Deinde per septuagesimum pervenitur ad clausum pascha, in quo baptismi celebratio finitur. Denarius currens per septenarium septuaginta facit. Spiritus Sancti dona in scripturis septenario praecipue numero commendantur, sive apud Esaiam sive in Apocalipsi, ubi apertissime septem spiritus Dei perhibentur propter operationem septinariam unius eiusdemque spiritus. 33. Deus enim, qui nos fecit suam domum in primo pascha, et praecepit operari perfecta opera in medio pascha, ipse effectum operationis tribuit in clauso pascha. Sicut bonus dominus, qui fabricat domum, ponit in ea custodes, ut tueatur a furibus, et dat semen seminanti, unde in futuro capiat fructum. Et hic similiter duo differunt inter quartam feriam et septimam. 34. Septem ebdomadarum ieiunium Telesforus, nonus a beato Petro principe apostolorum, sanxit. De sex nullus dubitat, quin ipsius ecclesiae consuetudo sit, exponente beato Gregorio de XXXVI diebus qui in sex septimanis, exceptis dominicis, continentur. Unde miror, quia dicit in omelia sua non plus esse in abstinentia quam XXXVI dies, cum, si quis inchoaverit ieiunium secundum constitutionem antiphonarii et missalis qui eius nomine titulatur, dies XL habeat in abstinentia. 35. Non enim possumus vere dicere quod non esset quadragesimus hic ante sanctum Gregorium, cum Augustinus dicat, qui praecessit sanctum Gregorium, ut XL illi dies ante pascha observentur, ecclesiae * consensio roboravit. p. 144

---

14 *Is.*, 11, 2. 3; *Apoc.*, 1, 4

---

5-7 Cfr. AUGUSTINUS, *De Genesi ad litteram*, l. IV, c. 2, PL, 34, pp. 296-299 22-23 *Liber pontificalis*, VIII, edit. L. DUCHESNE, t. I, p. 129 24-26 *XL homiliae in evangelia*, l. I, hom. 16, 5, PL 76, p. 1137BC 27-29 *Antiphonale*, 37-79; *Sacram. gregor.*, 35-87 31-32 *Sermo* 210, c. 6, 8, PL, 38, pp. 1051-1052

---

E – 4 vocare, *sed corr.* 13 sanctus 14 appocalipsi, *sed corr.* 17 primum 19 in] *a. m. suppl.* 24 consuetudo] *litt.* ud *a. m. suppl.* 25 septimanas

Ut finem huic dubitationi meae vestra prudentia imponat, obnixe posco.

36. Ista praelibata quae in itinere occurrerunt, tempus est ut de metatu cogitem. Firme teneo quod nihil subsicivum a patribus sanctis constitutum sit, sed omnia ratione dignissima, et nihil in ecclesia frequentetur, quod non sit tritum eorum vestigiis. 37. Qua de re vestram auctoritatem operior de duodecim lectionibus primi mensis, pro quibus istae litterae scriptae sunt, ut ipsa me statuat in portum tutissimum. Promam tamen, quamvis praesumptiose, quod mihi videtur posse congruere praesenti rationi, non praeponendo potiori. Quod si probabile est, oro, probetur per vos; si corrigendum, corrigatur per vos.

38. Ipsa enim consecratione hoc agitur, ut homo Deo coniungatur. Respondente Gregorio interrogationi Augustini, ubi interrogavit, si propter longinquitatem itineris unus episcopus ordinare posset, illo respondente, si difficultas esset aliorum episcoporum, posse; sin autem, essent tres aut quattuor, qua de causa ita inquit: « Nam in ipsis rebus spiritalibus, ut sapienter et mature disponantur, exemplum trahere a rebus carnalibus possumus. 39. Certe enim, dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique vocantur, ut qui in via iam coniugii praecesserunt, in subsequentis quoque copulae gaudio misceantur. Cur non ergo et in hac spiritali ordinatione,
p. 145 qua per sacrum * ministerium homo Deo congiungitur, tales conveniant qui vel in profectu ordinati episcopi gaudeant, vel pro eius custodia omnipotenti Deo preces pariter fundant? » 40. Primi apostolici semper in decimbrio mense, in quo nativitas domini nostri Iesu Christi celebratur, consecrationes ministrabant usque ad Simplicium, qui fuit a beato Petro quadragesimus nonus. Ipse primus sacravit in februario, ni fallor, nullam ob aliam causam, nisi intimando coniungendos proprinquius Christi corpori, qui per sacrum ministerium provehuntur. 41. Quinquagesimus primus Gelasius,

---

13-31 *Off.*, l. II, c. 1, 6-8 17-25 *Epistulae*, l. XI, epist. 64, *Ad Augustinum Anglorum ep.*, PL, 77, pp. 1191B-1192A (... convocantur... via iam coniugii... subsequenti quoque gaudio... sacrum mysterium...) 25-28 *Liber pontificalis*, I, IIII, V, VI, ... XLVII, edit. L. Duchesne, t. I, pp. 118, 123, 125, 126... 239 28-29 Ibid., XLIX, t. I, pp. 263, 279 31-p. 349, 3 Ibid., LI, LIII, LVI, pp. 225, 263, 279

---

E – 8 ipsam constuat; *corr. in* ipsa me stituat 10 posse] *bis scrips. sed alteram scripturam delev.* 11-12 si corrigendum – per vos] *a. m. suppl. in marg.* 20 quique] *a. m. suppl.* 21 subsequentes, *sed corr.* 24 profecto, *sed corr.* 28 quadragesimus nonus] quadragesimum, *sed corr.*

secundus in eodem, quinquagesimus tertius Simmachus, in eodem similiter, quinquagesimus sextus Felix, quartus in eodem et ipse primus in martio. Gregorius, qui fatus est omelias evangeliorum numero quadraginta, et explicuit Iob et ceteros quam plurimos libros, sexagesimus sextus, ordinavit in quadragesima et primus in septimbrio; Leo iunior octogesimus secundus, primus in iunio. 42. Omnes hos menses consecratos ab eisdem apostolicis viris illorum consecratione videmus. Nescio quis titulum fecisset, quem habemus, quod oppido opto scire per vos. Si de Gelasio agitur, Gelasius namque in februario consecravit, et post illum Simmachus et Felix. Unde apparet a modernis tenor observatus, quem nos hodie tenemus.

43. In quo quid mihi veri simile videatur, monstrabo, ut dixi, vestrae solertiae, hoc est ut singulos articulos Christi genealogiae tangant. Et merito, quia, ut protulit sanctus Gregorius, * Deo homo p. 146 coniungitur per sacrum ministerium. Scimus enim per L et duas ebdomadas extendere solem cursum suum. His tripertitis per tres tesserecedecades, fiunt ebdomadae XL duae. 44. Tot sunt generationes secundum Matheum Christi cum ipso. Tot enim ebdomadae inveniuntur a prima sabbati primi mensis usque ad quartam sabbati decimi mensis. Inter finem decimi mensis, quarta sabbati, et initium primi mensis, prima sabbati, decim ebdomadae supersunt. 45. Haec mihi videtur ratio, ut prima sabbati primi mensis, quod est initium [primi catalogi] XIIII ebdomadarum, quasi in loco Abrahae coniungantur per sacrum ministerium Deo fideles; et in quarto mense, secunda sabbati, quod est initium secundi catalogi quatuordecim ebdomadarum, similiter coniungantur quasi in loco David; in septimbrio, tertia sabbati, quod est initium tertii catalogi, quasi in loco Iechoniae Deo coniungantur. 46. Et habent finem in ipsa nativitate Christi, ubi aliquando in tertia ebdomada finiuntur propter anticipationem nativitatis Domini, aliquando in quarta propter tarditatem. Neque hoc sine ratione est, quia si conputatur catalogus novissimae tesserecedecadis, et semel computetur Iechonias, non

---

17 *Matth.*, 1, 17  31-32 *Matth.*, 1, 12-16

---

3-6 Ibid., LXVI, p. 312  6 Ibid., LXXXII, p. 360  8 V. n. 7  9-10 *Liber pontificalis*, LI, LIII, LVI, pp. 255, 263, 279  13-p. 350, 2 *Off.*, l. II, c. 1

---

E – 1 secundo  1.10 simachus  9 opido, *sed corr.*  10 februario] *litt.* fe *suppl.*  13 ut] in  16 solem] sole in  23 habrahę  25 cathalogi, *sed corr.*  27 cathalogi, *sed corr.*  28 coniugantur  31 quia si] quasi, *sed corr.*  31 cathalogus, *sed corr.*  32 tesseredechatis, *sed litt.* h *delev.*

amplius inveniuntur cum Christo quam tredecim; si ipse bis computetur, quattuordecim inveniuntur. 47. Quattuordecim ebdomadae sunt a [primi mensis] prima sabbati usque ad quarti mensis secundam sabbati; similiter ad septimi mensis tertiam sabbati; dein iterum p. 147 quattuordecim usque ad quartam sabbati decimi mensis. * Congruunt sibi tempora annorum et statio memoratorum optimatum. 48. Abraham radix pululat totius ecclesiae, cui dictum est *In te benedicentur omnes gentes terrae*, quasi primus mensis anni, quando incipit terra germinare foetus suos. David iunio congruit, qui aestate fit, per quam designatur fidei persecutio, Domino manifestante, qui interpretatus est semen iactatum in petrosam terram et solis ortu aestuans persecutionem et tribulationem significare. 49. Ut omnibus liquet, David saepissimae persecutus est a Saule et, in regno constitutus, ab Absalon filio suo. Iechonias septimbrio, quando tempus mite est; nam, superato populo Israhel et in captivitatem ducto, non seviebat furor Chaldeorum, sicut eo tempore, quando erant in fronte duelli. Christi adventus decimbrio, quando tempestates et turbines saeculi incumbunt. 50. Magna tempestas circa Hierusalem erat eo tempore, quando in finibus Beniamin et in toto Iuda occidebantur parvuli innocentes a funesto Herode. Eodem tempore lapidatus est Stephanus, et omnes discipuli dispersi sunt per regionem. Haec distantia fixa ebdomadarum pro captu meo monstravi magistro; ipse ponat lineam, ubicumque anfractum viderit, poliat.

51. Nunc tangor, ut dicam cur duodecim dies currant, per ternarium numerum divisi memoratis mensibus. Dixissem de ieiunio constituto a propheta Zacharia quarti mensis, quinti mensis, septimi p. 148 mensis, decimi mensis, si idem ordo servaretur apud nos. * Nunc, quia mutati sunt menses, oportet considerare quod in manu tenemus. 52. Adversarius noster diabolus semper est paratus ad decipiendum nos, sicut legimus in Apocalipsi Iohannis: *Et soluti sunt*, inquiens, *quattuor angeli*, *qui parati erant in horam et diem et mensem et annum*, *ut occiderent tertiam partem hominum*, id est sunt maligni spiritus parati, qui singulis horarum et temporum momentis humanam esuriunt mortem. Quapropter patres nostri scuta apta paraverunt contra eorum iacula. 53. Ut strictim dicam de horis et diebus, et intellegatur nullum aditum apertum diabolo derelictum, sunt

---

7-8 *Gen.*, 12, 13 10-12 *Matth.*, 13, 20-21 et parall. 20-21 *Act.*, 7, 58; 8, 1 25-27 *Zach.*, 8, 19 30-32 *Apoc.*, 9, 15

---

E – 4 tertia, *sed corr.* 7 polulat, *sed corr.* 9 germinare] *litt.* r *1° suppl.* 15 nam] iam 23 poliet 28 quia] qua, *sed corr.* 32 *ut*] et, *sed corr.* 32 occident, *sed a. m. corr.* 35 die

equinoctiales noctes duodecim horarum et dies similiter duodecim. In nocte XII psalmos habemus, unumquemque psalmum pro singulis horis. In die similiter, quamvis unus psalmus cantetur, tamen totidem invenitur divisus, cum primo: *Deus in nomine tuo*. 54. Excipitur matutinale, quod recto ordine mutato, id est aurora surgente, canitur (unde et ethimologiam habet), et vespertinale officium; quae in numero psalmorum propriam rationem habent. Completorium, quod celebratur secundum romanum usum, quattuor psalmis quattuor vigilias custodit noctis. Unde dicitur in evangelio: *Quarta autem vigilia noctis*. 55. Per singulas dominicas XVIII psalmi frequentantur, tot enim habet horas longissima nox. Ignotum est mihi cur in festivitatibus sanctorum et in nativitate Domini novem canantur et tres in ebdomada paschali, quod valde desidero per vos invenire.

* 56. Hac de causa, ut reor, pro singulis mensibus singulos dies p. 149 patres nostri constituerunt in abstinentia. Ipsaque tempora apta sunt nostro corpori, quod constat ex aere et igne et terra et aqua; aer namque, humidus et [calidus, verno; ignis], calidus et siccus, aestati; terra, sicca et frigida, autumno; aqua, frigida et humida, hiemi. Propterea dictus est homo minor mundus. 57. Fas est consentientibus nobis supradictis qualitatibus atque faventibus ad peccandum, videlicet aere, igne, terra et aqua, ut potius oboediant ad luenda peccata, scilicet in verno, aestate, autumno et hieme. Martius ad vernum pertinet, iunius ad aestatem, septimber ad autumnum, decimber ad hiemem. 58. Id ipsum demonstravit sanctus Gregorius in omelia sua dicens: « In hoc enim mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus, et per voluptates eiusdem corporis praeceptis dominicis contraimus ». Et paulo post: « Qui ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus, dignum est ut eandem carnem quater decies affligamus ». Sicut enim idem beatus papa docuit decimam anni solvere per dies quadragesimales, ita docemur in oratione quattuor temporum commissa uniuscuiusque mensis generaliter deflere.

59. Altiore sensu dicam de singulis temporibus seorsum. In unoquoque tempore hoc agitur in consecratione, ut perveniatur ad gra-

---

4 *Ps.*, 53, 1   9-10 *Matth.*, 14, 25

---

16-19 Cfr. Beda, *De temporibus liber*, c. 8, PL, 90, p. 283   19 Cfr. *Ant.*, c. 5, 1   24-29 *XL homiliae in evangelia*, l. I, hom. 16, 5, PL, 76, p. 1137B   29-30 Ibid., p. 1137C

---

E – 2 pro] per   5 mutata   10 XVIIII   13 pascali   18 autummo   19 hiemi] gemi, *sed corr.*   27 contrahimus   28 eundem

dum presbiteratus. Tres namque dies ac noctes habent horas LXX duas. Sol iste visibilis omnes mundi partes in LXX duabus horis, p. 150 supra * infraque lustrando, tribus vicibus circuit. Horae LXX duae LXX duos discipulos figurate demonstrant, qui et ipsi ad praedicandum verbum sunt missi a Domino; gradum sacerdotii minoris, qui presbiteratus vocatur, sua electione signarunt. 60. Unde merito ieiunium triduanum illo tempore agitur, quo digni fiant sacrandi ad merita LXX duorum discipulorum pervenire. Et hoc fiat quater in anno, quia quattuor sunt plagae mundi in quibus consecratio celebratur, et quattuor sunt tempora quae sol iustitiae sua luce inradiat ad exemplum solis mundani, qui per menses XII signiferum lustrare circulum et totum ambire consuevit. 61. Nam et quattuor ordines in rationali, quod erat in pectore summi pontificis, qui ternos habebant lapides, congruunt anni vertentis ordini, qui per ternos menses in quattuor tempora distinguitur. Annus Domini, quem sol iustitiae per cuncta tempora nostra inlustrat, ipse est de quo Esaias praecinebat dicens: *Ut praedicarem annum placabilem Domini et diem ultionis Deo nostro.*

62. Dicam et alio modo quo perveniatur ad culmen apostolicum. Duodecim menses duodecim apostolorum doctrinam possumus intellegere. Unde scriptum est in Apocalipsi: *Ex utraque parte fluminis lignum vitae afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum.* 63. Per doctrinam duodecim apostolorum crux Christi fructificat, de qua descendit sanguis et aqua, quod nos redimendo p. 151 * et abluendo, cottidie facit crescere in augmentum corporis Christi. Ipsi sunt duodecim lapides qui tipice portabantur in pectore Aaron, quadripertito ordine, sicuti quadripertita sunt tempora, scilicet in unoquoque versu tres lapides, ut in unoquoque tempore tres dies.

64. Erant in rationali duodecim lapides, cum inscriptis nominibus XII patriarcharum; singuli autem lapides singulis patrum nominibus inscribuntur, dum sanctorum vitam rector inspiciens, qui quibus maxime virtutum operibus floruerint, sedula inquisitione scrutatur. Et haec cuncta in abditis sui pectoris meditando colligere atque operando proferre satagit. 65. Decorem quem operatus est nitor gemmarum in pectore Aaron, operetur in nostro sobrietas ieiuniorum. Quod vero diversi generis lapides idem inscripti sunt,

---

4 *Luc.*, 10, 1 12-14 *Ex.*, 39, 9-14 17-18 *Is.*, 61, 2 22-23 *Apoc.*, 22, 2 26-28 *Ex.*, 28, 17-21

---

E – 1 presbiteratum, *sed corr.* 5 amissi, *sed corr.* 11 mensis, *sed corr.* 25 agmentum, *sed corr.* 26 portantur, *sed corr.* 33 scrutantur 34 decorum, *sed corr.* 36 inscripta, *sed corr.*

denuntiat figurate quia multiplex est varietas in gratia bonorum operum, quibus praefata sanctorum fides et spes et caritas confirmata refulget. Diversa etenim sunt nostra quattuor tempora, sicuti praediximus. Quattuor namque ordines gemmarum habet in pectore sacerdos, quando omne quod cogitaverit, iustitia eximium, prudentia circumspectum, temperantia a malis omnibus secretum, fortitudine fuerit firmum.

66. Quamquam istae virtutes singulorum corda sanctorum suo fulgore ornent et praecipue dominicum, qui est fons omnium virtutum et in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter, * tamen, p. 152 coaptando convenientia praesenti structurae, ponam singulas singulis cordibus, adiuvante nos scriptura. 67. Iustitia in Abraham, de quo legitur: *Credidit autem Abraham Deo et reputatum est illi ad iustitiam*; prudentia [in] David, de quo legitur: *In omnibus quoque viis suis David prudenter agebat, et Dominus erat cum eo*, et iterum: *Prudentius se agebat David, quam omnes servi Saul*; temperantia in Iechonia, in quo omnis voluptas extincta erat in captivitate; fortitudo in tempore Christi, quando fortis diabolus a fortiore Christo et eius corpore devictus est; unde et Gabrihel, qui fortitudo Dei dicitur, missus perhibetur ad Mariam. De quo tempore specialiter dictum est: *A diebus Iohannis regnum caelorum vim patitur et violenti rapiunt illud.*

68. Supradicti ordines ternas habent gemmas, cum eadem, iustitia, prudentia, temperantia, fortitudo, sanctae trinitatis fuerint fide consecrata. In unoquoque tempore nostro quattuor temporum tres dies sunt ieiunii. Deo enim, sanctae trinitati, coniunguntur per sacrum ministerium fideles, ut dictum est. Possumus sane in vario decore lapidum spiritalium accipere carismata virtutum ac miracula sanitatum. 69. De quibus ipse Dominus apostolis: *Infirmos*, inquit, *curate*, *mortuos suscitate*, *leprosos mundate*, *doemones eicite*. Quia omnia haec oportet agere in nomine sanctae trinitatis. Vere, sive hoc, sive illud, * sive utraque designent, recte duodenarius in rationali p. 153 numerus fieri praecipitur, ut eorum solummodo actus et miracula, qui apostolicae fidei et caritatis unitatem sequuntur, accepta Deo esse noverimus. Quod sequitur nostra consuetudo in temporibus. 70. Hoc totum ideo dixi, ut recordemur, qui Abraham filii sumus

---

13-14 *Iac.*, 2, 23 14-15 *I Reg.*, 18, 14 16 Ibid., versiculo 17 (gerebat) 21-22 *Matth.*, 11, 12 29-30 *Matth.*, 10, 8

---

E – 6 temporantia, *sed corr.* 12 iusticia 16 temporantia 30 Quia] Quae 36 fili

et consecrationis donum accipimus, apostolorum conversationis et meriti, ut, sicut in memoratione dominici ieiunii XL dies ieiunamus, ita in memoratione apostolici ieiunii XII.

71. Nunc oportet dicere de diebus fixis ieiuniorum, id est quarta feria et sexta et sabbati. Sanctus Augustinus ita refert de quarta feria et sexta ad Casulanum presbiterum: « Cur autem quarta et VI maxime ieiunet ecclesia, illa ratio reddi videtur quod, considerato evangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium repperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Iudaei. 72. Intermisso autem uno die, cuius vespera Dominus pascha cum discipulis manducavit, qui finis fuit eius diei quem vocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte, quae iam in sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Hic dies primus azimorum fuit a vespera incipiens. 73. Sed Matheus evangelista quintam sabbati dicit fuisse primum diem azimorum; quia eius vespera consequente futura erat caena paschalis, qua coena incipiebat azimum et ovis immolatio manducari. Ex quo colligitur quar-
p. 154 tam sabbati * fuisse, quando ait Dominus: *Scitis quia post biduum pascha fiet, et filius hominis tradetur ut crucifigatur.* Ac per hoc dies ipse ieiunio deputatus est, quia, sicut evangelista sequitur et dicit: *Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, et consilium fecerunt ut Iesum dolo tenerent et occiderent.* 74. Intermisso autem uno die, de quo dicit evangelium: *Prima autem azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha?* hoc ergo die intermisso, passus est, quod nullus ambigit, sexta sabbati. Quapropter et ipsa sexta recte ieiunio deputatur ». Hucusque Augustini.

75. De eisdem feriis ita refert tripertita historia: « In Alexandria quarta et sexta feria scripturae leguntur, easque doctores interpretantur, et omnia fiunt praeter sollemnem oblationis morem ». De sabbato, ita scriptum est in libro episcopali de Innocentio papa: « Hic constituit sabbato ieiunium celebrare, quia sabbato Dominus

---

18-19 *Matth.*, 26, 2 21-23 *Matth.*, 26, 3-4 24-25 Ibid., v. 17

---

5-28 Epistula 36, *Ad Casulanum presbyterum*, c. 13, 30, PL, 33, p. 150
29-31 CASSIODORUS, *Historia tripartita*, l. IX, c. 38, PL, 69, p. 1155D
32-p. 131, 1 *Liber pontificalis*, XLII, edit. L. DUCHESNE, t. I, p. 222

---

E – 3 apostolici] dominici ap. 15 quinta 29 eiusdem 31 oblationes, *sed corr.*

in sepulchro positus est, et discipuli ieiunaverunt ». 76. Unde et ipse refert in decretalibus: « Sabbatum vero esse ieiunandum ratio evidentissima demonstrat », et reliqua quae secuntur. Et paulo post: « Nam utique constat apostolos biduo isto », id est sexta feria et septima, « in tristitia et in merore fuisse, et propter metum Iudaeorum se occuluisse. Quod utique non dubium in tantum eos ieiunasse biduum memoratur, ut traditio ecclesiae habeat isto biduo * sacra- p. 155
menta penitus non celebrari, quae forma utique per singulas tenenda est ebdomadas » et cetera. 77. Ubi datur intellegi non missam eos celebrasse in supradictis diebus per annum, sicut nos hodie non caelebramus in parasceve et in sabbato sancto. Quod aperte demonstrat tripertita historia in libro nono: « Nam, dum, inquiens, per ecclesias in universo terrarum orbe constitutas, die sabbatorum per singulas ebdomadas sacrificia celebrarentur, hoc in Alexandria et in Roma quadam prisca traditione non faciebant ». Et in eodem sequitur: « Romae sabbata universa ieiunant ».

78. Cum superius scriptum sit quod tres ebdomades ieiunarent ante pascha praeter dominicam et sabbatum, vere possumus intellegere quod primo non ieiunabant et postea constitutum fuit ieiunium. Ponamus de eodem ieiunio verba sancti Augustini ad memoratum Casulanum: « Sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus illo die ab omnibus operibus suis. 79. Hinc exorta est ista in regia illa veste varietas, ut alii, sicut maxime populi orientis, propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium, alii propter humilitatem mortis Domini ieiunare, sicut Romana et nonnulli occidentis ecclesiae. 80. Quod quidem uno die, quo pascha celebratur, propter renovandam rei gestae memoriam, quia discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus ieiunatur, ut etiam illi sabbati ieiunium devotissime celebrent, qui ceteris * per totum annum sabbatis pran- p. 156
dent; utrumque videlicet significantes et in uno anniversarii die luctum discipulorum et ceteris sabbatis quietis bonum. 81. Duo

---

1-9 Epistula 25, *Ad Decentium Eugubinum ep.*, c. 4, PL, 20, 555A-556; in *Collectione Dionysiana*, Decreta Innocentii pp., IV, PL, 67, p. 239CD 11-16 Cassiodorus, *Historia tripartita*, l. IX, c. 38, PL, 69, p. 1155C; 1156B 20-p. 356, 33 Epistula 36, *Ad Casulanum presbyterum*, c. 13, 31-14, 32, PL, 33, pp. 150-151 (Sequitur sabbatum, quo die... anniversario... quo discipulorum... eorum populorum...)

---

E – 1 sepuchro, *sed corr.* 2 ieiunando, *sed corr.* 5 tristicia, *sed corr.* 13 uno versu, *sed corr.* 15 quedam, *sed corr.* 23 veste] vesci 27 renovandam] |e|andam

quippe sunt, quae iustorum beatitudinem et omnis miseriae finem sperari faciunt, mors et resurrectio mortuorum. In morte requies est, de qua dicitur per prophetam: *Plebs mea, intra cellaria tua abscondere pusillum, donec transeat ira Domini.* In resurrectione autem in homine toto, id est in carne et in spiritu, perfecta felicitas. Hinc factum est ut horum duorum utrumque non significandum putaretur labore ieiunii, sed potius refectionis hilaritate, excepto paschali uno sabbato, quo discipulorum, sicut diximus, luctus propter rei gestae memoriam fuerat ieiunio prolixiore signandus. 82. Sed quoniam non invenimus, ut iam supra commemoravi, in evangelicis et apostolicis litteris, quae ad novi testamenti revelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus evidenter praeceptum observanda esse ieiunia, et ideo res quoque ista, sicut aliae plurimae, quas enumerare difficile est, invenit in veste illius filiae regis, hoc est ecclesiae, varietatis locum. 83. Indicabo tibi quid mihi de hoc requirenti responderit venerandus Ambrosius a quo baptizatus sum, Mediolanensis episcopus. Nam cum in eadem civitate mater mea mecum esset et, nobis adhuc cathecuminis parum ista curantibus, illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem nostrae civitatis * sibi esset sabbato ieiunandum, an ecclesiae Mediolanensis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supradictum hominem Dei. 84. At ille: Quid possum, inquit, hinc docere amplius, quam ipse facio? Ubi ego putaveram nihil eum ista responsione praecipisse, nisi ut sabbato pranderemus, hoc quippe ipsum facere sciebam, sed ille secutus adiecit: Quando hic sum, non ieiuno sabbato; quando Romae sum, ieiuno sabbato et, ad quamcumque ecclesiam veneritis, inquit, eius morem servate, si pati scandalum non vultis aut facere. 85. Hoc responsum retuli ad matrem, eique sufficit nec dubitavit esse oboediendum. Hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniam contingit, maxime in Africa, ut una ecclesia vel unius regionis ecclesiae alios habeant sabbato prandentes, alios ieiunantes, mos eorum mihi sequendus videtur, quibus eorundem populorum congregatio regenda commissa est ». Huc usque [Augustini]. 86. Ubi hic, [cum] inquisitio est, utrum sabbato ieiunandum esset, an more Mediolanensis prandendum, non mihi videtur velle significare ieiunium quod fit in carnis abstinentia et sine discretione horarum reficiendo, sed illud quod protrahitur usque post meri-

p. 157

3-4 *Is.*, 26, 20

E – 14 ecclesia 30 contigit 36 in] a

diem. Hanc discretionem sanctus Gregorius aperit, cum dicit: « Idcirco convivium Dei non prandium, sed cena nominatur, quia post prandium cena restat, post cenam vero convivium nullum ». 87. Quapropter qui modo praecipiunt * secundum auctoritatem Innocentii sabbato p. 158 die ieiunare, et id ipsum ieiunium agere in abstinentia carnis sine discretione horarum, videntur nobis aliter commendare illud, quam ipse commendasset, praecipue cum dicat secundum normam parasceves et sancti sabbati ieiunandum.

88. Proposui duos metatus vos rogandos, Unum elicui in superioribus, hoc est stationem firmam de consecratione primi mensis. Nunc secundum praesto habemus, hoc est de ieiunio sabbati, utrum vobis placeat teneri morem provinciae, quod placuit sancto Ambrosio, aut interrogari Romanum pontificem, in cuius ecclesia olim mos idem erat. Nescio si adhuc sit. 89. Absit ut ideo dicam, quasi coner resistere ammonitioni episcopi mei in aliquo, vere ipse nondum aliquid praecinuit de ieiunio memorato, sed familiariter a vobis vestrum velle requiro, quia vestrum est omnia inaequalia ad aequitatem reducere. 90. Multa sunt necessaria mihi ad investigandum a vestra prudentia, quae non possum hic titulare. Titulabo in altero pittacio, quamvis non omnia, tamen plura. De quibus omnibus iam dudum mihi desiderium manet didasculum invenire, qui me in his instrueret. Et quia prope omnes a fonte Romanae ecclesiae ad nos fluxerunt, illud tendi animo, ut inde praecipue biberem.

91. De fermento unde collocuti sumus, ut retuli, ita narratum est dare apostolicum in sabbato ante palmas oblatas * populo, quibus p. 159 non dabat aurum et argentum. Haec narratio frivola mihi videtur esse, quia quod in lectionario dicitur: quando papa fermentum dat, in missali dicitur et in antiphonario: quando elemosinam dat. 92. Sic enim scriptum est in episcopalibus gestis: « Ab eodem die fecit », scilicet Melciades, « oblationes consecratas per ecclesias ex consecratu episcopi, ut dirigerentur, quod declaratur fermentum ».

---

1-3 *XL homiliae in evangelia*, l. II, hom. 36, 2, PL, 76, p. 1267AB 4-5 Vide n. 76 27-28 Hunc titulum, quem in nullo lectionario repperimus, exhibent capitularia evangeliorum typi Λ ac Σ et capitulare utriusque codicis Parisiensis (Bibl. nat., c. lat. 93 et 1371) apud Th. Klauser, *Das Römische capitulare evangeliorum*, B, 98 (« Sabbato datur fermentum in consistorio Lateranensi »); C, 94; p. 176, n. 100 28 *Sacram. gregor.*, 72 (« quando helemosyna datur »); *Antiphonale*, 72 bis (In Compendiensi: « Quando domnus papa elemosinam dat »). 29-31 *Liber pontificalis*, XXXIII, edit. L. Duchesne, t. I, p. 168

---

E – 6 videtur 12 provintiae 20 pittatio 27 fermentum] *litt.* tum *uppl.*

Et iterum de Siricio: « Hic constituit ut nullus presbiter missas celebraret per omnem ebdomadam, nisi consecratione episcopi loci desgnati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum ». 93. Innocentius papa declarat quid velit ipsa missio, ut, quia in domo una coniungi non poterant diebus festis, saltim coniungerentur fermento, id est dilectione, in una ecclesia. « Fermentum hanc vim habet, ut, ait Hieronimus, si farinae mixtum fuerit, quod parum videbatur, crescat in maius, et ad saporem suum universam conspersionem trahat ». 94. Fermentum est donum caritatis. Quod si fuerit parum, in corpore multorum corda condit suo sapore, quia caritas lata est, et suo vinculo omnium fidelium corda ligat. Quod significat evangelium, accipiente muliere fermentum et abscondente in farinae satis tribus, donec fermentetur totum. Mulier est vir apostolicus, quasi ecclesia, qui suam dilectionem praebet farinae, id est clero suo, ut
p. 160 omnes suo exemplo provocet ad veram dilectionem. * 95. Quod pangit Iuvencus presbiter dicens:

Fermento par est munus caeleste salubri,
Quod magna condit mulier sub mole farinae.
Illa dehinc modico fermenti mixta calore
Conducto, unius coalescit corpore massae.

96. Sive isto modo vocetur fermentum, quod agitur in sabbato memorato, sive alio modo, vestra sagax prudentia poterit indagare. Praesto sum ad disquirendum, si iusseritis.

---

11-13 *Matth.*, 13, 33

---

1-3 Ibid. XL, p. 216 3-6 Epistula 25, *Ad Decentium Eugubinum ep.*, c. 5, 8, PL, 20, pp. 556B-557A; in *Collectione Dionysiana*, Decreta Innocentii pp., V, PL, 67, p. 240AB 6-9 *Commentaria in evangelium Matthaei*, l. II, PL, 26, p. 114B 15-20 *Evangelica historia*, l. II, vers. 822-825, PL, 19, p. 214A

---

E – 4 in] uno 5 coniungi] coniugi, *sed corr.* 5 coniugerentur 10 caritatis 10 laeta, *sed corr.* 12 farina 17 pars 23 disquerendum, *sed corr.* 23 iusseritis] hic finit liber. Amen *add.*

VI – *Prologus antiphonarii a se compositi* (*Prol.*)

**H** — Hittorpianus 5, ut eum edidit MELCHIOR HITTORP, *De divinis catholicae ecclesiae officiis ac ministeriis*, 1568, pp. 263-264.

## VI – *Prologus antiphonarii a se compositi* (*Prol.*)

* Incipit p. 263*a*

### Prologus de ordine antiphonarii

1. Cum longo tempore taedio affectus essem propter antiphonarios discordantes inter se in nostra provincia, moderni enim alio ordine currebant quam vetusti, et quid plus retinendum esset nesciebam, placuit ei qui omnibus tribuit affluenter, ab hoc scrupulo liberare me. Inventa copia antiphonariorum in monasterio Corbiensi, id est tria volumina de nocturnali officio et quartum quod solummodo continebat diurnale, certavi a pelago curiositatis carbasa tendere ad portum tranquillitatis. 2. Nam quando fui missus Romam a sancto et christianissimo imperatore Hludovico ad sanctum et reverendissimum papam Gregorium, de memoratis voluminibus retulit mihi ita idem papa: Antiphonarium non habeo quem possim mittere filio meo domino imperatori, quoniam hos quos habuimus, Wala, quando functus est huc legatione aliqua, abduxit eos hinc secum in Franciam.

3. Quae memorata volumina contuli cum nostris antiphonariis, invenique ea discrepare a nostris non solum in ordine, verum etiam in verbis et multitudine responsoriorum et antiphonarum, quas nos non cantamus. Nam in multis rationabilius statuta reperi nostra volumina, quam essent illa. 4. Mirabar quomodo factum sit quod mater et filia tantum a se discreparent. Inveni in uno volumine memoratorum antiphonariorum ex his quae infra continebantur, esse illud ordinatum prisco tempore ab Adriano apostolico; cognovi nostra volumina antiquiora esse aliquanto tempore volumine illo Romanae urbis.

5. In quibus tamen alicubi cognovi corrigi posse nostra ab illis et in aliquibus nostra esse rationabilius et satius statuta, ut praetuli. Arripui medium inter utraque, ut a nostris, ubi melius erant ordinata, non discederem, et ubi poterant corrigi a voluminibus Urbis, non neglegerem, seu in ordine, seu in verbis. 6. Ubi nostri moderni cantores rationabilius * authenticis verbis statuerunt officia sua, p. 263*b* dividendo antiphonas per ferias, necnon et responsorios, et in festi-

vitatibus sanctorum antiphonas distribuendo singulis vigiliis suas, scripsi primo ordinem romanum, dein nostrorum cantorum. Et ubi talem ordinem reperi deficere, addidimus illum ex utrisque voluminibus, ut se demonstrabunt feriae et ebdomadae ante nativitatem Domini et ebdomada paschalis. 7. Ubi ordo responsoriorum et antiphonarum in perspectis voluminibus dissonare videbatur ab ordine librorum de quibus sumpta sunt, et a consonantia quae ratione adstipulatur, non dubitavi sequi in nostro antiphonario ea potius quae historiae et rationi istius vel illius festivitatis visa sunt congruere.

8. Ubi ordinabilius visum est mihi scriptum haberi in antiphonario romano quam in nostro, ibi scripsi in margine R, propter nomen urbis Romae; et ubi in nostro, M, propter Metensem civitatem; ubi nostrum ingenium cogitavit aliquid posse rationabilius illis ordinare, I C, propter indulgentiam et caritatem. 9. Idcirco precor cantores ut non prius despiciant nostra, quam discutiant ea iuxta ordinem librorum et rotunditatem rationis. Et si invenerint minus congruere ea ordini librorum et rationi alicui, dent indulgentiam meae imperitiae; sin autem, non despiciant edere nostra olera, quae rubra testa illis ministrat.

10. In versibus, quos pene mutatos reperiet, si forte quis dignum duxerit praesens volumen frequentare, laboravit et sudavit sacerdos Dei Elisagarus, adprime eruditus, et studiosissimus in lectione et divino cultu, necnon et inter priores primus palatii excellentissimi Hludovici imperatoris. Non solum ille, sed et quoscumque de eruditis ad se potuit convocare, in praesenti negotio sudaverunt. 11. Quamvis enucleatissime mutati versus coniuncti sint responsoriis suis, tamen quos aptos reperi, transcurrendo in prioribus antiphonariis, non dubitavi inserere in nostro antiphonario, ut inveni insertos. 12. Notandum est necessarium nobis esse ut alteros versus habeat noster antiphonarius quam romanus, quoniam altero ordine
p. 264*a* cantamus nostros responsorios quam Romani. * Illi a capite incipiunt responsorium, finito versu, nos, versum finitum, informamus in responsorium per latera eius, ac si facimus de duobus corporibus unum corpus. Ideo necesse est ut hos versus quaeramus, quorum sensus cum mediis responsoriorum conveniat, ut fiat unus sensus ex verbis responsorii et verbis versus. 13. Hoc prospexit memoratus vir et gloriosus presbyter Elisagarus; qua de re certavit ut ex diversis

---

20-25 Helisachar, *Epistula ad Nidibrium Narbonensem episcopum*, edit. E. Duemmler, MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 307-309

---

libris congregaret versus convenientes responsoriis, quos nos et alii multi cupiunt frequentare in nocturnali officio.

14. In omnibus istis assensus me adiuvat summi ac sanctissimi apostolici Gregorii, qui interrogationi sancti Augustini satisfecit, ut undecumque vellet colligere ecclesiastica officia, et addere seu inserere romano ordini, licenter colligeret et usui suorum tribueret. 15. Unde scriptum est in Historia Anglorum, libro primo, capite quinto: « Interrogatio Augustini: Cum una sit fides, sunt ecclesiarum diversae consuetudines, et altera consuetudo missarum in Romana ecclesia, atque altera in Gallia tenetur. Respondit Gregorius papa: Novit fraternitas tua Romanae ecclesiae consuetudinem, in qua se meminit nutritam; sed mihi placet ut, sive in Romana, sive in Galliarum, seu in qualibet ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas, et in Anglorum ecclesia, quae adhuc ad fidem nova est, institutione praecipua, quae de multis ecclesiis colligere potuisti, infundas; non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. 16. Ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia, quae religiosa, quae recta sunt, elige, et haec, quasi in fasciculum collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinem depone ». Hucusque beati Gregorii.

17. In multis locis praenotavi in primo ordine nomina responsoriorum et antiphonarum iuxta ordinem antiphonarii Urbis, et coniunctim in secundo iuxta ordinem nostrae consuetudinis, ut utraque haberet psalta prae oculis, et illud caneret, quod iudicio mentis potius eligeret. 18. Notandum est volumen quod nos vocamus antiphonarium, tria habere nomina apud Romanos: quod dicimus gradale, illi vocant cantatorium; qui adhuc iuxta morem antiquum apud illos in aliquibus ecclesiis in uno volumine continetur. Sequentem partem dividunt in duobus nominibus: pars quae continet responsorios, vocatur responsoriale, et pars quae continet antiphonas, vocatur * antiphonarius. Ego secutus sum nostrum usum et posui p. 264b
mixtim responsoria et antiphonas secundum ordinem temporum, in quibus solemnitates nostrae celebrantur.

---

3-6 *Epistulae,* l. XI, epist. 64, *Ad Augustinum Anglorum ep.,* PL, 77, p. 1187AB 7-20 BEDA, *Historia ecclesiastica,* l. I, c. 27, PL 95, 58C-59A (...in Galliarum tenetur...)

---

**H** –

VII – « *Embolis meorum opusculorum* » (*Emb.*)

Fragmenta:

A) *In Invectione canonica Martini papae in Amalarium officiographum* (*Inv.*)

**G** — Sangallensis 7 — Sankt Gallen, Stiftsbibliothek, c. lat. 681, pp. 7-54.

B) E Flori Lugdunensis *Opusculis adversus Amalarium I* et *II* (*Op. I*, *Op. II*)

**P** — Parisiensis 22 — Paris, Bibliothèque nationale, c. lat. 13371, ff. $22^{r}$-$33^{v}$, $33^{v}$-$57^{r}$

**M** — Pelterianus — Ex apographo I. Mabillon apud E. MARTÈNE et U. DURAND, t. IX, pp. 641-649, 649-666; PL, 119, pp. 71-80, 80-94.

## VII – « *Embolis meorum opusculorum* » (*Emb.*)

### A) *In Invectione canonica Martini papae in Amalarium officiographum* (*Inv.*)

⟨1. Forte quaerit aliquis quo tempore Martinus papa floruerit. Invenitur autem in chronicis Bedae presbyteri floruisse temporibus Constantini filii Constantini, qui deceptus est a Paulo, qui exposuit typum adversus catholicam fidem, nec unam sed duas voluntates aut operationes in Christo diffiniens esse confitendas, quasi nihil velle vel operari credendus sit Christus. Unde Martinus papa congregata Romae synodo cv episcoporum dampnavit sub anathemate praefatos Cyrum, Sergium, Pirrum et Paulum haereticos, componens et istum libellum adversus quendam AMALARIUM falsum doctorem. 2. Et post haec missus ab imperatore THEODORUS exarchus tulit MARTINUM papam de ecclesia constantiniana perduxitque Constantinopolim. Qui post haec relegatus Cersonam ibidem vitam finivit multis in eodem loco virtutum signis usque hodie refulgens. Facta est autem synodus praefata anno nono imperii Constantini mense octobrio indictione octava. Constantinus autem post plurimas et inauditas depraedationes provinciis factas occisus in balneo periit indictione xii.ma, Anno Domini 654.

INVECTIO CANONICA MARTINI PAPAE IN AMALARIUM OFFICIOGRAPHUM.⟩

1. Discipuli veritatis interrogaverunt Dominum, ipsam videlicet incommutabilem veritatem, dicentes per unum: *Domine, si pauci sunt qui salvantur*? Ille respondit omnibus subdendo: *Contendite intrare per angustam portam*. Quae sententia per alium evangelistam plenius explicatur, qui dicit: *Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est quae ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via quae ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam.* Ista paucitas signatur in alio loco, ubi dicitur: *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare*

---

21-22 *Luc.*, 13, 23   22-23 *Luc.*, 13, 24   24-28 *Matth.*, 7, 3-14   29-p. 368, 1 *Luc.*, 12, 32

---

G – 4 unum   6 congregata] [anno] Domini 649 *adscr. in marg.*   8 praefatos] scilicet in priori capitulo *adscr. in marg.*   25 *est*] *suppl.*

*vobis regnum.* 2. Dicat nunc ipsa paucitas salvatorum, pusillus grex, heredes regni: *Deducant oculi mei lacrimas per diem et noctem et non taceant, quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei plaga pessima vehementer. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio, et si introiero in civitatem, ecce attenuati fame.* Et quod peius est, nobiles eius interierunt fame et multitudo eius siti exaruit, non fame panis, nec siti aquae, sed sicut propheta dicit: *Audiendi verbum Dei.*

3. Neque hoc dico, ut bonos nunc superesse episcopos diffitear, sed quia quanto meliores tanto pauciores, et quanto neglegentiores tanto plures. Scio et nunc esse aliquos bonae voluntatis, sanae fidei et clarae scientiae, sed non esse illis liberam facultatem ad defendendum iudicium et ad dandam sententiam, quae magis ab illis quaeruntur, qui nec volunt nec valent dicere cum doctore gentium: *Non quaero quae vestra sunt, sed vos* ipsos quaero, et iterum: *Non quaero datum sed requiro fructum abundantem*, sed e contrario, etsi verbis non audent dicere, rebus tamen non tacent, dicendo: Non vos ipsos quaero, sed ea quae vestra sunt. Propter quod etiam ipse Dominus compellitur dicere: *Populum meum exactores sui spoliaverunt.*

4. Iam dudum erectum est tabernaculum foederis, dispositae excubiae sacerdotales, compositae ministrationes levitarum, distributae ad custodiam terrae tribus per quatuor plagas mundi, ordinatae promotiones castrorum, sed iam cessavit et sollicitudo gubernationis, ut eiciantur de castris leprosi et fluxum seminis sustinentes, et vasa quae non habuerint opercula et ligaturas in loco ubi mortuus fuerit homo, aut frangantur, aut radantur. 5. Quae ab apostolorum temporibus diligenter sunt custodita et tenta usque ad propinqua tempora, quando cessante pia sollicitudine succrescere et multiplicari coeperunt neglegentiae et desidiae et *laudatur peccator in desideriis animae suae et iniquus benedicitur*, et iam vix invenitur qui expavescat illud quod scriptum est: *Ignis devorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt*, et iterum: *Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas iudicii.*

6. Et quis est iam *qui excutiat manus suas ab omni munere*, ab omni utique, sicut beatus Gregorius exponit, quia est munus a manu,

---

2-5 *Ier.*, 14, 17-18 (...lacrimam per noctem et diem...) 7 *Am.*, 8, 11 14 *II Cor.*, 12, 14 14-15 *Phil.*, 4, 17 18-19 *Is.*, 3, 12 20-26 *Num.*, 1-4; 5, 1-4; 19, 15 29-30 *Ps.* 9, 24 31-32 *Iob.*, 15, 34 32-33 *Prov.*, 17, 23 34 *Is.*, 33, 15 — 35-p. 369, 1 *XL homiliae in evangelia*, hom. 5, 4, PL, 76, p. 1092A

---

G – 22 terrae] ternę

munus a lingua, munus ab obsequio, quae plus valent apud aliquos quam timor Dei, quam amor innocentiae et iustitiae. O crudelis bestia, cupiditas caeca et surda, quae sublevari facis inimicos veritatis et opprimi amatores. O mens famula avaritiae, cur saevis contra innocentes, ut iustifices impium pro muneribus et iustitiam iusti auferas ab eo? 7. Vere, quia non intellegis quid sit: *Misericordiam volo et non sacrificium*. Quod si scires, numquam condemnares innocentes, numquam praeponeres tenebras luci, et amaritudinem dulcedini. Domine omnipotens, qui solus es, cuius natura bonitas, cuius opus misericordia, cuius voluntas potentia, quid facies domui tuae, quam decet sanctitudo in sempiternum? 8. De qua per quendam sapientem dicitur: *Dixisti aedificare templum in monte sancto tuo et in civitate habitationis tuae altare similitudinem casae sanctae, quam praeparasti ab initio, et tecum sapientia tua, quae novit opera tua, quae et affuit tunc cum orbem terrarum faceres*, et per vas electionis, magistrum videlicet gentium, dicitur ita: *Capitulum autem super ea quae dicuntur: Talem habemus pontificem qui consedit in dextera sedis magnitudinis in caelis, sanctorum minister et tabernaculi veri, quod fixit Deus et non homo.*

9. *Consurge, consurge, induere fortitudine, brachium Domini, consurge, sicut in diebus antiquis in generationibus saeculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Exsurge et nunc in ira tua et exaltare in finibus inimicorum tuorum.* Succurre domui tuae, munda eam ab immunditiis leprarum. Eice lapides leprosos de parietibus eius, proiciantur foras in locum inmundum, sicut per legem iussisti. Subroga in aedificio lapides mundos, suscita pastores in domo tua, quales docuisti per beatum Paulum apostolum esse debere, qui ait: *Oportet episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem* et post aliqua: *Continentem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos qui contradicunt, arguere.* 10. Perpendite sollicite, fideles filii veritatis, id est sani in fide, quid sit quod dicitur per apostolum, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et fugite doctrinam infirmam

---

6-7 *Matth.*, 12, 7  12-15 *Sap.*, 9, 8-9 (Dixisti me aedificare... similitudinem tabernaculi sancti tui, quod...)  16-19 *Hebr.*, 8, 1-2  20-21 *Is.*, 51, 9  22-23 *Ps.* 7, 7 (Exurge, Domine, in ira... inimicorum meorum)  26 *Lev.*, 13-14  28-31 *Tit.*, 1, 7-9

---

9-11 Cfr. Leo Magnus, *Sermo XXII*. In nativitate Domini II, 1, PL, 54, p. 194A

---

G –

et corruptam, et audite cum timore et amore Dominum monentem per Moysen et dicentem: *Cave ne incurras plagam leprae, sed facies omnia, quaecumque dixerint tibi sacerdotes levitici generis.* Qui utique, si non de lepra mentis sed corporis loqueretur, medicis potius peritis mandaret oboedire, quam sacerdotibus levitici generis. 11. Propter quod et in alio loco dicit apostolus: *Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor.* Audiamus etenim, quid ipsis doctoribus iubeat, dicens: *In omnibus te ipsum praebe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, verbum sanum, inreprehensibile.*

12. Nempe iste adversus quem agimus, debuerat sollicite et oboedienter audire Dominum monentem Ezechielem prophetam et dicentem: *Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem annuntiabis eis ex me.* Non ex te inquit, sed ex me et ex ore meo, id est quem me docente didiceris, non quem proprio corde finxeris, sicut et magister gentium de ipso dicit: *Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis.* Neque enim doctor aliquid debet tradere auditoribus, nisi quod a Domino accipit. Qui autem de suo tradit, mendax est, quoniam ex propriis loquitur, et non solum mendax, sed et adulter. 13. De qualibus loquitur apostolus isdem dicens: *Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coram Deo, in Christo loquimur.* Et post aliqua: *Ideo*, inquit, *habentes hanc ministrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.* 14. Item beatus doctor gentium: *Haec doce et exhortare. Si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi et ei quae secundum pietatem est doctrinae, superbus est, nihil faciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malae, conflictationes hominum mente corruptorum et qui veritate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem.* 15. Item idem magister gentium: *Haec proponens fratribus bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verba fidei et bonae doctrinae, quam*

---

2-3 *Deut.*, 24, 8 (Observa diligenter ne incurras... facies omnia quaecumque docuerint te sacerdotes...) 6-7 *Hebr.* 13, 9 8-10 *Tit.*, 2, 7-8 13-14 *Ez.*, 3, 17; 33, 7 16-17 *I Cor.*, 11, 23 21-22 *II Cor.*, 2, 17 23-27 *II Cor.*, 4, 1-2 28-33 *I Tim.*, 6, 3-5 (...nihil sciens...) 34-p. 371, 2 *I Tim.*, 4, 6-7

---

G – 3-5 Qui utique – levitici generis] *Haec in margine a. m. adscr.* 7 quod, *sed a. m. corr.* 31 plasphemię

*assecutus es. Ineptas autem et aniles fabulas devita. Exerce te ipsum ad pietatem.* Ineptae, id est non aptae, fabulae sunt quae non aedificant auditores. Anus autem dicuntur vetulae feminae de quibus hodieque vulgo dicitur quod habent usum supervacua quaeque et nulla ratione fulta referre. Si ergo et ista devitanda sunt, quanto magis illa quae nitorem et sinceritatem fidei aut maculant aut obfuscant.

16. Propter quod necesse est sine cessatione exercitio pietatis inservire omni qui cottidie studet perficere. De qua pietate saepe dictus magister gentium dilectum discipulum Timotheum instruit dicens: *Haec tibi scribo sperans me venire ad te cito. Si autem tardavero, ut scias quomodo te oporteat in domo Dei conversari, quae est ecclesia Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu. Apparuit angelis, praedicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.* 17. Haec est summa pietas ad quam nos exerceri praecipit, quae mentes fideles praeparat in habitaculum Dei, et facit gloriosam ecclesiam non habere maculam aut rugam, quam dicit columnam esse et firmamentum veritatis. Propter quod attente notare debetis, vos qui fideles estis in Deo, per hoc pietatis sacramentum, quam viriliter resistere debeatis mendaciis et mendacibus; quoniam secundum Ioannem apostolum omne mendacium ex veritate non est sed ex illo omnino est de quo Dominus loquitur in evangelio: *Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est et pater eius*, id est mendacii, haud dubium quin diabolus.

18. Descripto autem in brevi apostolus pietatis sacramento, statim de corruptis et corruptoribus pietatis subiungit: *Spiritus autem manifeste dicit: quia in novissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam.* Cauteriatam conscientiam dicit adustam ignitis diabolis sagittis, contrariis videlicet medicinalibus cauteriis; de qua medicina commendat apostolus, ut industrie agat fidelis discipulus, dicens ei: *Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi, cum irem in Macedoniam, et denuntiares quibusdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogiis interminatis, quae quaestiones praestant magis quam aedificatio-*

---

11-16 *I Tim.*, 3, 14-16 24-25 *Io.*, 8, 44 28-31 *I Tim.*, 4, 1-2
34-p. 372, 4 *I Tim.*, 1, 3-7

---

G –

*nem Dei, quae est in fide. Finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. A quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intellegentes neque quae loquuntur neque de quibus affirmant.* 19. Et in alio loco: *Formam habe*, ait, *sanorum verborum, quae a me audisti in fide et dilectione in Christo Iesu.* Et hic notandum et quod apostolus formam docet habendam sanorum verborum, non infirmorum aut corruptorum vel mendacium. Quae qui habet non est sanus in fide, nec stat, sed iacet infirmus fide communicando infidelibus.

20. Iterum autem magister gentium sano discipulo suo Tito praecipit: *Cretenses semper mendaces; malae bestiae, ventres pigri. Testimonium hoc verum est; quam ob causam increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum aversantium se a veritate.* Et post pauca: *Tu autem loquere quae decet sanam doctrinam: senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide.* 21. Item Timotheo: *Testificor coram Deo et Christo Iesu, qui iudicaturus est vivos ac mortuos, et adventum ipsius et regnum eius. Praedica verbum, insta opportune inportune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Et iterum ad eundem: *Haec conmone testificans coram Deo. Noli verbis contendere in nihil utile, nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis, profana autem et inaniloquia devita. Multum enim proficiunt ad impietatem et sermo eorum ut cancer serpit.* Et hic notandum valde est, quod profana et inaniloquia non mediocriter sed multum proficiant ad impietatem. 22. Et iterum: *O Timothee, depositum custodi devitans profanas vocum novitates et oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* Et hic notandum quod amatores vocum novitatum iuvenilia desideria sectentur. Item ad Corinthios: *Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi ut idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu, in eadem scientia.* 23. Item ad Ephesios: *Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni hu-*

---

5-6 *I Tim.*, 1, 5-7  6-8 *II Tim.*, 1, 13  11-14 *Tit.*, 1, 12-14  14-15 *Tit.*, 2, 1-2  16-21 *II Tim.*, 4, 1-4 (...mortuos per adventum...)  21-26 *II Tim.*, 2, 14-17  28-31 *I Tim.*, 6, 20-21  31-35 *I Cor.*, 1, 10  35-p. 373, 5 *Eph.*, 4, 1-6

---

G – 5 sonorum, *sed corr.*  34 *in eodem sensu*] *suppl. e. m. in marg.*

*militate et mansuetudine, cum patientia; supportantes invicem in caritate; solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium, qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis.* 24. Et iterum: *Iam non simus parvuli fluctuantes et circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris, veritatem autem facientes in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.* Et iterum: *State ergo succincti lumbos vestros in veritate, induti lorica iustitiae et calciati pedes in praeparatione evangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, et galeam salutis assumite et gladium spiritus, quod est verbum Dei.* 25. Iterum ad Philippenses: *Implete gaudium meum ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam.* Et iterum: *De cetero, fratres, quaecumque [sunt vera, quaecumque pudica, quaecumque] iusta, quaecumque sancta, quaecumque amabilia, quaecumque bonae famae, si qua virtus, si qua laus disciplinae, haec cogitate; quae et didicistis et accepistis et audistis et vidistis in me, haec agite et Deus pacis erit vobiscum.* Omni studio colligendum, quia quaecumque vera non sunt, neque pudica esse possunt, et quaecumque haec non sunt, neque iusta, neque sancta, sed neque amabilia, neque bonae famae, ac per hoc, neque cogitanda, neque tenenda, neque discenda, neque audienda, et in eo qui talibus delectatur, Deus pacis habitare non potest. Item ad Colosenses: *Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum; corpus autem Christi.*

26. Pensate, discipuli veritatis, quid intersit inter umbram et corpus. Omnis namque umbra ex corpore redditur et secundum liniamenta corporis efficitur figura umbrae, ita ut frequenter contingat in sola umbra cognoscere cuius animantis sit, et cum cognoscitur quod hominis sit, plerumque contingit ut cognoscantur etiam cuius hominis. 27. Verbi gratia, si homo sedens teneat dorsum ad solem aut contra quodlibet lumen, et veniat a tergo homo et cognoscat illum in sola umbra venientem; cum autem iam praesens illi fuerit, non necesse habet umbram aspicere, sed ipsam veritatem corporis cuius erat umbra. Sic omnia quae multifarie et multis mo-

---

5-9 *Eph.*, 4, 14-15 9-13 *Eph.*, 6, 14 13-15 *Phil.*, 2, 2-3 16-20 *Phil.*, 4, 8-9 25-27 *Col.*, 2, 16-17

---

G – 10 evangeli

dis dicta sunt antiquis prophetis de gestis redemptoris nostri; veniente corpore, adimpletione videlicet veritatis, cessaverunt umbrae et solum corpus ammiratur et praedicatur, id est ipsa veritas gestorum. Nam qui iam corpus tenet et adhuc opinatitias umbras requirit in ipso corpore, stultum se esse demonstrat et confusione dignum. 28. Frequenter itaque apostolus ammonet in fide standum, dicens: *State in fide, viriliter agite.* Et iterum: *Nunc vivimus, si vos statis in Deo*, et laudat eos quibus dicit: *Nam fide stetistis.* Stare nanque sanarum mentium est, iacere autem infirmarum. Nos ergo intellegamus eum ex verbis Domini: *Qui a semet ipso loquitur* et *gloriam propriam quaerit*, a semet ipso etiam venire et non esse missum a Deo. Quod si esset, gloriam mittentis quaereret, non propriam. Consequens igitur est, ut qui non est missus, a semet ipso veniat, a semet ipso loquatur, et gloriam propriam quaerat.

29. Quoniam antichristus est, id est contrarius illi qui dicit de se: *Et me scitis et unde sim scitis, et a me ipso non veni, sed verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum et ipse me misit.* De illis autem qui a semet ipsis veniunt dicit: *Omnes quotquot venerunt, fures sunt et latrones*, utique a semet ipsis, non qui missi sunt. Et: *Fur non venit, nisi ut furetur, et mactet, et perdat.* 30. Omnis autem homo qui talibus favet, qui talem defendit et laudat, non est cum Domino sed contra Dominum, quia non colligit cum eo, sed dispergit ab illo. *Qui habet aures audiendi audiat*, quoniam talis non solum mactatus sed et mactans est, sicut ille qui profana et inaniloquia non devitat, sed amat seminare ad corruptionem mentium quas aptas invenerit ad incrementum impietatis, in quibus sermo eius ut cancer serpere possit ad nutriandam infidelitatem.

31. Scire, inquit, debetis corpus Christi triforme vel tripertitum esse. Et propterea in sacrificio altaris partem sanctificati panis in calicem mittimus, partem in patena confringimus, partem in altari relinquimus. Illud enim quod in calicem mittitur corpus Christi est, quod de Maria suscepit. Quod in patena confringitur nos sumus, qui et sumimus. Quod in altari relinquitur defunctorum est, qui iam a saeculo excesserunt. 32. Haec est sapientia terrena, animalis, diabolica, extollens se contra scientiam Dei, evertens sinceritatem fidei et subver-

---

7 *I Cor.*, 16, 13 7-8 *I Thess.*, 3, 8 8 *II Cor.*, 1, 24 10-11 *Io.*, 7, 18 16-18 *Io.*, 7, 28-29 (... verus est qui...) 18-19 *Io.*, 10, 8 20 *Io.*, 10, 10 23 *Math.*, 11, 15

---

G –

tens tramitem veritatis in hominibus mente corruptis, qui sunt indocti et instabiles ad suam ipsorum perditionem. 33. Dic, rogo, si omnes secundum sanam doctrinam unum Christi corpus sumus, docente nos beato Paulo apostolo, qui ait: *Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Quoniam unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane caelesti participamus*, et sensu catholico inter sacra missarum sollempnia edocti sumus dicere Deo: « Quos uno pane caelesti satiasti, tua facias pietate concordes », ut multa membra per diversitatem donorum, quae operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis, prout vult, unum sint corpus per concordiam et consonantiam virtutum, ubi sunt istae III formae quas praedicas, cum in scissuris Deus non habitet, unde tria corpora quae doces, quibus non solum pluralitatem sed et ordinem tribuis dicendo: primum, secundum et tertium?

34. Non sic ipse panis caelestis docet, cum dicit: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signavit Deus.* Et iterum: *Non Moyses dedit vobis panem de caelo sed pater meus dat vobis de caelo verum. Panis enim Dei est qui descendit de caelo et dat vitam mundo.* 35. Et iterum: *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Et iterum: *Caro enim mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in illo. Sicut misit me vivens pater, et ego vivo propter patrem, et qui manducat me et ipse vivit propter me.* Ecce in his testimoniis veritatis nulla sonat triformitas, nulla tripertitio, sicut sator falsitatis astruit, sed vera unitas unius veri panis dantis vitam mundo.

36. Sed videamus iterum quomodo in cena ultima sacramentum sui corporis commendet suis discipulis Dominus. Dicit itaque Matheus: *Cenantibus illis accepit Iesus panem et benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait: Accipite, et comedite hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in*

---

4-6 *I Cor.*, 10, 16-17 15-17 *Io.*, 6, 27 17-19 *Io.*, 6, 32-33 20-22 *Io.*, 6, 51 22-26 *Io.*, 6, 56-57 (...vivet propter me) 31-p. 376, 1 *Matth.*, 26, 26-28

---

8 *Liber sacram.*, XXXIII, 134, Feria VI post dom. in quinquagesima, Ad complendum, p. 12; *Sacram. gregor.*, 37, 3, item, pp. 26-27

*remissionem peccatorum.* 37. Marcus paene similiter. Lucas quoque ita: *Et accepto pane, gratias egit et fregit et dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur; hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens: Hic est calix novum testamentum in meo sanguine, qui pro vobis fundetur.* 38. Beatus quoque Paulus ita: *Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem et gratias agens fregit, et dixit: Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis, donec veniat.*

39. Ecce et hic consonat quod pars sanctificati panis, quae in patena confringitur, non Amalarius sit et socii eius, qui et sumunt, ut ipse dicit, sed ipse panis Christus, qui de caelo descendit dare vitam mundo. Perpende quia Dominus benedixit et fregit et fractum discipulis panem porrexit, et, licet fractus sit panis, unus tamen permanet, et singulari numero panis dicitur, non diversae partes, sed unum corpus fideliter sumentibus aeternam vitam conferens.

40. Sic enim intellexerunt clarissimi doctores ecclesiae, ex quibus unus egregius martyr et doctor Cyprianus sic dicit: « Panis vitae Christus est et panis hic omnium non est, sed noster est. Et quomodo dicimus: Pater noster, quia intellegentium et credentium pater est, sic et panem nostrum vocamus, quia Christus eorum qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panem dari nobis cottidie postulamus, ne qui in Christo sumus et eucharistiam eius cottidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abstinentes et non communicantes a caelesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur ». 41. Beatus etiam Iheronimus sic dicit: « Vis accipere Domini cibos? Vis comedere ipsum dominum tuum et salvatorem? Audi quid dicat: *Dilata os tuum et implebo illud.* Dilatate ora vestra, ipse est et dominus et panis ».

---

1 *Marc.*, 14, 22-24 2-5 *Luc.*, 22, 19-20 6-13 *I Cor.*, 11, 23-26 32-33 *Ps.* 80, 11

---

22-30 *Liber de oratione dominica*, c. 18, PL, 4, p. 531 (... dum abstenti et...) 30-33 Pseudo-Hieronymus, *Breviarium in psalmos*, ps. 80, PL, 26, p. 1061A

---

G – 11-12 *bibetis in meam commemorationem. Quotiescumque*] *suppl. in marg.* 15 non] *pos. post v.* dicit 32 salvatorem] salutare, *sed e. m. corr.*

42. Beatus quoque Augustinus similiter: « Qualem, inquit, vocem Domini audistis invitantis nos? Quis invitavit? Quos invitavit et quid praeparavit? Invitavit dominus servos et praeparavit eis cibum, se ipsum. Quis audeat manducare dominum suum? Et tamen ait: *Qui manducat me, vivit propter me.* Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur ut manducetur, sed mortuos vivificat; quando manducatur, reficit, sed non deficit. 43. Non ergo timeamus, fratres, manducare istum panem, ne forte finiamus illum, et postea quod manducemus, non inveniamus. Manducetur Christus, vivit manducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando manducamus, partes de illo faciamus; et quidem in sacramento sic fit. Et norunt fideles quemadmodum manducent carnem Christi: unusquisque accipit partem suam, unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur in sacramento, et manet integer totus in caelo, totus in corde tuo ».

44. Ecce quid dicunt tres testes legitimi catholicae veritatis, quos tota ecclesia Christi sequitur, et nos cum illa, quia in illa nec dissonamus ab illa. Praedictus autem doctor falsitatis, qui dicit: pars quae in patena confringitur, nos sumus, qui et sumimus, nescio qui sint illius socii, unum tamen scio, quia nec sibi nec aliis dare vitam possunt. Certe qui semet ipsum credit se manducare, vivat propter se, si potest, quod utique non potest, nam propter Christum non vivet qui dicit: *Qui manducat me et ipse vivit propter me.* 45. Dicit etiam de tertia parte sui panis quam in altari relinquit, quod defunctorum sit qui iam de saeculo excesserunt. Dic, rogo, quomodo est defunctorum? Numquid ipsi eam manducant? Si tu qui in patena confringeris et sumis, propterea te dicis esse eandem partem quia comedis, illa tertia pars secundum te in altari relicta, quomodo est defunctorum, si non ab illis sumitur?

46. Nos igitur, qui a catholico sensu nullatenus volumus dissonare, dicimus nos in apostolis manducasse istum panem verum cae-

---

5 *Io.*, 6, 57 (...et ipse vivet propter...) 23 *Io.*, 6, 58 (... vivet...)

---

1-15 « Ex sermone de verbis evangelicis », apud Florum Lugdunensem, *Expositio in epistulas beati Pauli*, Expositio in epistolam I ad Corinthios, c. 10, vers. 16, PL, 119, p. 335D; cfr. *Venerabilis Bedae opera omnia*, ed. Basileae 1563, t. VI *Operum venerabilis Bedae in divi Pauli scripta*, p. 479, ubi locus ipse praebetur. De illa collectione dictorum Augustinianorum in epistulas s. Pauli, quae Flori est, non Bedae, vide A. Wilmart, *La collection de Bède le vénérable sur l'apôtre*, in *Revue Bénédictine*, 38 (1926), pp. 16-52

---

G –

lestem, etiam ante passionem eius, « pridie quam pateretur », et ex illa nocte ac deinceps, omnes qui veraciter dicunt, aut dixerunt: *Panem nostrum cottidianum da nobis hodie*, sancti videlicet quorum est panis quem petunt, et quorum est pater a quo petunt. 47. Sic est panis defunctorum, sicut angelorum, viventium autem sic est, sicut norunt fideles pie sumentes, qui didicerunt vel discunt ab apostolo dicente: *Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in adquisitionem salutis, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis ut, sive vigilemus sive dormiamus, simul cum illo vivamus.* Aperte igitur hic demonstrat apostolus quod membra Christi, sive vigilent, id est in corpore adhuc vivant, sive dormiant morte corporis, simul cum illo vivant. Ubi ergo erunt formae tuae? 48. Nam et verba Domini orantis post cenam, « pridie quam pateretur », hoc idem demonstrant, cum dicit: *Non pro his rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.* Et post pauca: *Et ego claritatem quam dedisti mihi dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus, ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum.*

49. Deinde subinfert doctor falsitatis dicens: PANIS AUTEM EST CHRISTUS, SANGUIS ANIMA, UT SIT TOTUS CHRISTUS. Haec eius verba sunt, licet numero pauca, sensu tamen pravo et haeretico multum gravida. Sed nos audiamus evangelistam quid dicat: Ait enim: *Postea sciens Iesus quia iam omnia consummata sunt, ut consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hysopo circumponentes obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est, et inclinato capite tradidit spiritum.* Et post pauca: *Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exiit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis.* 50. Dic, stultissima perversitas, quae asseris sanguinem esse animam Christi, quare non consideras verba evangelii tam diligenter scripta? Ecce audis venisse milites ad Dominum Iesum, ut frangerent eius crura, sed videntes eum iam mortuum, non fregerunt crura; tamen, lancea latere eius aperto, exivit sanguis et aqua.

---

3 *Luc.*, 11, 3 7-10 *I Thess.*, 5, 9-10 14-16 *Io.*, 17, 20-21 17-18 *Io.*, 17, 22-23 22-27 *Io.*, 19, 28-30 27-31 *Io.*, 19, 33-35

---

1 Canon missae, edit. B. BOTTE, p. 38

---

G –

51. Quomodo ergo erat mortuus, cum adhuc in eo sanguis maneret, si secundum te sanguis anima est? Aut quem spiritum tradidit inclinato capite, ut moreretur, si animam non tradidit? Nam hoc est spiritum tradere quod ponere animam. Quid unquam infidelius dici potuit, [quam] spiritum esse sanguinem? Nempe quod iste evangelista dicit: *Tradidit spiritum*, alius dicit: *Emisit spiritum*, alii duo: *Exspiravit*. Unde aperte datur intellegi, quia spiritum nominant animam, quam nemo tulit ab illo, sed ipse eam, cum voluit, posuit.

52. Aut si tu solita perversitate dicis esse alium spiritum quem tradidit vel emisit, ut moreretur, et aliam animam quae de latere iam mortui exivit in specie sanguinis, compellendus es ut dicas quid sit etiam aqua. Quia apostolus ait de Domino: *Hic est qui venit per aquam et sanguinem Iesus Christus. Non in aqua solum, sed in aqua et sanguine*. Nempe multum graviter commendat evangelista hoc miraculum, quod de aperto latere mortui exivit sanguis purus et aqua pura. Non dicit cucurrit aut fluxit, tanquam per plagam vulneris, sed exivit, tamquam per ostium apertum. 53. Aut forte adhuc perversius putas, sicut Moyses de animabus pecorum dicit, quod anima omnis animantis in sanguine sit, ita et de Domino dicendum. Certe haec aqua et hic sanguis sacramenta sunt ecclesiae ablutionis et sanctificationis. Et propterea fidei commendat ea evangelista dicendo: *Et ille scit quia vera dicit, ut et vos credatis*.

Dicturus es de hoc sanguine quod ipsa sit anima, an non? Sed non te permittit evangelista et apostolus qui dicit: *Et spiritus est qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quia tres sunt qui testimonium dant: spiritus, aqua, et sanguis, et tres unum sunt*. 54. Quid facies cum fueris compulsus ut exponas quomodo est potus noster anima Christi. Ipse enim dicit: *Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus*, et: *Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum*. Dic, rogo, quomodo bibitur anima Christi, ut potus sit, si sanguis anima est? 55. Dominus post cenam tradens calicem discipulis praecepit eis dicens: « Hic est calix [sanguinis mei], novi et aeterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis et pro multis effundetur in remissionem peccatorum ». Quomodo effunditur et

---

6-7 *Io.*, 19, 30; *Matth.*, 17, 50; *Marc.*, 15, 37 et *Luc.*, 23, 46    12-14 *I Io.*, 5, 6    18-19 *Lev.*, 17, 11. 14    21-22 *Io.*, 19, 35    24-26 *I Io.*, 5, 6-7    28-30 *Io.*, 6, 56-57

---

31-34 Canon missae, edit. B. Botte, p. 40

---

G – 14 graviter] granditer, *sed. corr.*    33 testamento, *sed corr.*    33 mys terio, *sed corr.*

quomodo bibitur? Funditur in morte, non post mortem, bibitur in sacramento. Notissimum est fidelibus quod apostolus dicit: *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiatis, donec veniat.* 56. Si in perceptione sacramentorum corporis videlicet et sanguinis Domini mortem eius annuntiamus, donec veniat ad iudicandos vivos et mortuos, expone quomodo hic sanguis anima eius sit. Quod si ostenderis, ostendendum, sicut supra diximus, tibi erit quid etiam aqua sit, quae de Domini latere exivit. 57. Nos vero sicut aliud dicimus sanguinem esse, et aliud aquam, ita et animam aliud, quam substantialiter verbum caro factum sibi coniunxit in unitate personae suae. Neque recipimus sanguinem esse animam. Anima enim in corpore latet, non corpus in anima. Propter quod convenit tibi pensare quam stultissime dixeris partem panis quam in calicem mittimus, corpus esse Domini, et vinum aqua mixtum, quod calix continet, animam infusam corpori, quod nulli potest veri simile videri.

58. Dicit itaque assertor falsitatis: SANGUIS ANIMA EST, UT SIT TOTUS CHRISTUS. Hic sensus non est unius haeresis, sed plurimarum. Si totum Christum corpus et animam dicis, liquido patet quod divinitatem Christo non tribuas. Catholicae namque veritatis magistri confitentur Christum in singulis, Christum in omnibus, Christum fuisse sepultum in corpore, Christum descendisse ad infernum in anima, Christum permansisse inpassibilem in divinitate, licet Christus Deus passus sit in corpore et anima. 59. Iam supra diximus animam hominis Christi substantialiter fuisse unitam divinitati Christi, et hoc esse fideliter verbum carnem factum habitare in nobis, hoc est in homine assumpto ex nobis, et in Christo homine inhabitare omnem plenitudinem divinitatis corporaliter, id est veraciter et substantialiter. Nam totum Christum dicere corpus et sanguinem, quem tu animam interpretaris, non solum Hebionitarum est haereticorum, sed et eorum qui Paulum Samosathenum secuti sunt, et eorum qui Fotinum et eorum qui Theodorum, pessimorum haereticorum, et eorum qui Nestorium, etiam et alios.

60. Deinde dicit improbus doctor: SED ET ILLUD PRAECIPUE VOS NOSSE OPORTET, et exsequitur QUAEDAM VANA ET INEPTA, quae nec cognitione sunt necessaria, nec auditu digna, eo quod sint falsa. Deinde adiungit, et dicit: ET PRIMA EIUS PARS PRO ELECTIS, PENULTIMA PRO PECCATORIBUS DICITUR, hoc est in actione quam ille ora-

---

2-4 *I Cor.*, 11, 26

---

G – 3 bibitis, *sed corr.* 30 interpretatis, *sed corr.* 31 samothenum

tionem canonicam nominat. Quae verba pelagianum sensum reddunt, et omnium haereticorum qui impeccantiam praedicare conati sunt. Quibus subiungit more suo ALIQUA INEPTA ET VANA.

61. Deinde adiungit DE SACRIS OFFICIIS, et dicit PER INVITATORIUM AD ECCLESIAM INVITARI, quasi alibi haud aliter cantetur, nisi in ecclesia congregatis officialibus et audientibus. Quibus verbis subiungit quaedam ridicula et omni despectione digna, dicens: DUODENOS PSALMOS CANTARI IN MINISTERIO AARON SACERDOTIS, QUI, INGRESSURUS SANCTA SANCTORUM AD SACRIFICIA OFFERENDA, DUODECIM LAPIDES DUODENIS NOMINIBUS FILIORUM ISRAHEL SCULPTOS GESTABAT IN PECTORE. UNDE AD IPSOS DUODECIM PATRIARCHAS ET CETEROS USQUE AD DAVID XII PSALMI PERTINENT, PRIMO LOCO AD NOCTURNAS DIE DOMINICO DECANTATI; TRESQUE QUI SECUNDO LOCO CANTANTUR, AD EOS PERTINENT QUI EXTITERUNT A DAVID USQUE AD CHRISTUM; TRES ITERUM QUI SECUNTUR TERTIO LOCO, DEPUTANTUR APOSTOLIS ET CETERIS CHRISTIANIS AB ADVENTU CHRISTI USQUE AD FINEM MUNDI. UNDE PRIMO XII SINE ANTIPHONIS, SECUNDO TRES CUM ANTIPHONIS, TERTIO ITERUM TRES CUM ALLELUIA CANTANTUR, PROPTER GLORIAM NOVI TESTAMENTI. 62. Dic, improvide praesumptor, quomodo cantantur nunc XII psalmi in ministerio Aaron sacerdotis, aut quomodo pertinent ad XII patriarchas et ceteros usque ad David, aut quae est series vel ordo, ut, quia ad illos pertinent, propterea cantentur sine antiphonis? Quae iterum ratio exigit ut tres psalmi, quos dicis pertinere ad eos qui fuerunt a David usque ad Christum, cum antiphonis cantentur? Vel quod privilegium est apostolorum et ceterorum christianorum, ut tu dicis, ut illi III qui ad eos pertinent, cum alleluia cantentur?

63. In eo autem quod dicis ingressurum Aaron in sancta sanctorum ad sacrificia offerenda, nimiam tuam imperitiam demonstras, quia nescis in sancta sanctorum, id est in oraculo, numquam sacrificia solere offerri. Sic enim Dominus Moysi praecepit dicens: *Non offeretis super eo thimiama compositionis alterius nec oblationem et victimam, nec libamina libabitis et deprecabitur Aaron super cornua eius semel per annum in sanguine, quod oblatum est pro peccato, et placebit super eo in generationibus vestris; sanctum sanctorum erit Domino.* 64. De quo oraculo apostolus dicit: *Post velamentum autem secundum tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum*, in quod introi-

---

31-36 *Ex.*, 30, 10 36-p. 382, 2 *Hebr.*, 9, 3. 7

---

G – 14 A] ad 20 mysterio, *e correct. pro* ministerio (?) 32 alteris

bat sacerdos *semel in anno, non sine sanguine quem offerret pro sua et populi ignorantia.*

65. Et quia ad omnes ineptias istas respondere nausia est, hoc tantum audiant amatores veritatis, quia, si sciret iste importunus doctor qualis fuit usus ecclesiasticus in cantandis psalmis, ymnis et canticis spiritalibus apud antiquos, nunquam forsitan in doctrina sua imitaretur stridores ranarum et cicadarum et tinnitulos muscarum et scinifarum. 66. Fuit igitur mos apud antiquos, postquam omnes gentes, tribus ac linguae Christo Iesu Domino nostro servire coeperunt, ut de omnibus regnis et regionibus concurrerent turmae clericorum, agmina quoque monachorum et turbae innumerae populorum ad sepulchrum Domini in Iherusalem, et ad locum nativitatis eius Bethlehem, et incessanter die et nocte fieret cantus psalmorum et ymnorum. 67. Fiebat hoc etiam et in aliis locis Deo dicatis ut per totam noctem sibi succederent vicissitudines psallentium et generaliter per omnes pene ecclesias, aut in una nocte aut in nocte et die, compleretur volumen psalmorum exceptis ceteris lectionibus. Sed postquam tepiditas et neglegentiae coeperunt succrescere, constituerunt plerique ut per septimanae circulum compleretur; tamen aliter et aliter distribuentes numeros et ordines psalmorum. 68. Nec fuit ulla regio, quae uno tenore fuisset contenta. Sicut nunc etiam aliter agit Romana ecclesia, aliter Aquileiensis atque aliter Ravennensis, aliter Mediolanensis sic et per Graecorum regiones et Africanas. Quae utique propter hoc quod sonant, cantantur.

69. Iam vero quod DE VESPERTINO OFFICIO dicit, SIBI V PSALMOS VINDICARE, non solum inutiliter sed et vitiose dicit. Nam, etsi quini sunt psalmi per singulos dies vespertini, non sunt tantum v, sed xxxv. Sed prudens homo consideret per totum orbem terrarum ecclesiam Dei diffusam, et inveniet non omnes regiones et regna et ecclesias quinos psalmos in vespertinis officiis cantare, sed diversis locis diverso numero, alibi ternos, ab aliquibus quaternos, sic aut senos aut septenos aut octonos atque denos vel etiam duodenos. Cum haec ita sint, quid aedificationis habet de quinis inaniter loqui? 70. Et dicit IPSOS V PSALMOS SIGNIFICARE QUINQUE VIRGINES IN FINE MUNDI CUM LAMPADIBUS AD NUPTIAS INTRATURAS. Quare non considerat quomodo evangelium loquitur de ipsis virginibus? Dicit enim: *Simile est regnum caelorum X virginibus.* Quando dicit

---

37 *Matth.*, 25, 1

---

G – 10 concurrerunt

simile, utique similitudo est, id est parabola. Et non erunt tantum v virgines, sed milia milium virginum.

71. Deinde adiungit adhuc dicendo: HAEC VOLO UT STUDIOSE DISCATIS. HAEC VOBIS PRAESENTES ARCHIDIACONI ET CHOREPISCOPI DILIGENTIUS COMMENDENT, UT MIHI EA CERTO DIE BENE DICERE POSSITIS, ET IPSI DE TALIBUS SUFFICIENTER SITIS IMBUTI. Certe nullum imbutum reddis, sed omnes qui te audiunt, inflatos inanitate ventorum, et opples mentes miserorum, ne capere possint res necessarias, occupati verbis noxiis. Vas electionis beatus Paulus loquitur Timotheo disciplulo exhortans vivide ad eruditionem doctrinae et dicit: *Attende tibi et doctrinae, insta in illis. Hoc enim faciens, et te ipsum salvum facis, et eos qui te audiunt.* Tu e contrario et te ipsum saucias, et eos qui te audiunt, sic pugnando, *quasi aerem verberans.*

72. Dicis, ut hereticus, REGNUM CHRISTI INCHOASSE, AC PER HOC REGNUM EIUS NON ESSE REGNUM SEMPITERNUM, ut catholica fides credit, ut psalmista testatur: *Regnum tuum, Domine, regnum omnium saeculorum.* Dicis etiam, ut haereticus, TOTUM CHRISTUM ESSE CORPUS ET ANIMAM, QUAM TU SANGUINEM EXPONIS et separas eum a divinitate sua, ut, quem de Spiritu Sancto et virgine Maria catholici natum confitentur, non ipsum fatearis « ex Patre natum ante omnia saecula ». Dicis quoque CALICEM ESSE SEPULCHRUM et, cum SANGUINEM ASSERAS ESSE ANIMAM, fatearis ergo in corpore et anima iacuisse eum in sepulchro.

73. Dicis etiam, ut paganus, PROPTER TEMPORA, ID EST DIES ET HORAS, CANTARI PSALMOS ET CLAUSULAS, contra illud sacrae scripturae: *Septies in die laudem dixi tibi.* Dicis etiam QUATTUOR IEIUNIA IN ANNO FIERI PROPTER IIII HUMORES CORPORIS, cum e contrario omnes christiani credant pro animae purgatione fieri debere. Similiter dicis, ut paganus, IN IPSIS IEIUNIIS IIII FERIA DUAS LECTIONES FIERI PROPTER DUO LUMINARIA, QUAE TU NOMINAS PHEBUM ET PHEBEM SOROREM. ET HUIUSMODI MULTA ALIA.

74. Simili errore et confusione, quod numquam dictum est, dicis: HAESITANDUM UTRUM CORPUS CHRISTI DE ALTARE SUMPTUM IN CORPORE NOSTRO MANEAT USQUE IN DIEM SEPULTURAE, AN RECIPIATUR

---

11-12 *I Tim.*, 4, 16   13 *I Cor.*, 9, 26   16-17 *Ps.* 144, 13   26 *Ps.* 118, 164

---

20-21 Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum   33-p. 384, 3 Epistula VI, *Ad Guntardum*, 15

---

G –

INVISIBILITER IN CAELUM, AN QUANDO VENAM INCIDIMUS CUM SANGUINE PROFLUAT, AN CUM CETERIS QUAE OS INTRANT, IN SECESSUM LABATUR. Dic, detestabilis error, non audisti Dominum de se dixisse: *Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus*? Si vere, utique et incorruptibiliter. Non enim est cibus ventris sed mentis, fide appetendus, non gula. 75. Non audisti beatum Petrum apostolum dixisse credentibus: *Non corruptibilibus argento vel auro redempti estis de vana vestra conversatione paternae traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati et incontaminati Christi.* Infelix nimis et fetidissima illa conscientia, quae talibus cogitationibus tam putidissimae doctrinae est sordida et immunda. Tibi contigit quod Ihezechieli prophetae dictum est, ut de diversis frugibus pararet sibi panem, et stercore quod egreditur de homine, operiret illum. Sed ille dolens et clamans avertit a se talem impuritatem; tu autem quia non doles, relictus es thesaurizans tibi iram in die irae.

76. Dicis etiam, in doctrina daemoniorum, OSTENDI PER DIVINAS HISTORIAS DAVID ARDENTEM FUISSE IN MARTE. Vere hoc nullus dicere potuit, nisi repletus daemone. Abigail autem, prudens femina, non hoc tribuit marti, sed omnipotenti, dicens: *Praelia Domini, domine, tu praeliaris.* 77. Et ipse David a Domino se doctum ad praeliandum confitetur dicens: *Quoniam quis deus praeter Dominum aut quis deus praeter Dominum nostrum*? Et post pauca: *Qui docet manus meas ad praelium et posuisti ut arcum aereum brachia mea.* Et iterum post aliqua: *Et praecinxisti me virtute ad bellum et supplantasti insurgentes in me subter me.* Et in alio psalmo: *Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad praelium et digitos meos ad bellum.* Haec marti tribuere nec ipse diabolus ausus est unquam, quem etiam gentilis poeta impium nominat dicens:

Saevit toto Mars impius orbe.

*De profanis et inaniloquiis.*

78. BEATUS HILARIUS: « Quae enim libro legis non continentur, ea nec nosse debemus ».

---

4 *Io.*, 10, 17 7-9 *I Petr.*, 1, 18-19 11-13 *Ez.*, 4, 9-12 19-20 *I Reg.*, 25-28 21-22 *Ps.* 17, 32 22-23 *Ps.* 17, 35 24-25 *Ps.* 17, 40 25-27 *Ps.* 143, 1

---

29 VERGILIUS, *Georgica* l. I, 511 31-32 *Tractatus in psalmum CXXXII*, 6, PL, 9, p. 749A

---

G –

Beatus Iheronimus: « Sicut ad proprias iniurias patientes esse debemus, ita si aliquem viderimus in iniuriam Dei ore sacrilego blasphemantem, illi tenere patientiam non debemus, sed resistere sacrilego, et os blasphemum veritatis responsione dampnare, recordantes Finees sanctam iracundiam, austeritatem Heliae, zelum Simonis Cananei, Petri severitatem Ananiam et Saphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elimam magum viis Domini resistentem aeterna caecitate damnavit. Non enim est crudelitas pro Deo pietas ».

79. « Prudens lector debet esse sicut probatus nummularius, ut si quis nummus adulter est, et figuram Caesaris non habet, nec signatur moneta publica, reprobetur; qui autem Christi faciem claro praefert lumine, in cordis marsupio recondatur ».

80. Beati Augustini: « Attendamus apostolum cum ingenti cura veritatis commendandae dicere: *Si autem Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, inanis est et fides vestra. Invenimur autem et falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus adversus Deum quod sucitaverit Christum, quem non sucitavit.* Si quis huic diceret: Quid in hoc mendacio perhorrescis, cum id dixeris quod etiam si falsum sit, ad laudem Dei maxime pertinet? Nonne huius detestaretur insaniam, et quibus posset verbis et significationibus in lucem penetralia sui cordis aperiret, clamans non minore vel etiam fortasse maiore scelere in Deo laudari falsitatem, quam veritatem vituperari »? 81. Absit a doctrina ecclesiastica officiosum mendacium et dispensatio quaedam velut honeste mentiendi. Neque enim ob hoc fit ut mendacium non sit mendacium. Cum magna sit quaestio, sit necne aliquando mentiri viri boni, immo veri christiani, qualibus dictum est: Sit in ore vestro: *est*, *est*, *non*, *non*, et quicumque cum fide aiunt: *Perdes omnes, qui locuntur mendacium.*

82. Omnem scripturam quae ecclesiastico canoni non convenit neque consentit, non solum non suscipimus, verum etiam veluti alienam a fidei veritate dampnamus, peregrinis atque ignotis de scripturarum continentia fabulis non facile commodamus assensum. Neque cito nova doctrina aurium nostrarum intrat cavernas, quia

---

4-8 *Num.*, 25, 7-13; *III Reg.*, 18, 40; *Luc.*, 6, 15; *Act.*, 1, 13; 5, 1-11; 13, 8-11 14-17 *I Cor.*, 15, 14-15 27 *Luc.*, 5, 12 28 *Ps.* 5, 7

---

1-8 Cfr. Hieronymus, Epistula 109, *Ad Riparium presbyterum*, 3, PL, 22, p. 908 13-23 Epistula 28, *Ad Hieronymum*, 4, PL, 33, p. 113 23-28 Cfr. Augustinus, Epistula 82, *Ad Hieronymum*, 21, PL, 33, p. 285

---

G – 2 sacrilegio 6 Ananiam] inania, *corr. in* in anniam 19-20 detestatur insania

legimus: *Virginem ne inspexeris, ne forte scandalizet te.* 83. Nos autem hanc virginem novam aliquam et rudem vel secretam suspicamur esse doctrinam, quae ob hoc inspici prohibetur, ne hominum cor aut commutet ab specie veritatis, aut sermonum pulchritudine et suavitate decipiat. Virgo est illa doctrina, quae nulli viro ecclesiastico cognita est, sed inter mulieres semper adolevit, id est eas animas quae, semper discentes, omni spiritui deceptionis credula se facilitate commiscent, non curae habentes, unde concipiant, cum Dominus in lege mandaverit ut nemo nisi de tribu sua viro in coniugio copuletur, id est illi fidei quae ex patrum semine, hoc est doctrina, descendit, et Habrahae, qui primus in praeputio credidit, prosapia nobilitatur, et genere virgo est illa doctrina quae tantum in secreto sibi placet, et in publicum erubescit exire. Hanc talem non solum fugimus, verum etiam condemnamus, stultum ducentes hoc credere, quod aut ipsi non possumus defendere, aut ad aures publicas non debeat pervenire.

84. Ex synodo Romanae urbis sub papa Martino. « Caput xx. Si quis secundum sceleratos, haereticos, quocumque modo aut verbo, vel tempore aut loco, terminos transmutans illicite quos posuerunt firmius sancti catholicae ecclesiae patres, et sanctae universales V synodi, novitates temere adinvenire (!), et fidei alterius expositiones, aut typos vel leges, aut definitiones, aut libellos, aut relationes, aut epistulas, aut conscripta, aut subiectiones, aut testimonia falsa, aut synodos, aut actus monumentorum, aut ordinationes vacuas et ecclesiasticae regulae incognitas, aut loci servaturas incongruas, et sine regula, et compendiose ⟨diceret⟩, ⟨et⟩ si quid aliud impiissimis haereticis consuetum est agere, pro diabolica operatione tortuose et callide agit contra pias orthodoxorum catholicae ecclesiae, id est paternas eius et synodales praedicationes, ad peremptionem sanctae clarissimae in Dominum nostrum Iesum Christum confessionis, et usque in finem sine paenitentia permanet, haec impie agens, huiusmodi in saecula saeculorum sit condempnatus, et dicat omnis populus: fiat, fiat.

---

1 *Eccli.*, 9, 5 8-10 *Num.*, 36, 6-10 32-33 Cfr. *Iudith*, 13, 26; 15, 12

---

17-p. 387, 23 Concilium Lateranense Romanum a. 649, Canon XX, Hardouin, t. III, pp. 925B-928A; Mansi, t. X, pp. 1159D-1162D

---

G – 17 xx] xxi 21 adinvenire] exquirere (*modo infinitivo!*), *at graece*, *ἐπινοεῖ*, Hardouin, pp. 925-926C; Mansi, pp. 1159-1160E 21 expositionis, *sed corr.* 26 et compendiose – si quid] et compendiose, si quid; *καὶ ἁπλῶς, εἴτιπερ*, Hardouin, pp. 925-926D; Mansi, pp. 1161-1162A

85. His itaque a nobis pie definitis, et communi enucleatione secundum Domini praeceptum zizania quidem et omnes facientes scandala, cum paleato eorum et haeretico intellectu, igni canonicae sententiae ex apostolica auctoritate proicientes, triticum autem orthodoxae et inmaculatae nostrae christianorum fidei in horreum, id est catholicam ecclesiam, per ventilabrum paternae doctrinae communione congregantes, victrices ei cum propheta Sophonia cantemus ymnos: *Ave nimis, o filia Sion; praedica, filia Iherusalem, laetare, exulta ex toto corde tuo, filia Iherusalem. Abstulit a te Dominus iniquitates adversariorum tuorum, liberavit te de manu inimicorum. Dominus in medio tui, non videbis mala ultra*, omni explosa novitate haeretica, et omni confirmata in te orthodoxa fide, in possessionem vitae aeternae. Per ipsum Christum Deum salvatorem animarum nostrarum, cui gloria et honor, veneratio et imperium cum Patre et Spiritu Sancto, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

86. Martinus, gratia Dei episcopus sanctae Dei ecclesiae catholicae et apostolicae urbis Romae, statuens quae superius scripta sunt cum praesente sancta synodo, et confirmatione orthodoxae fidei sanctorum patrum et universalium quinque synodorum, et condempnatione omnium qui ab iis anathematizati sunt haereticorum, et omnem eorum impiam haeresim (!), atque nunc pullulantium haereticorum ad eversionem fidei, id est Theodori quondam episcopi Pharanitani. *Reliqua desunt.*

---

8-11 *Soph.*, 3, 14-15 secundum versionem antiquam; cfr. Sabatier, *Bibliorum sacrorum latinae versiones antiquae*, t. II, pars II, p. 976

---

G – 6 communione] firmius; *ἀσφαλῶς*, Hardouin, pp. 925-926DE; Mansi, pp. 1161-1162B   18 et confirmatione] *πρὸς βεβαίωσιν*, Hardouin, p. 926E; Mansi, p. 1161D   19 et condempnatione] et commendatione G *καὶ κατάκρισιν*, Hardouin, p. 926E; Mansi, p. 1161D   20-21 et omnem eorum impiam haeresim] *καὶ πάσης αὐτῶν τῆς ἀσεβοῦς αἱρέσεως*, Hardouin, p. 927A; Mansi, p. 1161D

## VII. « *Embolis meorum opusculorum* » (*Emb.*)

B) *E Flori Lugdunensis Opusculis adversus Amalarium I et II* (*Op. I*, *Op. II*)

*Ex Opusculo I* (PL, 119, p. 74B-76C; MGH, *Epistolae karolini aevi*, t. III, pp. 269-271).

1. Docet praeceptor ipse egregius, scilicet Amalarius, ita: corpus Christi esse triforme et tripertitum; tria esse Christi corpora, primum quod ipse suscepit, secundum in nobis, qui super terram ambulamus, tertium in illis qui sepulti iacent. Asserit in mysterio sacrificii hac de causa tres debere fieri partes, unam calicis pro Christo, alteram in patena pro vivis, tertiam in altari pro mortuis. Dicit panem illum esse carnem Christi, sanguinem animam, ut sit totus Christus. 2. Hesitandum dicit utrum corpus Christi de altari sumptum in corpore nostro maneat usque in diem sepulturae, an recipiatur invisibiliter in caelum, an quando venam incidimus, cum sanguine profluat, an cum ceteris quae in os intrant, in secessum labatur. Epistola eius est in suo Officiali libro ad iuvenem nescio quem episcopum scripta, quae hoc continet. Ubi etiam de sputis et flegmatibus spurcissime disputat et, cum sit tam sordidae mentis putidaeque doctrinae, se spiritalem iactat, qui omnia diiudicet, et alios carnales et animales vocat. 3. Calicem Domini vocat sepulchrum, presbiterum Ioseph ab Arimathia, archidiaconum Nicodemum, tanquam sepultores Christi, diaconos, retro acclines, apostolos, se in passione Domini velut contrahentes et occultare volentes, subdiaconos, ad faciem erectos, mulieres libere astantes. Aliam partem mysticae orationis, qua corpus Domini consecratur, Christo tribuit oranti in monte Oliveti, aliam in cruce pendenti, et, post nescio quas fatuas divisiones, aliam morienti. Cum vero presbyter inclinatur, hoc esse: *Et inclinato capite tradidit spiritum*. 4. Quattuor in anno legitima ieiunia ad quattuor humores refert, quibus corpus vegetatur humanum et pro his fieri asserit in eisdem ieiuniis. Duas lectiones quarta feria ad missam legi propter duo sidera ipso die condita, ut paganis

---

24 *Io.*, 19, 30

---

11-16 Epistula VI, *Ad Guntardum*, 15; 1-13

---

PM – 1 scilicet Amalarius] *om.* M *superscr. e. m.* P 2 tria] ut *praep.* M 2 esse *2°*] *om.* M 24 Quattuor] *om.* M

eius verbis utar, Phebum et sororem eius Phebam. Nam et sanctum David semper in Domino fortem et bellicosum, more ethnico arsisse dicit in marte, quem daemonem esse pessimum incentorem tumultuum atque bellorum proclamat etiam poeta gentilis dicens:

Saevit toto Mars impius orbe.

5. In evangelio maioris laetaniae per panem intellegit fruges terrae, in pisce genita ex aquis, in ovo animalia quae ex utroque sexu gignuntur in terris, talemque fantasiam sensus sui evangelico praeferens sensui, asserit pro talium rerum conservatione tunc a fidelibus celebrari laetanias. Nam et messes tunc in profectum sunt, inquit, et pisces tunc veniunt, et pulli campos tundunt. 6. Addit insuper et quasdam significationes monstruosas et instar antipodarum capite deorsum pedibus sursum versis, ita ut in his praecedat res ipsa et sequatur figura, cum e contrario umbrae legis iuxta apostolum res designent futurorum bonorum. Cum ab altari sumitur evangelium, ipsum altare significat Hierusalem, unde evangelium processit. Locus altaris locum illum significat ubi Iacob dormiens angelos vidit. Romanus pontifex, cum sabbato ante palmas elemosinam dat, mulierem significat quae Dominum unxit. 7. Iam de sacerdotum et ministrorum sacris vestibus, de vasis divini ministerii, de cantorum tabulis, de signis aereis, de ipsis etiam indumentorum et calciamentorum fimbriis, coloribus, speciebus, de officiis quoque sacris, et psalmorum distributionibus, quam inepta et fatua et omni risu digna confingit, quasi ei soli licuerit post legem et prophetas, post evangelia et apostolos, res typicas et mysticas in ecclesia statuere, ita ut mysteriorum eius praevaricator habeatur qui, usu et consuetudine simplici, aliud quid celebrare praesumpserit. 8. Dicit se in talium fantasiarum adinventionibus sancti Augustini auctoritatem sequi, eo quod obscura quaeque et ambigua tamdiu ille tractari iubeat atque versari, donec ad dilectionem Dei vel proximi intellegentia perducatur; *in* quibus *duobus mandatis tota lex pendet et prophetae*...

Libellum romani ordinis tantae auctoritatis habet, ut eum pene ad verbum nitatur exponere; et tamen statim, sibi ipse contrarius,

---

14-15 *Hebr.* 10, 1    17 *Gen.*, 23, 12    31 *Matth.*, 22, 40

---

5 Vergilius, *Georgica*, l. I, 511    6 *Capitulare*, A, 102 (*Luc.*, 11, 5-13) 18-19 *Sacram. gregor.*, 72, p. 42    29-31 Cfr. *De doctrina christiana*, l. III, c. 15, 23, PL, 34, 74

---

**PM** – 3 incentorem] inventorem M    8 evangelio, *sed corr.* P    10 menses P    22 coloribus] et *add.* M    24 contingit M    33 nititur P

asserit hunc Romano archidiacono, cuius traditionibus gloriatur, ignotum...

9. Nam quotiens de his arguitur vel monetur, nequaquam, ut piorum moris est, libenter et humiliter adquiescit, sed tunc, iactantius et insolentius cornua erigens, multiplicat vesaniam suam, sic sentire clamans omnem Germaniam, sic totam Italiam, sic ipsam Romam; se fuisse Constantinopoli, se apud Histriam sive Lucaniam, et idcirco in talibus singularis auctoritatis existere. Nec ei sat est quod ipse tantis implicatur erroribus atque fantasiis, nisi et totum pene orbem sui complicem infamet. Persistit namque sub multorum pontificum ficta auctoritate suum de sacrosanctae eucharistiae divisione ineptissimum, immo blasphemum confirmare sensum.

*Ex Opusculo II* (PL, 119, p. 81A-C; MGH, *Concilia aevi karolini*, t. I, p. 779):

1. Asserit itaque doctor praefatus inter alia corpus Christi triforme et tripertitum esse, immo tria esse Christi corpora: corpus Christi quod in sacramento a fidelibus sumitur, vel in caelum invisibiliter recipi, vel in corporibus sumentium manere usque in diem sepulturae, vel ex incisione venarum cum sanguine fluere, vel in secessum labi opinatur. 2. Diaconos, altari cum assistunt inclines, asserit significare apostolos in passione Domini metuentes atque latitantes; subdiaconos mulieres cruci intrepide assistentes; presbyterum Ioseph ab Arimathia; archidiaconum Nicodemum; calicem sepulchrum; oblationem dominici corporis dicit crucifixionem; lignum ipsum designare dicit doctores; lignum unde pendet, crucem; funem quo attrahitur, fidem; tintinnabulum quo resonat, linguam; manum trahentis, cum levatur, vitam contemplativam; cum deponitur, activam. 3. Exorcismos catecuminorum ad spiritalem emundationis effectum simpliciter depromendos, ad quinque sensus corporeos nimia carnalitate convertit. Hisdem ipsis, sicut aures et nares, ita et oculos tangendos melius iudicat. Antiphonarium Iohannis Apocalypsi comparat. 4. Atque has omnes et innumerabiles alias nenias per sanctum dicit Spiritum revelari sibi, usurpans testimonium Petri apostoli dicentis: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed, Spiritu Sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.* Ex quo manifeste et se prophetam et doctrinam vanissimam et risu dignam, heu! miserabiliter deceptus, vult credi prophetiam.

---

32-33 *II Petr.*, 1, 21

---

PM – 14 tripartitum M 22 lignum] signum P 27 affectum M 29 indicat M

48. **Nogara, Bartolomeo.** Scritti inediti e rari di Biondo Flavio, con introduzione. 1927. pp. cxciii, 282. 4 tav. (facs.).

49. **Franchi de' Cavalieri, Pio.** Note agiografiche. Fascicolo 7°. 1928. pp. [3], 253.

50. **Borghezio, Gino e Vattasso, Marco.** Giovanni di M°. Pedrino depintore. Cronica del suo tempo. Vol. I (1411-1436). 1929. pp. vii, 564.

51. **Patzes, M.** *Μ. Κριτοῦ τοῦ Πατζῆ Τιπούκειτος* librorum LX Basilicorum summarium. Libros XIII-XXIII edidit Franciscus Doelger. 1929. pp. xviii [2], 226.

52. **Vattasso, Marco.** Statuto di Rocca de' Baldi dell'anno mccccxlviii pubblicato... con indice e glossario di Pietro Sella. 1930. pp. 55.

53. **Norsa, Medea e Vitelli, Girolamo.** Il papiro Vaticano greco 11, 1. *Φαβωρίνου περὶ φυγῆς* 2. Registri fondiari della Marmarica. 1931. pp. xxiii, 70. 15 tav. in parte pieg. (facs.). 43,5×32 cm.

54. **Rome, Adolphe.** Commentaires de Pappus et de Théon d'Alexandrie sur l'Almageste; texte établi et annoté... Tome I. Pappus d'Alexandrie, Commentaire sur les livres 5 et 6 de l'Almageste. 1931. pp. lxx, 314. ill., dis.

55. **Sussidi per la consultazione dell'Archivio Vaticano.** Volume II. **Katterbach, Bruno.** Referendarii utriusque Signaturae a Martino V ad Clementem IX et praelati Signaturae supplicationum a Martino V ad Leonem XIII. 1931. pp. xlv, 408.

56. **Mercati, Giovanni.** Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo xiv. 1931. pp. xii, 548. 12 tav. in parte pieg. (facs.).

57. **Devreesse, Robert.** Pelagii diaconi Ecclesiae romanae In defensione Trium Capitulorum. Texte latin du manuscrit Aurelianensis 73 (70), édité avec introduction et notes. 1933. pp. liii, 76.

58. **Rationes decimarum Italiae nei secoli xiii e xiv.** Tuscia: I. La decima degli anni 1274-1280, a cura di **Pietro Guidi.** 1932, pp. liv, 367. 1 c. geogr. pieg. (in busta).

59. **Wilmart, André.** Analecta Reginensia. Extraits des manuscrits latins de la reine Christine conservés au Vatican. 1933. pp. 377.

60. **Rationes decimarum Italiae nei secoli xiii e xiv.** Aemilia. Le decime nei secoli xiii-xiv, a cura di **Angelo Mercati, Emilio Nasalli-Rocca, Pietro Sella.** 1933, pp. viii, 514. 1 c. geogr. pieg. (in busta).

61. **Savio, Pietro.** Statuti comunali di Villanova d'Asti; introduzione, testo, franchigie, documenti, indici e glossario. 1934. pp. xci, 446. 5 tav. (facs.).

62. **Borghezio, Gino e Vattasso, Marco.** Giovanni di M°. Pedrino depintore. Cronica del suo tempo. Vol. II (1437-1464) ed appendice (1347-1395). 1934, pp. 525. 2 tav. (facs.).

63. **Graf, Georg.** Catalogue de manuscrits arabes chrétiens conservés au Caire. 1934. pp. x [2], 319.

64. **Kuttner, Stephan.** Kanonistische Schuldlehre von Gratian bis auf die Dekretalen Gregors IX. systematisch auf Grund der handschriftlichen Quellen dargestellt. 1935. pp. xxii, 429.

65. **Franchi de' Cavalieri, Pio.** Note agiografiche. Fascicolo 8°. 1935. pp. [3], 409 [2].

66. **Cassuto, Umberto.** I manoscritti Palatini ebraici della Biblioteca Apostolica Vaticana e la loro storia. 1935. pp. viii, 183. 2 tav. (facs.).

67. **Levi Della Vida, Giorgio.** Elenco dei manoscritti arabi islamici della Biblioteca Vaticana. 1935. pp. xxix, 347, 41*.

68. **Mercati, Giovanni.** Per la storia dei manoscritti greci di Genova, di varie badie basiliane d'Italia e di Patmo. 1935. pp. xii, 360. 5 tav. (facs.).

69. **Rationes decimarum Italiae.** Aprutium-Molisium. Le decime dei secoli xiii-xiv, a cura di P. Sella. 1936. pp. xii, 458. 1 c. geogr. pieg. (in busta).

70. **Mercati, Angelo.** La provenienza di alcuni oggetti delle collezioni vaticane. 1936. pp. 48. 17 ill., 2 tav.

71. **Kuttner, Stephan.** Repertorium der Kanonistik (1140-1234). Prodromus Corporis glossarum I. 1937. pp. xx, 536.

72. **Rome, Adolphe.** Commentaires de Pappus et de Théon d'Alexandrie sur l'Almageste; texte établi et annoté... Tome II. Théon d'Alexandrie, Commentaire sur les livres 1 et 2 de l'Almageste. 1936. pp. [lxxxiii]-cvi [315]-805. ill., dis.

73. **Fasoli, Gina e Sella, Pietro.** Statuti di Bologna dell'anno 1288. Tomo I. 1937. pp. xxxvi, 598.

74. **Sella, Pietro.** Glossario latino emiliano. 1937. pp. xxiv, 407.

75. **Mercati, Giovanni.** Codici latini Pico Grimani Pio e di altra biblioteca ignota del secolo xvi esistenti nell'Ottoboniana e i codici greci Pio di Modena. 1938. pp. x [2], 326, 8 tav. (facs.).

76. **Mercati, Giovanni.** Opere minori raccolte in occasione del settantesimo natalizio, sotto gli auspici di S. S. Pio XI. Vol. I (1891-1896). 1937. pp. viii, 552.

77. — — Vol. II (1897-1906). 1937. pp. 540.

78. — — Vol. III 1907-1916). 1937. pp. 529.

79. — — Vol. IV (1917-1936). 1937. pp. 550.

80. — — Vol. V. Indice dei nomi e delle cose notevoli. Indice dei manoscritti citati. Bibliografia degli scritti. Notizie biografiche. 1941. pp. 220. 1 ritr.

81. **Todesco, Venanzio - Vaccari, Alberto - Vattasso, Marco.** Il Diatessaron in volgare italiano; testi inediti dei secoli xiii-xiv. 1938. pp. xii, 382.

82. **Carusi, Enrico.** Lettere inedite di Gaetano Marini. II. Lettere a Giovanni Fantuzzi. 1938, pp. [2], 392.

83. — — III. Appendici: Due lettere a G. A. Zanetti. Lettere di Giovanni Fantuzzi a Gaetano Marini. Prefazione e indici. 1940. pp. xxxviii, 168.

84. **Rationes Decimarum Italiae.** Apulia. Le decime nel sec. xiv, a cura di **Domenico Vendola.** 1939. pp. 463. 3 grandi c. geogr. pieg.

85. **Fasoli, Gina e Sella, Pietro.** Statuti di Bologna dell'anno 1288. Tomo II. 1939. pp. 303.

86. **Andrieu, Michel.** Le Pontifical romain au moyen âge. Tome I. Le Pontifical romain du xii^e^ siècle. 1938. pp. xx, 308.

87. — — Tome II. Le Pontifical de la Curie romaine au xiii^e^ siècle. 1940. pp. iv, 588.

88. — — Tome III. Le Pontifical de Guillaume Durand. 1940. pp. xx, 691.

I 3 volumi costituenti l'opera e le tavole della medesima (num. 99) non si vendono separatamente.

89. **Friedländer, Paul.** Spätantiker Gemäldezyklus in Gaza, des Prokopios von Gaza *Ἔκφρασις εἰκόνος*. 1939. pp. vii, 122, 12 tav.

90. **Mercati, Giovanni.** Ultimi contributi alla storia degli umanisti. Fasc. I: Traversariana. 1939. pp. VIII, 143.

91. — — Fasc. II: Note sopra A. Bonfini, M. A. Sabellico, A. Sabino, Pescennio Francesco Negro, Pietro Summonte e altri. 1939. pp. XII, 128, 85*. 1 tav.

92. **Levi Della Vida, Giorgio.** Ricerche sulla formazione del più antico fondo dei manoscritti orientali della Biblioteca Vaticana. 1939. pp. VIII, 528. 21 tav.

93. **Devreesse, Robert.** Commentaire de Théodore de Mopsueste sur les Psaumes (I-LXXX). 1939. pp. XXXII, 572.

94. **Tannery, Paul.** Quadrivium de Georges Pachymère. Texte revisé et établi par le R. P. E. Stéphanou A. A. 1940. pp. CII, 458. tav. pieg. a colori, facs., dis.

95. **Mercati, Giovanni.** Nuove note di letteratura biblica e cristiana antica. 1941. pp. VI, 160. 4 tav. (facs.).

96. **Rationes decimarum Italiae** nei secoli XIII e XIV. Venetiae-Histria-Dalmatia, a cura di **Pietro Sella e Giuseppe Vale.** 1941. pp. XLVIII, 572. 2 grandi c. geogr. pieg.

97. **Rationes decimarum Italiae** nei secoli XIII e XIV. Campania, a cura di **Mauro Inguanez, Leone Mattei-Cerasoli, Pietro Sella.** 1942. pp. VIII, 644. 1 grande c. geogr. pieg.

98. **Rationes decimarum Italiae** nei secoli XIII e XIV. Tuscia, II. Le decime degli anni 1295-1304, a cura di **Martino Giusti e Pietro Guidi.** 1942. pp. XXXI, 428. 1 c. geogr. pieg.

99. **Andrieu, Michel.** Le Pontifical romain au moyen-âge. Tome IV. Tables alphabétiques. 1941. pp. XI, 446.

100. **Tavole e indici generali dei primi cento volumi di « Studi e Testi »,** 1942. pp. XXIII, 184.

101. **Mercati, Angelo.** Il Sommario del processo di Giordano Bruno con appendice di documenti sull'eresia e l'Inquisizione a Modena nel secolo XVI. 1942. pp. 155.

102. **Almagià, Roberto.** L'opera geografica di Luca Holstenio. 1942. pp. X, 172. 11 tav. (facs.).

103. **Vale, Giuseppe.** Itinerario di **Paolo Santonino** in Carintia, Stiria e Carniola negli anni 1485-1487. 1943, pp. X, 303, 1 tav.

104. Fragmentum Vaticanum **De eligendis magistratibus,** e codice bis rescripto Vat. gr. 2306 edidit **Wolgangus Aly.** 1943. pp. 53, 3 tav. (1 pieg.).

105. **Laurent M. H.** Fabio Vigili et les bibliothèques de Bologne au début du XV^e siècle d'après le ms. Barb. lat. 3185, 1943, pp. XLVIII, 416, 2 tav. (facs.).

106. **Rome, Adolphe.** Commentaires de Pappus et de Théon d'Alexandrie sur l'Almageste; texte établi et annoté ... Tome III. **Théon d'Alexandrie,** Commentaire sur les livres 3 et 4 de l'Almageste. 1943. pp. [CVII]-CXXXIX, [807]-1086.

107. **M. Patzes, M.** *Μ. Κριτοῦ τοῦ Πατζῆ Τιπούκειτος* Librorum LX Basilicorum summarium. Libros XXIV-XXXVIII ediderunt **Stephania Hoermann nata de Stepski-Doliwa et Erwin Seidl.** 1943. pp. XLI, 338.

108. **Ramberti de' Primadizzi** de Bologne. Apologeticum veritatis contra Corruptorium. Edition critique par **dom Jean Pierre Muller** O. S. B. 1943. pp. XXXIV, 217.

109. **Sella, Pietro.** Glossario latino italiano. Stato della Chiesa. Veneto – Abruzzi. 1944. pp. XXXII, 687.

110. **Monneret de Villard, Ugo.** Lo studio dell'Islām in Europa nel XII e nel XIII secolo. 1944. pp. IV, 86.

111. **Hoberg, Hermann.** Die Inventare des päpstlichen Schatzes in Avignon, 1314-1376. 1944. pp. XXVIII, 620.

112. **Rationes decimarum Italiae** nei secoli XIII e XIV. Sicilia, a cura di **Pietro Sella.** 1944. pp. [4], 187. 1 grande c. geogr. pieg.

113. **Rationes decimarum Italiae** nei secoli XIII e XIV. Sardinia, a cura di **Pietro Sella.** 1945. pp. [5], 295. 1 grande c. geogr. pieg.

114. **Jugie, Martin, A. A.** La mort et l'Assomption de la Sainte Vierge; étude historico-doctrinale. 1944. pp. VIII, 747.

115. **Ilarino da Milano, O. F. M. Cap.** L'eresia di Ugo Speroni nella confutazione del maestro Vacario. 1945, pp. XXXII, 608. 1 tav.

116. **Candal, Emm., S. I.** Nilus Cabasilas et theologia s. Thomae de Processione Spiritus Sancti. 1945, pp. XV, 427.

117. **Landgraf, Arthur.** Commentarius Porretanus anonymus in Epistolam I. ad Corinthios. 1945. pp. XV, 225.

118. **Graf, Georg.** Geschichte des christlichen arabischen Literatur. 1. Bd. Die Uebersetzungen. 1944. pp. XLIV, 662.

119. **Dammig, Enrico.** Il movimento giansenista a Roma nella seconda metà del sec. XVIII. 1945. pp. XXI, 418.

120. **Lugano, Placido Tommaso.** I Processi inediti per Francesca Bussa dei Ponziani (s. Francesca Romana). 1945, pp. XL, 346. 3 tav.

121. **Miscellanea Giovanni Mercati.** Vol. I. Bibbia. Letteratura cristiana antica. 1946. pp. XIX, 520, 1 ritr., ill.

122. — — Vol. II. Letteratura medioevale. 1946. pp. VII, 602. 3 tav.

123. — — Vol. III. Letteratura e storia bizantina. 1946. pp. VII, 508. 6 tav., ill.

124. — — Vol. IV. Letteratura classica e umanistica. 1946. pp. VI, 473. 2 tav., ill.

125. — — Vol. V. Storia ecclesiastica. Diritto. 1946. pp. VII, 645. 8 tav.

126. — — Vol. VI. Paleografia. Bibliografia. Varia. 1946. pp. VII, 520. 35 tav., 12 prosp. pieg., ill.

127. **Garitte, Gérard.** Documents pour l'étude du livre d'Agathange. 1946. pp. XVIII, 447.

128. **Rationes decimarum Italiae** nei secoli XIII e XIV. Latium, a cura di **Giulio Battelli.** 1946. pp. XXXI, 550, 1 c. geogr. pieg. (in busta).

129. **Laurent, M.-H.** Le bienheureux Innocent V (Pierre de Tarentaise) et son temps... 1947. pp. IX, 547 [1]. 4 tav. (facs.).

130. **Cian, Vittorio.** Il Cantare quattrocentesco di s. Giovanni Evangelista edito e illustrato. 1947. pp. 104.

131. **Loenertz, Raymond J., O. P.** Les recueils de lettres de Démétrius Cydonès. 1947. pp. XIV, 139.

132. **Levi della Vida, Giorgio.** Frammenti coranici in carattere cufico nella Biblioteca Vaticana (codici Vaticani arabi 1605 e 1606). 1497. pp. XII, 64, 20 tav. (facs.).

133. **Graf, Georg.** Geschichte der christlichen arabischen Literatur. 2. Bd. Die Schriftsteller bis zur Mitte des 15. Jahrhunderts. 1947. pp. XXXI, 512.

134. **Sussidi per la consultazione dell'Archivio Vaticano.** Vol. III. Mercati, Angelo. Il « Bullarium generale » dell'Archivio Vaticano e supplemento al registro dell'antipapa Niccolò V. Dall'Archivio dei Ss. Gregorio e Siro di Bologna all'Archivio Vaticano. 1947, pp. 104.

---